6
4-8
21



Bibliotheca
i Coll. Rom.
ciet. Jesu

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE





PHILIPPI PAREI
Commentarius
DE PARTICVLIS
Linguæ Latinæ.

Accessit
BENEDICTI FLORETTI
Apologia pro M.Accio Plauto
opposita scævo judicio
Horatiano et Heinsiano.

FRANCOFVRTI
Impensis Johannis Hüttneri.
Anno M.D.CXLVII.





PHILIPPI PAREI
COMMENTARIUS
DE
PARTICULIS
LINGUÆ
LATINÆ.

Iuxtà partes Orationis ex optimis quibusque Authoribus Classicis, cum maximè

M. TULLIO CICERONE,
M. ACCIO PLAUTO, &
P. TERENTIO AFRO,
congestus.

Accessit Benedicti Floretti Apologia pro M. Accio Plauto: Opposita scævo Judicio Horatiano, Heinsiano.





FRANCOFURTI
Impensis JOHANNIS HUTTNER Librarij Mœnani.
ANNO M. DC XLVII.

Biblioth. de Sec. Coll. Rom. Soc. Jesu



PHILIPPUS PAREUS

Præcellentissimo Viro.

D. JOH. FREDERICO GRONOVIO J. C.

S. D.

QUEMADMODUM laxa vestis, nisi cingulo circumdetur, diffunditur; & sicuti domus, nisi aptè inter se congruentibus tignis, & trabibus contineatur, facilè corruit; ut denique corpus humanum stabile esse, seque movere nequit, ossibus & nervis destitutum: sic oratio, sine conveniente debitóque verborum nexu, cohærere atque niti nullo modo potest. Quam ob causam optimi quique dicendi magistris Aristoteles maximè, cum alibi tum in suis ad Theodecten Rhetoricis, ubi in quinque potissimùm rebus ἑλληνισμὸν, seu emendatam Orationem consistere docet, Τοῖς συνδέσμοις, primum attribuit locum: vocabulo, meâ quidem opinione, à Chei-

rurgis desumpto, qui fascias, ad colligandas membrorum fracturas, ut faciliùs coalescant συνδέσμους authore Hippocrate, appellare consueverunt. Sed Aristoteles συνδέσμους, sive conjunctiones, non solùm eas intelligit particulas; quæ hoc nomine ab aliis Orationis partibus distinguuntur, verùm ipsum etiam verborum contextum atque continuationem: neque dicere dubitat, ἐν δὴ τὸ εὖ ἐν τοῖς συνδέσμοις, id est, Emendatæ Orationis momentum omne in conjunctionibus positum esse, dummodò sic collocentur, ut juvetur, non confundatur memoria.


Post Aristotelem Demetrius & Hermogenes συνδέσμους multum conferre affirmant ad μεγαλοπρέπειαν & σεμνότητα, hoc est, ad magnificentiam & gravitatem Orationis.

Nam quid de Cicerone dicam? Nimirum ex ejus potissimùm scriptis hic libellus de συνδετικοῖς, vel συναπτικοῖς μορίοις, (si cui Græca inscriptio non displicet) multò maximam partem à nobis collectus est. Is etiam ubi de collocatione,

non minimo oratoris officio, agit, eam demum optimam fore censet collocationem, quæ vinctam, quæ cohærentem, quæ æquabiliter fluentem orationem efficiat. Idem in antiquis illis oratoribus desiderabat, quòd cùm verba quidem eligerent, & sententias graves & suaves reperirent, eas haud vincirent atque explerent?



Hebræi adeò delicatè hasce particulas observarunt, ut eas מילת טעם *Millah thanguam*, h. e. *Particulas saporis* appellarint, insipidum illum sermonem judicantes, qui tali sapere particularum non esset conditus: & prorsùs, ut ille ait, *arena sine calce*. Quin nostra quoque etiam, paulòque remotiore ætate inventi sunt, qui in collectione vocabulorum, adornatè, aptè, numerosèque connectendam orationem idoneorum studium atque operam non contemnendam posuêre, *Valla*, inquam, *Doletus*, *Stevvechius*, *Tursellinus*, & nuper adeò in Angliâ Medicus Clarissimus JOANNES HAVVKINS, in Dialogis eruditissimis de Particulis L. L. Horum ergà litteratam Iuventutem προθυμίαν ego


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

go

go amplexus, pro meo quoque erga eamdem amore, & bene merendi studio ante annos præter propterquinquaginta ex optimis linguæ Latinæ Authoribus, cum maximè M. Tullio. Cicerone, M. Accio Plauto, & P. Terentio Afro, hunc Commentariolum de Particulis LL. juxta Partes Orationis adornavi, quem nuper inter lituraria mea cũ fortean reperissem, senili abreptus erga juvenilem meam operam amore, existimavi in hac Musarum desolatione aliquid subsidij quoque aut auxilij adferre posse fatiscẽti Iuventuti, per bellicos furores miserè dissipatæ. Pari diligentia elaboravi, quoque Commentarium de Particulis Linguæ Græcæ, quem huic, si vivo, brevi submittam. Hunc igitur Particularum L. L. Commentarium, Vir Clariss. obsidem mei ergò te amoris tibi L. M. Q. dono, dico, dedico, ut hac juvenili meâ industriâ edoceam, verum esse verbum illud, οἱ γέροντες δὶς παῖδες. Vale vir animo meo charissime, & de Posteritate quoque bene (quod facis) mereri perge. Hanoviæ a. d. 16. Jan. 1647.

Joh. Philippus Pareus
Ætat. LXXII.

APOLOGIA

PRO

M, ACCIO PLAUTO:

ET

CENSURA

CAVILLI HORATIANI.

Opposita scævo Judicio Illustris & incomparabilis Viri

D. DANIELIS HEINSII

in Dissertatione de PLAUTO, & TERENTIO.

Authore

BENEDICTO FLORETTO:

In Progymnasmatis Poëticis: Italicè editis Florentiæ, & in Linguam Latinam translatis

à

JANO PANELIO Middelburgensi.



ANNO M. DC. XLVII.

JANUS PANELIUS
Lectori Salutem.

CUm hac APOLOGIA UDENI NISIETTI, sive BENEDICTI FLORETTI utiliter conjungi poterit FRANCISCI FLORIDI SABINI eruditissima APOLOGIA pro M. ACCIO PLAUTO, & aliis poëtis: in qua fortissimis argumentis calumnias illorum retundit, qui Decimam illam MUSAM tam alto supercilio solent adspernari. Prostat illa Francofurti in Officinâ librariâ Johannis Pressij: annexa Observationibus singularibus in linguam Latinam *Oberti Gifanij*.

EPIGRAMMA
Cujusdam Viri docti, oppositum
CAVILLO HORATIANO.

ROMULIDUM proavi PLAUTINOS & numeros, &
Laudavêre sales. Nimiùm petulanter utrumque,
Ne dicam stolidè, damnat Venusinus, acerbâ
Bile tumens, praeferri alios, post terga relicto
Sese: Quem proavi, & patres mirantur, avique,
Illum suspendant naso petulante nepotes?

APOLOGIA
Pro
M. ACCIO PLAUTO Sarsinate:
ET
CENSURA
CAVILLI HORATIANI,
Opposita scævo judicio Illustris &
incomparabilis Viri
DANIELIS HEINSII
In Dissertatione de PLAUTO, & TERENTIO.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMAN. ROMA



DE M. ACCIO PLAUTO Sarsinate, & P. TERENTIO Afro crebræ ac perpetuæ semper exortæ fuerunt concertationes. Nuper adeò in Bataviâ ex improviso in Circum Criticum prodiit Vir Illustris & incomparabilis DANIEL HEINSIUS, eandem litem suam faciens. Is enim de verbis illis Horatij in Arte Poëticâ vers. 270.

At nostri proavi Plautinos & numeros, &
Laudavere sales, nimiùm patienter utrumq;
Ne dicam stultè, mirati. ———

ita pronunciat: *Durum equidem judicium,*

& quod nonnemo (immò prorsùs *nemo*) *de leporum omnium parente excidisse nollet Poëtarum omnium vaferrimo: cujus tamen vernæ melius de* PLAVTO *judicare poterant, quàm qui hodie familiam in litteris ducunt. Sed neq; sæculi sui iudicia ignorare potuit homo* (*Horatius*) *homo Principibus familiarior, quàm plebi. Qui cùm tanti fabellas* Terentij *fecerit; ut integras ex iis locutiones propemodùm descripserit, ubique accommodet, soli illi artem tribuat, hominis arrogantis potiùs quàm eruditi foret, ita dissentire à tanto viro, ut ne causam quidem cognoscendam sibi existimaret.*

Quo tamen sublesto judicio suo D. Heinsius nihil prorsùs probat, nedum ut aliquid certi concludat. Veritas namque meliorum rationum omnia solidissimè confirmat. Scilicet Populus Romanus meliusquàm nos de loquutione Plautina & Terentiana judicare poterat: quippe cùm tunc ætatis ejusmodi lingua Romana penes illam gentem vernacula, & pura foret. Quantum ad judicium Criticum (quia Ars ab omnium ævo sibi semper similis fuit, nec magis tempore Romano-

manotum, quàm nostro Ars fuit, ac mansis) non minus dextrè hujus sæculi viri docti de Comœdiâ judicare poterunt, quàm olim viri eruditi illorum temporum. Nec quicquam apud me valet authoritas Horatij, ab Arte exorbitans.

Pergit porrò D. Heinsius: *Nos, inquit: profectò ita PLAVTVM amamus, ut è manibus rarò deponendum putemus.* * *Ridiculi segetem largissimam Aristophanes suppeditat, qui non modò PLAVTVM, sed quoscunque alios in hac arte superavit, & plenissimè omnes ridiculi figuras expressit.* Aristophanes PLAUTUM superat in factis & dictis turpissimis, nauseabundis, obscœnis, & nihili. In quâ victoriâ multò inferior victo exstabit victor. *Denique ut acetum nisi vinum corruptum sit, bonum esse nequit.* Hîc substantiæ qualitatem ante quidditatem attribuit Heinsius: quià acetum non modò bonum esse potest, nisi vinum sit corruptum, sed acetum non est: quia acetum aliud nihil est, quàm vinum corruptum & mortuum. Legat hac de re D. Heinsium Bonamicum de alimento li.3.cap.7. & 14. Galen. de simpl.

 medic.

medic.lib.1.c.17. & l.4.c.3. & Thom. in Metaph.l.4. text. 4. *Ita quæ sincera sunt, & vera, risum excitare non possunt. Appositè Quintilianus inquit: Omnis salsa ridendi ratio in eo est, ut aliter, quàm est rectum verumque dicatur. Quare sermo ad risum compositus pugnat cum oratione rectâ, quam Politicam Magistri vocant: cujus sunt virtutes, Perspicuitas, æquitas, simplicitas, veritas. Quâ in parte Dii potiùs, quàm homines Menander apud Græcos, apud Latinos Terentius fuerunt: qui ut sapientibus voluptatem potius afferrent, quàm risum plebi violenter excuterent, duplici jucunditate utilitatem condiérunt imitatione vitæ humanæ, & immutabili lepore.* Oblitus fuit D. Heinsius, Comœdiam pro objecto suo proprio spectare & habere Populum, non Magnates, Idiotas, non sapientes, qui voluptatem & fructum haurire debent ex operibus congruis merito ipsorũ, non alienis à virtute: quod faciunt Comœdiæ. Irrationalis igitur, & stupida fuerit hæc illatio: *ut sapientibus voluptatem.* Idem prosequitur his verbis: *Quam Comœdiam Aristoteles non viderat, sed animo concipiebat.* Animam hîc Aristoteles in corpore habet, tam temere

mere affirmando, quomodo Aristoteles non viderit oculo, sed animo imaginatus fuerit Comœdiam Latinam & novam. At quomodo quæso Aristoteles non noverit, aut non viderit Comœdiam novam? cùm ejus mentionem & judicium de illâ faciat in Ethicis lib. 4. cap. 8. Aristoteles & Plato, si intellexissent vetustam Comœdiam imperfectam fuisse, ob imitationem personarum, ob condimentum jocorum, ob auscultationem plebeam spectatorum (uti probè intellexerunt, atque ideò multos Poetices errores correxerunt) profectò consideratione & censurâ suâ notassent inter cætera reprobationem risûs, ab Heinsio improbati: cùm tamen Aristoteles in Poeticâ, & Plato in personâ Aristophanis in convivio, & adhuc libro septimo Legum illum in fabulis Comicis summoperè approbent. *Nova Comœdia unicum propositum*, inquit Heinsius, *humanos nosse, atque imitari mores.* Quò respexit D. Hieronymus, ad Furiam scribens: *Cùm etiam Comicus, cujus finis est humanos mores nosse, atque describere, dixerit: si-*

ne Cerere, & Libero friget Venus. Ne confirmdamus quæso terminos. Cognoscere humanos mores est observatio intellectûs. Describere eos, & imitari, est actus practicus Artis. Finis postea est, emendatio eorundem morum: qui finis deinceps in subjectum evadit per imitationem, & inducit rationem boni per ridiculum. Sed quomodo potest hoc propositum, & hic finis esse proprius & specificus Comico, cùm in omni Poeticâ imitativâ prædicta cognitio & imitatio æquè necessaria & communis requiratur & discernatur? ***Non omnes* P L A V T I *Comœdiæ tantam ridendi subministrant materiam, quantam una aliqua Aristophanis*:** ait Heinsius. Incidentiæ ridiculæ P L A U T I plus satis habent, frequentiores, civiliores, & artificio planiores sunt, quàm Aristophanis: qui non digressiones modò arripit, sed subjecta integra, auribus abominabilia, urbanitati contraria, frigida, insipida, & trivi alia, ac Luscio Lavinio quodam potius digna, quàm eminenti Comico: immò digna potius, quæ in prostibulo & latrinâ, quam

quæ

quæ in publico, & spectabili Theatro recitentur. Multò plus valet Aulularia PLAUTI ob varietatem & artificium, quàm omnes quasi fabulæ Aristophanis. *PLAVTVS dum ridiculus videri vult*, inquit Heinsius, *fit frigidus & odiosus: quod judicium non est nostrum, sed Horatij & Donati: quorum uterque suo tempore Princeps Criticorum fuit, uterque naris benè emunctæ.* Quidam seculi nostri Critici non solùm æquales, sed dicam Magistri illorum duorum in arte Censoriâ, ob variam, multam, & sublimem doctrinam, judicium Horatij, aliorumque Plautomastigum rationibus fortissimis neque irrationabilibus Chimæris impugnarunt. Non satis est, censurâ aliquid notare, & arrodere: in censurâ rectâ uti ratione, id demùm artis est. *PLAVTVS in dicteriis ita veterem Comœdiam*, ait Heinsius. *ut ad eam sæpe deflectat, & quod proprium in illâ erat ἐπωνύμως & expresso nomine, an circumscribendo, non vitam sed hominem aliquem perstringat. Vt in illo.* Mil. 2.2.v.56,

Nam os columnatum Poëtæ inesse audivi barbaro,

Cui bini custodes semper totis horis accubant.

Hîc, dicit Heinsius, *crudeliter Navium Poëtam excipit, & ejus miseriam ridet. Ridiculum autem à miseriâ Aristoteles prudenter sejungit. Risûs enim cum atroci alicujus calamitate conjunctus fit immanis & barbarus.* RESPONDEO: diversa esse & ambigua Interpretum & Criticorũ super his verbis suffragia: quantum scilicet ad variam lectionem textûs, & scopum sensûs, ut & personæ relationem attinet. Unde fit, ut malè condemnet Heinsius, quæ Poeta non fatetur, In cassum igitur Philosophi auxilium arcessit, nec videt Comœdiam severitati Ethicæ non esse subjectam. Tum etiam meminisse debebat, quàm malignus sæpe & vituperabilis ipsius familiaris Aristophanes sit, dum cantilenis, & titivillitio involvit excellentissimos Oratores & Poetas: adeò ut ne Diis ipsis parcat; cùm PLAUTUS Nævium per ænigma carpat, qui ob errores suos, tamquam reus injuriæ in carcere erat. Pergit Heinsius ac PLAUTUM nostrum in facetiis Comico suo

ſuo Græco multis paraſangis inferiorem eſſe clamat. *Nam quis*, inquit, *riſu non emoritur*, cùm vinoſitatem Cratini ludificatur in Pace?

P. Sapiens autem Cratinus quid agit? Tr. Obÿt,
Cùm Lacones huc irruerent. P. Quo morbo? Tr. Quo?
Miſerè pallere cœpit (ferre enim hoc non potuit)
Frangi cùm videret vino plenum dolium.

conceptus eſt ridiculus: ſed jejunè explicatus. Notate alterum illud ſimile inventum, amplificatum & graphicè depictum à Plauto in Curcul. 1. 2. v. 3. Paucos è multis compendij gratiâ verſus hîc referam: ubi anus lena vinum ſic alloquitur.

——— *Salve anime mi,*
Omnium unguentûm odor præ tuo nauſea eſt,
Vbi tu profuſus, ibi ego me pervelim ſepultam.
Vindemia hac huic anui non ſatis eſt ſoli.
Salve: Ego ſalva ſim? quæ ſiti ſicca ſum.
Age, effunde hoc citò barathrum, prolue cloacam.
Ecce autem bibit arcus. Placet credo hercle (hodie.

Vineam pro aureâ statua, quæ tuo gutturi sit
monumentum.

Facetia plena artificij & risus in Parasito Gelasimo (Stich.2. 1.) semper famelico laudari numquam satis potest. Æquivocatio hominum similium, avaritia senicu-li, jactantia Thrasonis, adulatoria, & gulosa natura Parasiti, qualitates humanorum affectuum, patheticæ non minus ob imitationem, quàm Comici ob jucunditatem virtutes sunt in PLAUTO frequentissimæ, ac prorsùs inimitabiles. Sed in Aristophane valdè raræ, feriales, frigidæ, stomachosæ, nefandæ. Felix ergò Plautus, qui non Aristophanizat! Infelix Aristophanes, qui non Plautizat! Aristophanes in Pluto Dialogo Carionis & Mercurij, docet negare providentiam Dei, & contemnere Religionem. Hic Mercurius infra bajulum vilipenditur. In Equitibus stultissimæ inventionis Poeta vilissimum vappam facit gubernatorem Populi Atheniensis. Quodnam regimen expectari poterat ab homine, nobilitatis, experientiæ, judicij, & omnis disciplinæ experto?

experto? Sic quoque in Nubibus, dum mille modis Socratem infamat, fabulam populi illum prostituendo, & Scholam ejus incendendo, gentem docet esse homines justos, sapientes & utiles conculcare & prosequi. In Ranis quàm irreverenter in Deos suos insurgit? quantus irrisor est primorum Græciæ suæ Tragicorum? quàm ineptus & stolidus est, dum Æschylum Euripidi præponit? Quàm Atheus in Religione, barbarus in moribus, insensatus in Criticâ? In Vespis, quàm infantilis, parùm verisimilis, & frivola apparet illa hominum metamorphosis in Vespas & Canes? Quis hîc fructus ex actione principali percipitur? Si repuerascere faciunt senes viros graves, & senectutem ludibrio exponi? Cùm quis ætatem decrepitam attigerit, quodnam consilium moderandarum suarum vacillationum capiet, si puellascendi defectus irrepabiliter à natura procedit? Quid de ipsius aucupio, & avibus dicam, cùm ipse restet homo nequam? Homines in aves transformare, loqui, aut linguâ humanâ, aut

voce illorum animalium, hoc verò est prudentiam Politicam in cerebrum avicularum transmittere. Calandrinus aliquis plus inventionis & discursûs habuisset. In Pace Agricola introducitur scarabæo insidens, atque in cœlum evolans, ut Pacem conveniat, cum digressionibus suis consuetis circa res vomitorias, putidas & inhonestas. Fingit Poeta illam fabulam Scarabæi in cœlum evolantis ad imitationem Apologi Æsopici, parùm providè: quia plærumque Apologi æstimantur agere de rebus impossibilibus: sicut & infantes dicunt in fabulâ esse vanitatem omni fide majorem. Adde quòd apud Æsopum Scarabæus se portat solum: sed hic hominem bajulat, & fulminis instar omnes cœlos transcurrit. Atqui debuisset quoque fieri animal inusitatæ magnitudinis. Pax, in quâ omnis fabula consistit, ne verbum, quidem ullum facit. In Concionantibus nil quicquam discernitur, neque auditur, nisi opera & vocabula vix tolerabilia in abjectissimo totius mundi prostibul. Hic fœminæ cum vestibus, & barbis

ſuppoſititiis de nocte publicos congreſſus, & quaſi Parlamenta quædam inſtituunt. Scilicet ibi conſultatio fit de regimine civitatis fœminis committendo. Quæ quidem fatuitas in Scenâ producitur cum repræſentatione actuum impudicorum, & ſtolidiſſimorum. Fortaſſis an Poeta fœminis Athenienſibus pudorem incutere voluit quia illis temporibus fuerint impudicæ nimis & petulantes, atque domi in ædibus præſumtuoſæ atque imperioſæ. Demus Poetæ hanc excuſationem, atque calculo noſtro approbemus tale ſubjectum: Oeconomia tamen parùm veriſimilis eſt, quin & depravatio honeſtatis & civilitatis (unde mores in ſummam diſſolutionem & veluti brutalitatem aliquam degenerant) ex quanam arte, ex quâ conſuetudine exſculpi poſsit? in Civitate dico omnium diſciplinarum refertiſsimâ Academiâ? Omnia prædicta Poetices & Ethices monſtra æquè ac forte magis prodigioſa ſunt in Comœdiâ Lyſiſtratâ. In fabula Cereal. celebrant. plurima loca, ab omni artificio Comico alieniſsima,

nissima, contra item jocorum & facetiarum voluptatem inserta sunt. Omnis materia in omnibus partibus ad miraculum usque Comica est, variis & jucundis casibus implexa, atque in unum corpus satis accuratè disposita. Omitto detestationem sibi familiarissimæ spurcitiei, & vix nominandæ petulantiæ. Intueatur mihi aliquis prodigiosum illum anacronismum in introductione Menelai cum Helena, & Persei cum Andromedâ: in quorum personis vertitur dissolutio, & quasi basis ponitur totius illius compositionis, adeò ut falsa, & impossibilis appareat (quoad tempus & locum) præsentia, immò & actio ejusmodi personarum, in terram quasi cadit omnis illa dramatica compositio. Iccircò fides rei extinguitur, & cum illâ oblectamentum, & cum hoc tandem utilitas omnis: si quidem hinc ulla capi potest, cum offendatur & persecutionem patiatur excellentissimus Poeta per hanc indirectam passionem: quòd in suis Comœdiis perversos mores fœminarum repræsentet. Non est

injustus aut mendax insectator malarum fœminarum. Injustè igitur illa damna patitúr, quibus per promissa sua liberatur, cùm dicat, se non scripturum id, quod ex legib. artis, & ex merito fœminarum scribere debebat. Quid indè lucri ergò lectori accedet? Certè exemplũ & consilium adulãdi, malitiam, & supprimendi veritatem, In Acarnensibus Tragico Comœdia nobis repræsentatur: cũ ibi sit cõfusio rerũ partim horribilium, partim ridicularum. Hìc sæpè personæ graves sycophãticè de rebus gravibus fabulantur: adeò ut eodem tempore Scena Theatrum sit Comicorum, & forũ Scurrarum. Præterea quis non præstigiator cerebri adeò stolidi aut inventionis adeò instipidæ fuerit, ut spectatoribus hãc nihil verisimilitudinis habentem monstruositatem proponat, & binas puellas in formâ binorum porcorũ vestiat, pro talibus bestiis vẽdat, in sacco teneat, grunnire eas, & simul humanas voces intelligere, & omne genus ciborum edere faciat, cũ aliis absurdis, quæ ipsa bruta animantia facilè animadvertant, & pro enromibus

bus factis derideam. Hujus farinæ sunt:

Cervam videre, fugere, sectari canes, &
eum plorare, orare, ut subveniat sibi.

Tacco maledicam illius insolentiam contra Euripidem, celeberrimum Tragicum. Ergo doctorum & justorum virorum derisor, Maranus inurbanitatis & impudicitiæ, Atheista Religionis, Chaos Artis Comicæ: qualis illa Nephelococcygia est, inebriare cerebrū sapientū debet, ac facere, ut in ejus laudibus delirent? Sit accusationum mearū Plutarchus, gravissim⁹ Author, qui in consultatione suâ de Aristophane & Menandro multorū & turpissimorum errorum incusat Aristophanem. Resipiscat ergò Horatius, Plauti Calumniator, corrigat se ipse Heinsius: Horatij adulator, hyperbolicus laudator Aristophanis! Vide hominis impotentiam! *Plautus in Tragico-Comico Amphitryone, more Tragicorum fabulam accepit, & disposuit: sed nomina retinuit ex parte, quod non solet fieri in Comœdiâ.* In veteri Comœdiâ apud Aristophanem, & alios Comicos ab Athenæo allegatos sæpius nomina propria,

pria, & ab antiquis Poëtis usurpata retinentur. Comœdiæ novæ eadem licentia detur oportet: nisi forte efficax aliqua ratio obstet, contradicente quamvis Aristotele, qui tamen leges Poeticas ferre nullas potest, nisi in arte, ratione, aut usu sint fundatæ, qui est inviolabilis. *In Amphitruone*, ait Heinsius, *est divina δέσις sive nodus. Mirâ enim ratione impeditur fabula, & intricatur actio: solutio autem benè succedere non potuit. Ergò infelix & oblitus sui ire cogitur ad Deum, & ἀπὸ μηχανῆς finire, quod est ultimum refugium Poetæ, cùm τὴν δέσιν, hoc est, nodum, quem ligavit ipse solvere non potest, & rem parùm providè tractavit.* In Aristophane Heinsiano tales machinæ non modò leviter apparent, sed copiosè quasi adpluunt. Adeò ibi frequentes sunt in multis fabulis. Præterea si ejusmodi fabula est species Tragœdiæ, ac si in Tragœdiis, secundùm Suidam in ἀπὸ μηχανῆς, locum habent ob causas justas: ergò in Amphitruone fabula semi-Tragicâ machina non erit inconveniens, quæ præsertim secum admirabile quid trahit, & cum veneratio-

ne

ne quadam conjunctum. Qui respectus hîc maximè necessarius erat ad prosternendum & humiliandum furorem Amphitruonis. Quamvis hîc persona Jovis pro machinâ non sit, utpote intrinseca, & sæpius introducta. Machina propriè refertur ad personas in Comœdiâ extrinsecas, &accessorias, quæ sunt, necessitate quadã sunt acceptatæ, & quasi è cœlo delapsæ ad dissolvendum nodum per vim, quam Poeta ingenio suo explicare non potuit. *Summus*, infit Heinsius, *Aristoteli ambitus unius Solis est: quâ in parte admirandi sunt Sophocles, & Terentius. Plautus verò novem menses uno dramate complexus est. Alcumena enim concipit, & parit: quod pugnat cum ipsâ naturâ. Hæc vitaverant Græci Poetæ: & Technici vitanda monuerant. Plautus susque deque habuit: ut in Captivis. Quam incuriam Horatius cùm videret, continere se nõ potuit, quin exclamaret.*

—— Vos exemplaria Græca
Nocturnâ versate manu, versate diurnâ.

Contra negligentiam Latinorum & incuriam gravissimè taxaret.

Aristoteli, Horatio, & Heinsio respondet

det nostrum Progymnasma CXXXII. in Tertio Volumine. Ubi contra prædictam præscriptionem temporis, & contra verisimilitudinem ipsius Naturæ audacissimi fuêre transgressores, Æschylus, Euripides, Homerus, Virgilius, & ipse Terentius. Si primi Magistri artis sese non adstringunt ad hanc observationem, inutile & falsissimum erit documentum Horatij. Si Terentius hanc legem implevit, non opus igitur erat adeò generaliter in illam exclamationem prorumpere: *Vos exemplaria Græca*. Deinde Aristophanes Heinsij in Pluto duos dies insumit. In Pace Trigeus in Cœlum evolat, postea in terram revertitur. Hîc & iter & spatium unius diei impossibile est. Necessariò ergò oportet aut oculos ad ejusmodi errores occludere, aut prodigiis nefandis fidem adhibere, aut saltem ad abusum fabularum confugere. In Acarnensibus Amphiteus Athenis Spartam versùs tendit, atque inde quasi eodem momento Athenas revertitur. In Ranis etiam Bacchus ad inferos descendit, unde per varia loca transcurrit,

&


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM

& in variis successibus, ac longis negotiis per necessariam suppositionem diu commoratur. Hæc via ab abysso ad superficiem terræ (importans secundùm quosdam Mathematicos 3436. millaria, quantum ad semidiametrum) in ejusmodi brevi transcursu temporali finiri non potest extra refugium Chimærarum fabulosarum. In Equitibus etiam tot ratiocinia, & rixæ, ac discursus, orationesque forenses aliæque rerum intricationes interveniunt: immò & ipse populus multò diversim à suo statu primi regiminis Agoratici repræsentatur: adeò ut integræ septimanæ perficiendis tot actionibus vix sufficerent. Considerate quæso in Avibus similiter peregrinationem itineris, glocitationem infinitam tot interlocutorum ædificationem Nephelococcygiæ, interventum elocutorium Deorum, famam publicam Civitatis Nephelococcygiæ, unde multi ad eam revertuntur, Judicate jam, annon ad tantos & longos casus annus potius Platonicus, quàm dies Comicus requiratur. In Concionanti-

bus

bus, in Celebrantibus festum Cereale, in Lysistratâ si quisquam cœco affectu minimè abreptus commodè negotia cum tempore quoad multiplicitatem eorum terminandam opus habet, collegerit, computate horas cœnarum, somni, & aliarum ejusmodi necessitatum, sine dubio elucescet, quomodo omnis Comœdia cũ licentiosâ prævaricatione regulas sui intervalli diurni transgrediatur. Sed advertite quæso, quomodo Censor Batavicus in se ipse arma Censuræ suæ convertat! *Mercurius*, ait, *in Amphitruone & Iupiter Dij sunt: quibus omnia concedimus: quare incurrere absurdum non possunt. Nam ibi Dij agunt, cessat ratio humana.* Ergo nox una in tres noctes prolongata: conceptio & nativitas eodem die, quamvis res sint Naturæ contrariæ, non tamen pro novitatibus impossibilibus damnari debent: quippe quarum Dij, Naturâ superiores, authores sunt: alioquin Metamorphoses cum omni Poesi Vulcano tradendæ essent, PLAUTUS *cum Curculionis Scenam posuisset alibi, Epidauri nimium, Romam transit*

ſit in eâdem, & Romanorum mores Scenæ ſuæ oblitus, invehitur, & loca ſingula deſcribit Actu IV. Scena I Hac licentiâ, quæ aliquando recitantes perſonâ hiſtrionicâ exuit, & populum alloquitur Ariſtophanes, primùm abuſus eſt, etiam extra ſua παραβάσεις: quæ transfiguratio perſonalis nihil differt à transportatione locali. Eam ob cauſam Ariſtophanes, talium vitiorum inventor graviores pœnas PLAUTO luere debet. Deſcendit poſtea in invectivam prorsùs abſurdam, quando Plautus in Menæchmis *Soſidem* introducit, *qui veniret è Siciliâ, & ſurreptum, qui in Macedoniâ habitaret, habitu eodem tempore ita ſimili fuiſſe, ut dignoſci non poſſent: cùm nihil ſimile iſta gentes haberent. Quod quidem vitium ne à Chorago quidem emendari poteſt.* Quantum ad perſonam attinet, vidi ego Florentiæ duos fratres, ſibi adeò ſimiles, ut ſine diligentiſſimâ & accuratiſsimâ intuitione alter ab altero dignoſci minimè potuerit. Quantum ad loquelam, tres ego viros cognovi, qui in regionibus exteris per multos annos habitaverant, nec tamen quicquam

pro-

pronunciationem, vel idioma vernaculum mutaverant. Quantum ad vestitum, solent se peregrinantes (ut sæpius observare est) continuò ad formam & normam ejus civitatis, ad quam appulerunt vestire: ne scilicet digito, tanquam peregrini, à spectantibus monstrentur. Videte in quibus minutiis occupetur Heinsius fallendi temporis causâ, modò ut lectori tædium pariat. Nos verò prolixitatem fugientes nonnihil hîc respirabimus.

Progymnasma. XXIII.

Plautus in libertatem vindicatur contra Cavillationes Heinsij & Horatij.

Renovat dehinc arma: & incrementa bello dat Heinsius adversùs Plautum. *Addictionem*, inquit, *si verias, multa sunt in Plauto, quæ profectò extra scenam non stant, neque usum habent, nisi inter histriones & Theatri ambitu circumscribantur.* Hîc & deinceps Heinsius demonstrat Theatralia, & à communi usu remota esse vocabula, conceptus, & sententias. Si Plautus, Comicus cum sit, Comicè ratiocinatur, & linguâ Comœdiæ propriâ loquitur, perfe-

ctè officium suum adimplet: propterea, quòd nullus scriptor, nisi formulas locutionis velit confundere, & terminos artis, uti debet, stylo tam amplo & generali, ut omnes compositiones eius capaces esse possint: alioquin phrasis Virgiliana cũ omnis generis scriptis applicari nonpossit, quia propriè pertinet ad Epicum genus carminis, laudem nullam merebitur. Quisnam verò scriptor unquam visus est, qui in vocibus, in conceptibus, in sententiis magis sit singularis, quàm Aristophanes? In illius Comœdiis millenæ voces, nusquam alibi usurpatæ, in usum revocatæ reperiuntur; & tamen Heinsius de iis ne verbulum quidem meminit, aut conqueritur. Extollit insuper multis laudibus stylum modernum & proprium Terentij. Dico ego, antiquitatem in PLAUTO non esse vitium suum, sed sæculi sui. Elegantia Terentiana adeò Latina est, ut nullatenus sit Comica. Ideò nec salsa evadit, nec delectabilis, nec ubique personis congruens, aut apta, quas imitatur, id est, Comicis: quæ ut plurimùm sermone triviali

utuntur, ridiculo, & sæpe inusitato. Terentius autem sine ullo artificio unâ eadémque viâ usque incedit, eadem usque legens vestigia. Adeò scilicet superstitiosus est in hac suâ inopportunâ Latinitate. Subjicit adhuc, ut & in ἠθοποιΐᾳ: *Regnat iste Afer ad Antiquitatis stuporem usque. Rectè ergò Varro in Argumentis Cæcilicis poscit palmam; in ethesin Terentius: in sermonibus* PLAUTUS. Hîc Heinsius Terentium potiorem in Comœdiâ Plauto statuit, prout oratio morata, in quâ iste præpollet, simplici locutioni, in quâ hîc præminet, præfertur. Postea affirmat hunc Varronis locum à nullo Criticorum benè intellectum fuisse. Id quod Varro casu præsumit, & id quod sibi Heinsius supra modum assumit (non modò hîc solùm, sed & alibi quoque) in disputationem trahitur & deciditur. Resumit discursum suum in hunc modum: *Orationem moratam demit Plauto Horatius, cùm inquit.*

——— Adspice Plautus

Quo pacto partes tutetur amantis ephebi.

Videtur Charinum habuisse in animo, qui in Mercatore furiosum & amatorium more confundit. Furere autem præ amore non Comœdiæ est, verùm Tragœdiæ, ut in Phædrâ videmus. Quare? Quia πάθος aliquod immane exspectatur, quod Tragœdiam constituit, ut μετάβασις conveniat furenti. Insaniæ Tragicæ Charini hisce resolutionibus restringuntur.

Merc. 2.4.v.4. *Cur non morior?*

Me toxico morti dabo.

Certum est exulatum hinc ire me.

Postea paratus ad peregrinandum apparet, & huic phantasiæ immersus incepit quasi raptus extra se enarrare loca, in quibus successivè appulerit. Sed ubinam sunt deliquia animi, aut sanguis, aut homicidia, aut mors, aut vulnera, aut arma, aut similia requisita Tragœdiæ? quæ multis vicibus in suo Aristophane ostentantur. Charinus Plauti etiam ad frigiditatem usque calet, quam vitare non potuit.

5.3.v.98.

——*Iam Cyprum veni.*

Porrò

Porrò proficiscar quæsitum. Nunc perveni
Chalcidem.
Video ibi hospitem Zazyntho, dico quod eò
advenerim.
Rogito, quis eam vexerit: quis habeat, si ibi
indaudiverit,
Hospes respondit, Zazyntho, ficus fieri non
malas.

Vides hominem tam tristem, ut festivus esse quærat. Inprimis Poeta hîc describit hominem amantem; & ob passionem amatoriam quasi phreneticum. Mente captos multa sæpè ab re loqui, nil mirum est, multa etiam ridicula illos proferre constat. Verus igitur character hominis furiosi & amantis hîc depingitur in personâ Charini. Qualis ridicula quoque Ajacis fuit apud Sophoclem in Trag. vers.300. qui credens se vindicare ab hostibus, trucidabat, suspendebat, & virgis cædebat varia pecora. Similiter apud Euripidem in Hercule Fur.vers.997. Alcides manibus suis nunc hac, nunc illac percutit rhedam sine equis cum risu adstantium si-

bi imaginatus, se aurigam esse, & equos agitare. Quæ diversa dicta & facta ridicula in personâ Orlandi Furiosi apud Ariostum propositum nostrum maximoperè confirmant. Ergò si Tragœdiæ, si Epopéæ ejusmodi vacillationes, & phrenetica ex risu composita alij imitantur, Plautus ut Comicus errorem nullum in hoc casu, ubi Charinus videtur delirare, commisit: aut voluit Poëta hunc lepidum conceptum in stulti loquio amantis interponere, ut melancholiam spectatoribus è tristi materiâ subnascentem temperaret, aut hæ voces, *Zazynthofieri non malas*, conceptum ridiculum non continebant, sed locutionem aliquam proverbialem, ut *Ficum Mercurio*, *Ficus ficus vocat*: cum aliis ejusmodi phrasibus vulgaribus, & omnibus nationibus usitatis. Ergò sententia, quæ absolutoria esse poterat, non debet ut absolutè condemnatoria temerè pronunciari. *At divinus iste in hac parte duos amatores in Eunucho more suo Phædriam & Chaream perfectè moribus fingit.* Affectus amatorij in istis Juveni-

venibus Terentianis sunt languidi, ordinarij & tales, qui unicuique, idiotæ in mentem venire possent. Unde inventio eorum pathetica, sed admiranda non est, ut in Plauto illud artificium optimè discerni solet. Quâ de re judicet velim quivis Criticus doctus, & ab omnibus affectibus alienus. *Cum omnes, quos imitantur Poetæ instar pictorum, Aristotele teste, aut similes, aut pejores, aut meliores quàm sunt, exprimant, meretrices verò partim similes, partim meliores introducit. Similes, ut Thaidem, meliores, ut Bacchidem. Parasitos verò semper deteriores, & voraciores Plautus, numquam meliores. Phormio Terentianus planè & admirandus, & in suo genere Gnatho. Plautini quia risum quærunt, veritatem & sermone, & sententiis amittunt. Tres virtutes enim sermo postulat moratus, æquitatem, simplicitatem, & veritatem, quæ quod unicuique est insitum, ob oculos ponit. Ridiculum verò violentum est: quia corruptum est, & à corruptis causis movetur. Moratum, quin simile est naturæ, leniter delectat, cùm imaginem vitæ ætatum singularum, ac nationum, cum stupore in scenâ videmus. Planè*

ut pictura, quæ à vero recedit, & cubitalem exprimit nasum, aut distortum os, risum movet: similis delectat. Illud autem omnes tribuunt Menandro, quem Terentius expressit.

Terentius introducit Sosiam optimum moribus contra naturam servorum Comicorum, & præter usum Comœdiæ Parmeno, Syrus, & Gata, sunt corruptores morum juvenilium, machinatores fraudum, authores gravium malorum: ac si sceleratissimis ipsorum inventionibus aliquid prosperè succedit, fortunæ id adscribendum est. Quis ergò sensus, quæ veritas apparet in illis verbis: *Terentius similes, numquam meliores.* Simile absurdum deprehenditur in repræsentatione Meretricum, quæ bonæ factæ sunt, aut probæ, idque repugnante ipsarum naturâ, & contra usum fabularum dramaticarum: Immò contra ipsius Terentij dogma, qui in Prologo Eunuchi ejusmodi personis ex lege Comicæ artis hasce nativas proprietates attribuit. Nimirum.

Bonas matronas facere, meretrices malas:
Parasitum edacem, gloriosum militem.

falsa

—— *falli per servum senem.*

En tibi ergò Terentium sibi & arti contrarium dum nec servos damnosa malitia, nec Parasitos voraci gulâ, nec meretrices lucrosâ nequitiâ insignit. Immò ut vitio pejus accidēs minori malo magis conforme est: sic prædictis personis vitiosis verisimilius adscribitur imitatio pejorum, quàm ut minus mali sint. Præterea homines quantò sunt ignobiliores, tantò magis virtus despicatui habetur. Malæ personæ in Comœdiâ, quæ est *imitatio deteriorū*, sūt ignobiles, & servi, & parasiti & meretrices sunt ignobiliores. Ergò multò magis vitij participes esse solent: multoque celerius concitare possunt ridiculam voluptatem, & fructum moralem. Quia quantò malitiosior & versatior est servus, & quantò magis parasitus omnia verba & opera sua refert ac reducit ad usum gulæ suæ, & quò magis meretrix sibi lucrum & usuram corporis spondet, eò ornatior fit Comœdia, eòque attentiores, alacrioresque efficit spectatores. Nam si actio omnis Comica consuetam ratio-

ut pictura, quæ à vero recedit, & cubitalem exprimit nasum, aut distortum os, risum movet: similis delectat. Illud autem omnes tribuunt Menandro, quem Terentius expressit.

Terentius introducit Sosiam optimum moribus contra naturam servorum Comicorum, & præter usum Comœdiæ Parmeno, Syrus, & Gata, sunt corruptores morum juvenilium, machinatores fraudum, authores gravium malorum: ac si sceleratissimis ipsorum inventionibus aliquid prosperè succedit, fortunæ id adscribendum est. Quis ergò sensus, quæ veritas apparet in illis verbis: *Terentius similes, numquam meliores.* Simile absurdum deprehenditur in repræsentatione Meretricum, quæ bonæ factæ sunt, aut probæ, idque repugnante ipsarum naturâ, & contra usum fabularum dramaticarum: Immò contra ipsius Terentij dogma, qui in Prologo Eunuchi ejusmodi personis ex lege Comicæ artis hasce nativas proprietates attribuit. Nimirum.

Bonas matronas facere, meretrices malas:
Parasitum edacem, gloriosum militem.

falsa

——— *fal li per servum senem.*

En tibi ergò Terentium sibi & arti contrarium dum nec servos damnosa malitia, nec Parasitos voraci gulâ, nec meretrices lucrosâ nequitiâ insignit. Immò ut vitio pejus accidēs minori malo magis conforme est: sic prædictis personis vitiosis verisimilius adscribitur imitatio pejorum, quàm ut minus mali sint. Præterea homines quantò sunt ignobiliores, tantò magis virtus despicatui habetur. Malæ personæ in Comœdiâ, quæ est *imitatio deteriorū*, sūt ignobiles, & servi, & parasiti & meretrices sunt ignobiliores. Ergò multò magis vitij participes esse solent: multoque celerius concitare possunt ridiculam voluptatem, & fructum moralem. Quia quantò malitiosior & versatior est servus, & quantò magis parasitus omnia verba & opera sua refert ac reducit ad usum gulæ suæ, & quò magis meretrix sibi lucrum & usuram corporis spondet, eò ornatior fit Comœdia, eòque attentiores, alacrioresque efficit spectatores. Nam si actio omnis Comica consuetam ratio-

ut pictura, quæ à vero recedit, & cubitalem exprimit nasum, aut distortum os, risum movet: similis delectat. Illud autem omnes tribuunt Menandro, quem Terentius expressit.

Terentius introducit Sosiam optimum moribus contra naturam servorum Comicorum, & præter usum Comœdiæ Parmeno, Syrus, & Gata, sunt corruptores morum juvenilium, machinatores fraudum, authores gravium malorum: ac si sceleratissimis ipsorum inventionibus aliquid prosperè succedit, fortunæ id adscribendum est. Quis ergò sensus, quæ veritas apparet in illis verbis: *Terentius similes, numquam meliores.* Simile absurdum deprehenditur in repræsentatione Meretricum, quæ bonæ factæ sunt, aut probæ, idque repugnante ipsarum natura, & contra usum fabularum dramaticarum: Immò contra ipsius Terentij dogma, qui in Prologo Eunuchi ejusmodi personis ex lege Comicæ artis hasce nativas proprietates attribuit. Nimirum.

Bonas matronas facere, meretrices malas.
Parasitum edacem, gloriosum militem.

falsa

——— *falli per servum senem.*

En tibi ergò Terentium sibi & arti contrarium dum nec servos damnosa malitia, nec Parasitos voraci gulâ, nec meretrices lucrosâ nequitiâ insignit. Immò ut vitio pejus accidēs minori malo magis conforme est; sic prædictis personis vitiosis verisimilius adscribitur imitatio pejorum, quàm ut minus mali sint. Præterea homines quantò sunt ignobiliores, tantò magis virtus despicatui habetur. Malæ personæ in Comœdiâ, quæ est *imitatio deteriorū*, sūt ignobiles, & servi, & parasiti & meretrices sunt ignobiliores. Ergò multò magis vitij participes esse solent: multoque celerius concitare possunt ridiculam voluptatem, & fructum moralem. Quia quantò malitiosior & versatior est servus, & quantò magis parasitus omnia verba & opera sua refert ac reducit ad usum gulæ suæ, & quò magis meretrix sibi lucrum & usuram corporis spondet, eò ornatior fit Comœdia, eòque attentiores, alacrioresque efficit spectatores. Nam si actio omnis Comica consuetam ratio-

ut pictura, quæ à vero recedit, & cubitalem exprimit nasum, aut distortum os, risum movet: similis delectat. Illud autem omnes tribuunt Menandro, quem Terentius expressit.

Terentius introducit Sosiam optimum moribus contra naturam servorum Comicorum, & præter usum Comœdiæ Parmeno, Syrus, & Gata, sunt corruptores morum juvenilium, machinatores fraudum, authores gravium malorum: ac si sceleratissimis ipsorum inventionibus aliquid prosperè succedit, fortunæ id adscribendum est. Quis ergò sensus, quæ veritas apparet in illis verbis: *Terentius similes, numquam meliores.* Simile absurdum deprehenditur in repræsentatione Meretricum, quæ bonæ factæ sunt, aut probæ, idque repugnante ipsarum naturâ, & contra usum fabularum dramaticarum: Immò contra ipsius Terentij dogma, qui in Prologo Eunuchi ejusmodi personis ex lege Comicæ artis hasce nativas proprietates attribuit. Nimirum.

Bonas matronas facere, meretrices malas:
Parasitum edacem, gloriosum militem.

fals

—— *falli per servum senem.*

En tibi ergò Terentium sibi & arti contrarium dum nec servos damnosa malitia, nec Parasitos voraci gulâ, nec meretrices lucrosâ nequitiâ insignit. Immò ut vitio pejus accidēs minori malo magis conforme est: sic prædictis personis vitiosis verisimilius adscribitur imitatio pejorum, quàm ut minus mali sint. Præterea homines quantò sunt ignobiliores, tantò magis virtus despicatur habetur. Malæ personæ in Comœdiâ, quæ est *imitatio deteriorū*, sūt ignobiles, & servi, & parasiti & meretrices sunt ignobiliores. Ergò multò magis vitij participes esse solent: multoque celerius concitare possunt ridiculam voluptatem, & fructum moralem. Quia quantò malitiosior & versatior est servus, & quantò magis parasitus omnia verba & opera sua refert ac reducit ad usum gulæ suæ, & quò magis meretrix sibi lucrum & usuram corporis sponder, eò ornatior fit Comœdia, eòque attentiores, alacrioresque efficit spectatores. Nam si actio omnis Comica consuetam ratio-

 nem

bi imaginatus, se aurigam esse, & equos agitare. Quæ diversa dicta & facta ridicula in personâ Orlandi Furiosi apud Ariostum propositum nostrum maximoperè confirmant. Ergò si Tragœdiæ, si Epopéæ ejusmodi vacillationes, & phrenetica ex risu composita alij imitantur, Plautus ut Comicus errorem nullum in hoc casu, ubi Charinus videtur delirare, commisit: aut voluit Poëta hunc lepidum conceptum in stulti loquio amantis interponere, ut melancholiam spectatoribus è tristi materiâ subnascentem temperaret, aut hæ voces, *Zazyntho fieri non malas*, conceptum ridiculum non continebant, sed locutionem aliquam proverbialem, ut *Ficum Mercurio*, *Ficus ficus vocat*: cum aliis ejusmodi phrasibus vulgaribus, & omnibus nationibus usitatis. Ergò sententia, quæ absolutoria esse poterat, non debetur absolutè condemnatoria temerè pronunciari. *At divinus iste in hac parte duos amatores in Eunucho more suo Phædriam & Chaream perfectè moribus fingit.* Affectus amatorij in istis Juveni-

venibus Terentianis sunt languidi, ordinarij & tales, qui unicuique, idiotæ in mentem venire possent. Unde inventio eorum pathetica, sed admiranda non est, ut in Plauto illud artificium optimè discerni solet. Quâ de re judicet velim quivis Criticus doctus, & ab omnibus affectibus alienus. *Cum omnes, quos imitantur Poetæ instar pictorum, Aristotele teste, aut similes, aut pejores, aut meliores quàm sunt, exprimant, meretrices verò partim similes, partim meliores introducit. Similes, ut Thaidem, meliores, ut Bacchidem. Parasitos verò semper deteriores, & voraciores Plautus, numquam meliores. Phormio Terentianus planè & admirandus, & in suo genere Gnatho. Plautini quia risum quærunt, veritatem & sermone, & sententiis amittunt. Tres virtutes enim sermo postulat moratus, æquitatem, simplicitatem, & veritatem, quæ quod unicuique est insitum, ob oculos ponit. Ridiculum verò violentum est: quia corruptum est, & à corruptis causis movetur. Moratum, quin simile est naturæ, leniter delectat, cùm imaginem vitæ ætatum singularum, ac nationum, cum stupore in scenâ videmus. Planè*

——— *falli per servum senem.*

En tibi ergò Terentium sibi & arti contrarium dum nec servos damnosa militia, nec Parasitos voraci gulâ, nec meretrices lucrosâ nequitiâ insignit. Immò ut vitio pejus accidēs minori malo magis conforme est; sic prædictis personis vitiosis verisimilius adscribitur imitatio pejorum, quàm ut minus mali sint. Prætereà homines quantò sunt ignobiliores, tantò magis virtus despicatur habetur. Malæ personæ in Comœdiâ, quæ est *imitatio deteriorũ*, sũt ignobiles, & servi, & parasiti & meretrices sunt ignobiliores. Ergò multò magis vitij participes esse solent: multoque celerius concitare possunt ridiculam voluptatem, & fructum moralem. Quia quantò malitiosior & versatior est servus, & quantò magis parasitus omnia verba & opera sua refert ac reducit ad usum gulæ suæ, & quò magis meretrix sibi lucrum & usuram corporis spondet, eò ornatior fit Comœdia, eòque attentiores, alacrioresque efficit spectatores. Nam si aēito omnis Comicæ consuetam ratio-

nem agendi excedat. novitate sua multò fit delectabilior. Etiam moralitas indè multò fit fructuosior, Homo quippe in raptu vitioso, infami & nocivo, quo alium immodicè contra Religionem, contra leges, contra genus humanum, contra honorem, contra vitam ferocire videt, sapientiorem se, prudentiorem & justiorem in consiliis & actionibus reddit. In prædictis personis τὸ ridiculum nec violentum est, nec excessu peccant: Tum quia Aristoteles post definitionem Comœdiæ immediatè ponit subsequentem mentionem Ridiculi, tanquam medij maximè necessarij: & idonei: tum quia Populo, qui fabulæ Comicæ objectum extrinsecum est, gustus Ridiculi requisitus, desideratus, & gratissimus esse solet. Quod si Aristotesles pro partu legitimo Artis admittit. Tragœdias, in totum fabulis confictis innixas: quia *oblectans cunctos*, quâ de causâ quæso Comœdiæ Plautinæ ut indecentes reprobari poterunt? si per ridiculositatem suam tantopere Populum, cujus

cujus gustui inservire debent, delectant. Quâ de causâ proavi Romani, quando *Plautinos laudavere sales*, demonstrabant, se non esse stultè miratos, sed Horatium potius *stultè* judicasse. Quando alioquin Heinsius lepores scenicos & licentiosos sub leges facetiarum Socraticarum, quas Plato & Xenophon imitati sunt, & Terentius secutus est, reducere vult, videtur ipse mihi id agere, ut Philosophiam in Comœdiam transformet. Urbanitas enim moderata in Philosophiâ laudatur à Philosopho lib. 4. Ethic. cap. 8. utpote in conversatione civili valdè honesta, Scurrilitas autem iis tribuitur, qui concitationem risus magis amant, quàm Cynosuram decori. Hi possunt esse Parasiti, servi, & similis alij qui adulari, & scurras agere student, ut gens ignara, vilis, & impudens: in cujus quidem observationis imitatione Plautus fuit Apelles quidam Comicus. Sed adhuc Heinsius se in frigiditatibus Plautinis con-

calefacit. *Frigidum*, inquit, *fit multifariàm: vel in frigidâ translatione, ut cùm dentes alceati dicuntur in Capt. I. 2. v. 78. & cùm victus sentes esitare, & scrupulosam viam commeare ibidem dicitur.* Proverbium Græcorum apud Suidam in βίος notatur hoc, *Vita spinosa*: locutione proverbiali, quæ etiam ad Latinos transiit. Unde senex Hegio hîc dicit: *Mens scrupulosam victus commeat viam.* Sed quia Proverbia aliquando solent esse obscura, propterea quod ad litteram rem unam denotant, & relativè postea aliam intendunt, atque ea propter illud idem infra quasi pro glossâ sui Proverbij replicat: *Asper meus victus sane est.* Parasitus super hoc dicto proverbiali, secundùm usum proprium ejusmodi hominum, per jocum respondet in verbis istis: *sentes esitas calceatis dentibus.* Quemadmodum infra dicente Hegione, *terrestris cœna est*, subjungit ipse, *sus terrestris bestia est.* Si hæ figuræ aut proverbiales, aut æquivocæ, aut allusivæ reputari debent *frigidæ*, utique omnes Comœdiæ, quà Græcæ quà Latinæ omnia item apophthegmata ab antiquis prolata,

prolata, *fridilitatis* nomine malè audiunt in culinâ Heinsianâ. Unum quodque idioma proprias agnoscit phrases, & proverbiales nonnumquam, ut peregrinis & imperitis pro monstro sæpè & prodigio esse soleant. Errorem ergò suum Batavus ille Criticus agnoscat, nec tam leviter obelum figat iis, quæ ipse non intelligit, ne in Chrysippi crimen incidat, qui natus in Sicilia legem nominum Græcorum ipsis Græcis dare volebat, cujus linguæ ipse ignarus erat. Unde Galenus de difficul. puls. lib. 2. cap. 10. hac ironiâ ipsum subsannat: *At quam quæso ob rem? quòd terrâ natus scilicet sit Atticus de Codri familia & Erichthei. Ac qui si quidem illorum sit nepos, non adulteraret, quasi nummum aliquem antiquæ institutam vocis. Nunc vero (quod quis ferat?* *neque Athenis natus, aut educatus, sed ex Siciliâ pridem adveniens, priusquam probè Græcam vocem didicerit ullam, Atheniensibus studet legem nominibus ferre: picæ Sirenem imitans, ut picam non graculum dicimus, vel corvum, vel aliud quippiam, quem verius appellaveris hunc audacem hominem.* Talis fuit quoque Burdo

 ille

ille Scaliger, cujus audacissimam procacitatem in omnes viros doctos multi egregiè perstrinxerunt; & tali Epitaphio illi scitè parentavit nonnemo:

Dum satagit scalas doctorum figere turbæ
SCALIGER, e scalis præcipitatus obit.

Authoritas Horatij in hoc conflictu non tutabitur Heinsium. Ille quippe ad singularia Plauti in simplici loquutione non descendit, sed tanquam natus & enutritus Romæ, cognitum Romanis usurpat sermonem in scenâ. Quid igitur sibi vult Heinsius? aut quid Plauto exprobrat? *Qualia nec Scipio*, inquit, *nec Lælius flos nobilitatis Romanæ etiam in scenâ probare potuissent.* Igitur duo hi nobiles Romani, jus dicentes in Curia, non abhorruisse à facetiis Plautinis, hinc constare potest. Nec cessat tamen irâ ferventissimus Heinsius frigiditatem Plautinam exsufflare his verbis Capt.4.4.v.1.

Cui homini Dij sunt propitij, ei non esse iratos puto.

Et Stich.1.2.v.63.

E maiis

E malis multis malum, quod minimum est, id minimum est malum.

Et Capt. Prol. v. 1. *Hos, quos videtis stare captivos duos Hi stant, non sedent.*

Huic discursui è contrariis se opposuit olim magno judicio præditus M. Ant. Muretus in Var. lect. lib. 14. cap. 5. cujus sententiæ ego hoc addiderim: Plautum idiotismum horum sermonum non nisi jocandi gratiâ produxisse: utpote auditoribus gratissimum futurum. At tales quidem sententias ἐκ τῶν ἐναντίων hodie novimus esse Doctoris *Gratiani*, quibus consentiunt Zanni, Pantaloni, & servi fatui, atque ejus farinæ ridiculi homines, qui omnes eò respiciunt, ut ad risum & oblectationem alios suis sermonibus commoveant: num forte ex illis ad virtutem aliquam excitari possint. Tandem suas Buffonitates ita absolvit D. Heinsius.

Hæc pro viro maximo Horatio sint dicta: non tamen contra PLAUTUM, quē amamus, suspicimus, diligimus, & sæpius ipso TERENTIO legim⁹. Verùm ut judicium acuamus, simul ut plebeij quidā, ita facetissimum scriptorē ament, legant, tractent,

tractent, ediscant (quod & rectè & ordine faciunt, neq; enim satis commendari potest) ut nec omni ex parte veteribus probatum fuisse meminerint, & quod est præcipuum de Horatio minus libere loquantur. Terentij autem miram venustatem intelligere paulatim discant? cujus incredibiles lepores, ut Iosephus Scaliger dicebat olim, „ vix centesimus Eruditorum quisque videt. Ego hoc ænigma non penetro. *PLAUTU Mamamus, suspicimus, diligimus; sæpius ipso TERENTIO legimus, neq; satis commẽdari non potest.* Et interim distorto ac scævo suo judicio serviliter flagellat Plautum, ac Terentio postponit. Scilicet hic hominum mos est, admirari & legere eos Authores, qui virtute & famâ alios superant. Atque ita Plauto nostro idem accidit, quod Boncio illi de Rupalle, qui cùm uxorem suam graviter fustigasset, posteà capillos illi suos iterùm blandè pectinavit.

FINIS APOLOGIÆ PLAUTINÆ.

VIRI CLARISSIMI

DN. BALTHAS. VENATORIS,

JCti

EPIGRAMMA,

In

VENERANDI SENIS,

Viri Incomparabilis,

Dn. JOH. PHILIPI PAREI

Novissimam Editionem

M. ACCI PLAUTI Sarsinatis

COMOED. XX.

De consilio & judicio JUSTI-JOSEPHI SCALIGERI, JULI CÆS. à BURDEN FIL. adornatam.

EX quo Mars aluit per funera mutua bellum,
Et Germana suo sanguine terra madet,
Consiluêre Artes, perierunt omnia pulchra:
Grajus in exilio est, Ausoniusque Lepos:
Rex saliunt PLAUTUS quâ nunc sub nocte quiescit,
Scena PAREANA sabe reculta manu?
Sola illa restat Iactator Fabula MILES,
Cujus splendidior sole Machara nitet.
Exoculatque oculos radiosi luminis ictu.
Omnibus, ad spectat quos ferus ille chalybs.

Ille,

Ille, inquam, MILES, turres qui frangit & urbes.
Qui facili grandem pugna Elephanta necat.
Qui solis difflat legionum corpora rhonchis,
Prae quo Mars posset trimulus esse puer.
Tali nunc passim barritu raditur auris:
De Musis pane est quilibet Harpocrates.
Vnus sustinuit nomen laudemque PAREVS,
Immoto retinens castra vetusta pede.
Nota Typographicis felix industria pralis:
Testis & Vbertas fœtifica ingenij:
Qualia praestiterat quondam VARRONIS acumen,
Miraclum antiqui temporis & Latij.
VARRO Vale! nobis plus est, quàm Varro, PAREVS.
Anteit ille avo, sed prait hic meritis.

BALTHAS. VENATOR JC.
& Poeta.





PARTICULÆ LINGUÆ LATINÆ,

PARTICULÆ NOMINUM.

NOMEN, *Alius.*



Lius, ἄλλος, ein Anderer: cui opponitur *Hic, Idem, Nemo, &c.* Et cùm sermo est de pluribus, usurpatur, inque oratione eleganter eodem, atque etiam diverso casu, sine conjunctione, iteratur.

Eodem: Cic. lib. 3, de orat. *Alij se ad Poëtas, alij ad Musicos contulerunt.* Idem, pro Mil. *Non alio facinore clari homines, alio obscuri necantur.* Idem, pro Lig. *Sed tamen*

aliud est, errare Cæsarem nolle; aliud, nolle misereri. Idem Att. lib. 21 *Deinde alia legatio dicta erat, alia data est.* Plaut. Aul. *Alia fœmina: aliâ peior est.* Ibidem, *prodigia alia visa eo anno sunt, alia nunciata.*

Diverso; Cic. Tuscul. lib. 4. *Animus alius ad alia vitia propensior.* Idem, de orat. *Aliud aliis videtur optimum.* Idem lib. 4. de Finib. *Perspicuum est vitia alia in aliis esse majora.* Idem, ad Heren. lib. 2. *De eadem re sæpe alius aliud decernit.* Livius decad. 1. lib. 4. *Tendendo ad sua quisque consilia, cum aliud alij videretur, aperuerunt locum hosti.* Idem, decad. 4. lib. 4. *Bella alia ex aliis nos occupant.*

Alius ex Alio.

Ἄλλος ἐξ ἄλλου, Eins nach (oder) auß dem andern. Seriem seu connexionem, sine intermissione, denotat: Pro quo ineptè vulgò dici solet, *vnus ex alio*: vel, *una res post aliam* Cic. Att. lib. 16. *Sed ut aliud ex alio, mihi non est dubium, quin, &c.* Subintellige verbum sermoni conveniens.

niens. Idem, lib. 1. de Nat. Deor. *Est admirabilis quaedam continuatio, seriesque rerum, ut alia ex alia nexa, & omnes inter se aptae colligataeque videantur*: Terent. Eun. *Aliud ex alio malum, &c.* Virgil. lib. 5. Æneid. *Nos alia ex aliis in Fata vocamur.*

Aliud aliâs & vice versâ.

Aliâs aliud.

Ἄλλοτε ἄλλο, Cic. lib. 1. de Orat. *Potest non solùm aliud mihi ac tibi: sed mihi ipsi aliud aliâs videri.* Idem, lib. 2. de Orat. *Itaque & illi aliâs aliud iisdem de rebus & sentiunt & judicant.* Idem, Orat. *Quorum descriptus ordo aliâs aliâ terminatione concluditur.*

Vide Adverb. *Aliâs.*

Alius aliò.

Aliò, Adverbialiter, pro, ad aliũ locũ, ἄλλῃ, Anders wohin/ an ein andern Ort/ ꝛc. Cic. lib. de Divinat. *Simia, quam Rex habebat in delitiis, & sortes ipsas, & caetera, quae erant ad sortem parata disturbavit, & aliud aliò* dissipavit: Eins dahin/ das

ander dorthin/ Τῆδε κἀκεῖσε. Livius, deca[illegible]. lib. 7. *Aliis aliò delatis navibus, sine tumultu trajecêre, &c.*

Alius, ac.

Ἄλλος ἤ, Cic. pro Balbo. *Quid ergò hi possunt aliud judicare ac judicarunt?* Idem pro Planc. *Nec erit hæc alia ratio Plancio ac Laterensi.* Idem, Fam. lib. 5. *Longè aliâ conditione sum, ac cæteri Imperatores.* Terent. Phorm. *Aliud mihi respondes, ac rogo.* Idem, Hecy. *Alio suspicans morbo me visurum affectam, ac sensi esse uxorem.* Ibidem, *Neque voce aliâ, ac res monebat, ipsa poterat conqueri.*

Aliuŝ atque, Alius atque alius.

Cic. Fam. lib 14. *Longè aliâ in fortunâ est, atque ejus pietas ac dignitas postulat.* Idem, pro Mur. *Sæpè sine ulla apertâ causâ fit aliud, atque existimamus.* Cæsar, lib. 7. de bell. Gall. *Docet longè alia ratione esse belligerandum, atque antea sit gestum.* Terent. And. *Alium censes esse me nunc, atque olim,*

olim, cum dabam? Cic. de Orat. *Eadem res alio atque alio elata verbo.* Livius, Decad. 3. lib. 7. *Marcellum aliæ atque aliæ objectæ animo religiones tenebant.* Idem, Decad. 3. lib. 8. *Inchoata res jam antè de Manissasa, aliis atque aliis de causis dilata erat.* Idem, Decad. 4. lib. 1. *Quotannis alium atque alium dominum sortiuntur, &c.*

Alius, &c.

Cic. Fam. lib. 8. *Solet enim aliud sentire & loqui.* Idem, pro Cecin. *Non alia causa est æquitatis in uno servo, & in pluribus.* Id. Offic. lib. 2. *Alia causa est ejus, qui calamitate premitur, & ejus, qui res meliores quærit, nullis rebus suis adversis.* Idem, pro Cœl. *Lux denique longè alia est Solis, & lychnorum.*

Alius, nisi.

Cic. Fam. lib. 2. *Cum Pompejo complures dies nullis in aliis, nisi de Repub. sermonibus versatus sum.* Ibid. lib. 9. *Sic tibi, mi Pœte, persuade, me dies & noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi ut mei cives salvi liberique*

rique sint. Ibidem, *Nihil aliud egerunt, nisi me ut opprimerent.* Idem, lib. 2. Off. *Spartam nullâ aliâ re, nisi avaritiâ interituram.* Idem, pro Lig. *Quid autem aliud egimus, Tubero, nisi ut, quod hic potest, nos possimus?* Livius, Decad 3. lib. 7. *Nec tum eum quicquam aliud remorari, nisi quod clausæ hyeme Alpes essent.*

Alius, quam: Alius, præter.

Cic. Att. lib. 3. *Nec quicquam aliud opus est, quàm abrogari, &c.* Idem, Philip. 2. *Quid hoc est aliud, quàm tollere è vitâ vitæ societatem?* Livius, decad. 1. lib. 2. *Plebi creverant animi, & longè aliâ, quàm primò instituerant, viâ grassabantur.* Idem, Decad. 4. lib. 6. *Nec alia re, quàm velocitate tutantur se.* Cic. de Orat. lib. 2. *Rogavit nunquid aliud ferret præter arcam?* Idem, pro Lig. *Quæ est igitur alia pœna, præter mortem? &c.*

Alius

Alius, pro *alter*, sive *secundus*.

Cic. Verr. 6. *Tam te has phaleras à Philarcho Centuripino abstulisse, dicebant, quàm alias, item nobiles, ab Aristo Panormitano, quàm tertias. à Cratippo lyndaritano.* Plaut. Menæch. *Captus fuit in pugnâ Hegionis filius, Alium quadrimum fugiens servus vendidit.*

Alius, *Longè*

Alius, pro diversus, jungitur Adverbio. *Longè.* Sallust. in Catil. *Longè alia mihi mens est, &c.* Cic. lib. 1. de Orat. *Sed aliud quiddam, longè aliud, Crasse, quærimus.* Idem, de Provin. Coss. C. *Cæsaris longè aliam video fuisse rationem.* Livius, Decad. 4. lib. 4. *Ubi longè alia belli ratio, quàm cum Liguribus erat.*

DERIVATA ab hoc nomine, *Aliâs*, & *Aliter* reperies inter Adverbia.

NOMEN, *Aliquis.*

Aliquis, aliqua, aliquod, vel, *aliquid*: Einer/ ex *Alius & Quis* compositum, multitudinis significationem habet, etsi est singularis numeri. Non enim est *aliquis*, nisi de multis: Ac significat incertam personam, sive rem, τὶς, ὁ δεῖνα. Einer/etc. Cic. lib. 3. de legib. *Puto posse, & quidem aliquem de tribus nobis*: Idem, lib. 1. de Orat. *Quid mihi tanquam alicui Græculo otioso quæstiunculam ponitis?* Terent. And. *Arbitror jam esse aliquem amicum & defensorem ei.* Ich achte es dafür/ sie habe schon etwan einen Freundt/ und der sich jhrer anneme/ und sie verthädige/ etc.

Interdum *Aliquis*: vel, *Aliquid esse*, ponitur pro, Existimatione præditum esse, vel, aliquo in numero haberi. Cic. Att. lib. 3. *Me, ut facis, velis esse aliquem*: *Quoniam qui fui, & qui esse potui, jam esse non possum*: Laß mich doch auch/ wie du dann thust/ nicht den geringsten seyn/ etc. Idem, Verr. 1. *Vt tum aliquid esse videar.* Ibidem,

Ibidem, *Cælius tum denique aliquid futurum putet.* Idem, lib. 1. de Orat. *Existimasne artem aliquam esse dicendi? &c.*

Interdum eleganter omissum subauditur, ante Relativum *Qui, Quæ, Quod,* Cic. lib. 2. Off. *Præmittebat de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres*: Id est, quosdam, seu aliquos. Idem, Philip. 1. *Misi pro amicitiâ, qui hoc diceret, &c.* Idem, in Pis. *Sæpe vidi, qui & mihi & cæteris cupidiores provinciæ viderentur, &c,* Idem, lib. 1. de Divin. *Præsertim cum sint, qui omninò nullam divinationem probent.*

NOMEN, *Aliquot.*

Τινὲς, ἔνιοι, Etlich. Nomen est Numerale, plurale, indeclinabile, ex *Alij,* & *Quot* conflatum, usurpatur de Numero incerto, tam rerum, quàm personarum: Vulgò, *nescio quot. &c.* Ei, *Omnia*, opponitur. Cic. de Univers. *Disciplina Pythagoreorum aliquot secula in Italia, Siciliaque viguit.* Idem, lib. 2. de Divinat. *Aliquot somnia vera sunt.* Idem. Att. lib. 9. *Aliquot anni sunt, cùm vos duos elegi, quos*

præcipuè colerem. Ibidem, lib. 7. Ex Terentio, *Heri aliquot adolescentes coimus in Piræum, &c.*

NOMEN, *Alter.*

Alter, a, um, Einer vnder zween: Ei opponitur, Uterque: ἕτερος, der Ander. Nam plerunque de duobus; Interdum tamen etiam de pluribus accipitur, sed duarum partium. Cic. lib. 1. de Orat. *Si alter contemnere, alter ne nosse quidem Græcos videretur, uterque ita se graviorem fore putabat, &c.* Idem, 8. Philip. *Aut libertas parata est victori, aut mors exposita victo. Quorum alterum optabile est, alterum effugere nemo potest.* Idem, Philip. 5. *Partium contentionem esse dictitat, quarum partium? alteri victi sunt, alteri sunt è mediis C. Cæsaris partibus.* Idem, Tuscul. 5. extremâ: *Ad Brutum nostrum hos libros, alteros quinque mittemus.* Idem, de divinat. lib. 1. *Non modò his tribus, qui, &c. Sed etiam alteris tribus, qui, &c.* Virg. eclog. 3 *Aurea mala decem misi, cras altera mittam.*

mittam. hoc eſt, Altera decem, quæ mihi reſtant.

Alter, pro *Primus.*

Cùm jungitur Ordinalibus nominibus. Cic. Fam. lib. 12. *Liberalibus litteras accepi tuas, quas mihi Cornificius altero & vigeſimo diē reddidit.* Idem, pro Mil. *Centeſima lux eſt hæc ab interitu Clodij, & , ut opinor, altera, &c.*

Alter, pro *Secundus.*

Crebrò uſurpatur, cùm in duorum, tum plurium enumeratione. Cic. Att. lib. 14. *Ego è Formiano exiens XVII. Calend. ut inde altero die in Tuſculanum, ſcripſi hæc, &c.* Idem, pro Cluent. *Vnus & alter dies intercesſerat, cum, &c.* id eſt, duo dies. Ibidem. *Cum is unum jam & alterum diem deſideraretur.* Idem, in Parti. *In primo Conjectura valet, in altero Definitio, in tertio, Ratio.* Idem, 1. Philipp. *Proximo, altero, tertio, denique reliquis conſecutis diebus, non intermittebas quaſi donum aliquod afferre Reipub.* Idem, in Top. *Æquitas tripartita eſſe dicitur,*

una ad superos Deos, alter ad Manes, tertia ad homines pertinere. Plaut. Bacchid. *Illo tria fata fuêre exitio, Signum ex arce, si perijsset: alterum est Troili mors: tertium, cum portæ Scææ limen superum scinderetur.*

Alter, pro, *similis*. *Alter ego, Alter idem.*

Cic. lib. 2. de Finib. *Metrodorus penè alter Epicurus beatum esse describit his verbis.* Idem, Fam. lib. 7. *Vide quàm mihi persuaserim te me esse alterum.* Idem, Att. lib. 4. *Pompejus ad omnia me alterum se fore dixit.* Idem, de Am. *Est enim is amicus, qui est tanquam alter idem.* Idem, Verr. 6. *Tua te altera patria Messana circumvenit.* Ibidem, *Verres alter Orcus Ennam venisse videtur.* Idem, Verr. 7. *Alter Verres luxuriâ & nequitiâ.* Plaut. Amph. *Qui me alter est audacior homo.* Idem, Aul. *Neque illo quisquam est alter ex paupertate parcior.* Livius, decad. 3. lib. 1. *Sed pater ipse Amilcar, Mars alter, ut isti volunt, dux erat, &c.*

Alterum

Alterum tantum

Pro Duplo ponitur. Noch so viel / noch eins so viel. Cic. Orator. *Pes, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit partem pedis, aut aqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse majorem.* Livius, decad. 1. lib. 10. *Militibus ex prædâ centenos binos asses, alterum tantum. Centurionibus atque equitibus divisit.* Plaut. Epid. *Immò etiamsi alterum tantùm perdendum est, perdam potius, quàm sinam me inpunè irrisum esse.* Idem, Bacchid. *Quem quidem ego, ut non excruciem, Alterum tantum auri non meream.*

NOMEN, *Alteruter.*

Alteruter, a, um, ἑκάτερος, de duobus dicitur: der ein / einer unter zweyen / so du wilt / etc. Cic. Att. lib. 8. *Dellio mandaveram, ut, si vobis videretur, alteruter vestrum ad me veniret, alter in Siciliam proficisceretur.* Ibidem, *Pompeius dicitur pro Appio laborare, ut etiam putent alterutrum de filiis ad te missurum.* Idem, Att. lib. 10.

Solon capite sanxit, si quis in seditione non alterius utrius partis fuisset: Aliâs, *alterutrius* legitur.

NOMEN, *Alternus, a, um,*

Alternus, a, um, ἀμοιβαῖος: Einer vmb den andern. Cic. pro Arch. *Quod* ἐπίγραμμα *fecisset alternis versibus longiusculis,* In welchem Carmine, ein Verß vmb den andern ein wenig länger war. Idem, pro Cluent. *Ex duabus orationibus capita alterna inter se recitanda curavit.* Plinius, lib. 10. C. 1. *Grues alternis pedibus insistentes, &c.*

Huc refer, *Alternis* verbis, diebus, mensibus, sermonibus, pedibus, annis, vicibus, &c. pro altero quoque verbo, die, mense, &c.

PRÆTEREA, *Alternis,* Absolutè; ubi videtur, Vicibus, aut aliud aliquid conveniens, quod sensus poscit, subintelligi. Virgil. Eclog. 3. *Alternis dicetis, amant alterna Camenæ, &c.* Quod Cic. per *Vicissim,* effert.

NOMEN, *Causa.*

Cic.

Cic. de Fato, *Causa est quae efficit id cujus est causa, ut vulnus mortis, cruditas morbi, ignis ardoris. &c.* αἴτιον, αἰτία, Ursach.

Interdum ponitur pro re, aut negotio, quod geritur, aut agitur: ὑπόθεσις, Ein Sach/oder Rechtshandel. Cic. Fam. lib. 1. *Quamobrem ejus causam, quod te scribis audîsse, magnâ illius commendatione susceptam, defendi in senatu, &c.* Ibidem, *Causam frequenti senatu obtinebamus. &c.*

Interdum significat originem, caput, radicem, fontem, principium, &c. Cic. Philip. 2. *Vt Helena Trojanis, sic iste Reipub. causa belli, causa pestis, & exitij fuit.* Idem, Philip. 9. *Is mortem attulit, qui mortis causa fuit.* Idem, Off. lib. 2. *Nunquam bellorum civilium semen & causa deerit, dum, &c.* Idem, pro Cœl. *Reperietis hanc migrationem huic adolescenti causam omnium malorum fuisse.* Livius, decad. 4. lib. 4. *Pythagoras unus, ne caperetur urbs, causa fuit.*

Alicujus causa, seu, *gratia.*

Pro, propter, vel pro, von einsen wegen.

twegē. Sic, meâ, tuâ, suâ, nostrâ, vestrâ causâ. Nam Cicero non dicit, Mei, tui, sui, nostri, vestri causâ, nisi addatur nomen Genitivi casus. Cic. in Vat. *At enim dixisti, non meâ, sed Reipub. causâ homines de meo reditu laborâsse,* idem, Verr. 4. *Vt, quo die, verbi causâ, esse oporteret Idus Ianuarias, eo die Calendas Martias proscriberet.* Idem, Att. lib. 15. *Magnâ me liberâris curâ, si hoc oneris meâ causâ susceperis.* Terent. Hecyr. *Tuas cognatas te deserere, & festos dies meâ causâ, nolo.*

Causa, cur.

Vide Adverbium, *Cur.* Cic. pro P. Quint. *Continuò ne causa fuisset, cur à Pretore postulares?* Livius, decad. 4. lib. 4. *Confictâ aliqua probabili causâ, cur abfuisset.* Et, decad. 4. lib. 9. *Causam ei cur à matre esset ejectus, narravit.*

Causa, quòd.

Cic. Att. lib. 7. *Si ob eam causam, quòd ratio ejus non habeatur, exercitum adducat.* Idem, de Am. *Quòd autem non affuisses, va-*

le:u-

letudinem respondeo causam, non mœstitiam fuisse.

Causa, quin.

Cic. pro domo. *Collegium vestrum consuluit num quid esse causæ videretur, quin id signum, curiamque concordiæ dedicaret.* Terent. And. *Quid causæ est, quin hinc in pistrinum rectâ proficiscar viâ*: Idem, Phor. *Non causam dico, quin quod meritus est, ferat,* Idem, Hecyr. *Neu causa ulla restet reliqua, quin tua Philumena ad te redeat.*

Causa, quamobrem.

Cic. pro Cœl. *Quæ fuit causa, quamobrem isti mulieri venenum vellet dare Cœlius? &c.* Idem, lib. 3. de Fin. *Quæque autem æstimanda essent, eorum in aliis satis esse causæ, quamobrem quibusdam anteponerentur.* Ibidem, *Satis habent causæ, quamobrem reijciantur.* Terent. Andr. *Dictum ac factum, invenerit aliquam causam, quamobrem ejciat oppido.* Idem, Hecyr. *O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abierit, causam vides.*

Causa,

Causa, Quare.

Cic. ad Heren. lib. 2. *Causam ostendemus Vlyßi fuisse, quare interfecerit Ajacem*, *Cæsar*, lib. 1. bell. Gall. *Satis esse causæ arbitrabatur, quare in eum aut ipse animadverteret, aut civitatem animadvertere juberet.*

NOMEN, *Certus.*

Certus, a, um, non dubius. Α'ναμφίβολ@, ἀναμφισβήτητ@ Gewiß. Ei opponitur. *Dubius, Incertus.* Cic. ex Ennio, de Am. *Amicus certus in re incertâ cernitur.* Wann es Vbel gehet/ da lernet man die Freunde recht kennen. Plaut. Pseud. *Certa amittimus, dum incerta petimus.* Terent. Eun. *Incerta hæc si tu postules ratione certa facere, nihilo plùs agas.* Idem, in prolog. Hecyr. *Spe incertâ certum mihi laborem sustuli.*

2. Significat Idem, quod *Fidus, Fidelis.* Cic. Fam. lib. 1. *Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem literas, non prætermittam, &c.* Gewisse Botten/welchen zu vertrawen ist. Idem, Verr.

6. *Vbi*

6. *Vbi audisset Rex unde illi eburnei dentes essent, statim certos homines misisse, qui eos portarent, &c.*

3. Notus, *Apertus*: Cic. ad Q. Fr. lib. 2. *Certissimus parricida.* Idem, pro Rosc. Am. *Iam intelligis certum crimen, quibus suspicionibus coarguatur.* Ter. Eun. *Iam satis certum est, virginem esse vitiatam.*

4. *Proprius, Definitus, Peculiaris, Selectus, &c.* Cic. de Somn. *Omnibus qui patriam conservarint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo, ac definitum locum ubi beati avo sempiterno fruantur.* Idem, pro P. Quint. *Certos mihi fines terminosque constituam, extra quos, &c.*

5. *Certum est*, pro δέδοκται, ratum, constitutum, deliberatum, decretum est: Cui plerunque adjungitur Dativus, & Infinitivi modi verbum. Cic. pro Rosc. Am. *Certum est deliberatumque, quæ ad causam pertinere arbitror, omnia dicere.* Idem, Att. lib. 13. *Hoc Cæsarem scribere narrabat, sibi certum esse Romæ manere.* Ibid. lib. 15. *Certum sibi esse ad Brutum, & Cassium transire.* Plaut. Curcul. *Nunc demũ properare certũ est.*

Idem,

Causa, Quare.

Cic. ad Heren. lib. 2. *Causam ostendemus Vlyßi fuisse, quare interfecerit Ajacem*, *Cæsar*, lib. 1. bell. Gall. *Satis esse causæ arbitrabatur, quare in eum aut ipse animadverteret, aut civitatem animadvertere juberet.*

NOMEN, *Certus.*

Certus, a, um, non dubius. Ἀναμφίβολος, ἀναμφισβήτητος Gewiß. Ei opponitur. *Dubius, Incertus.* Cic. ex Ennio, de Am. *Amicus certus in re incertâ cernitur.* Wann es Ubel gehet/ da lernet man die Freunde recht kennen. Plaut. Pseud. *Certa amittimus, dum incerta petimus.* Terent. Eun. *Incerta hæc si tu postules ratione certa facere, nihilo plùs agas.* Idem, in prolog. Hecyr. *Spe incertâ certum mihi laborem sustuli.*

2. Significat Idem, quod *Fidus, Fidelis.* Cic. Fam. lib. 1. *Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem literas, non prætermittam, &c.* Gewisse Botten/welchen zu vertrawen ist. Idem, Verr.

6. Vbi

6. *Vbi audisset Rex unde illi eburnei dentes essent, statim certos homines misisse, qui eos portarent, &c.*

3. Notus, *Apertus*: Cic. ad Q. Fr. lib. 2. *Certissimus parricida.* Idem, pro Rosc. Am. *Iam intelligis certum crimen, quibus suspicionibus coarguatur.* Ter. Eun. *Iam satis certum est, virginem esse vitiatam.*

4. *Proprius, Definitus, Peculiaris, Selectus, &c.* Cic. de Somn. *Omnibus qui patriam conservarint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo, ac definitum locum ubi beati ævo sempiterno fruantur.* Idem, pro P. Quint. *Certos mihi fines terminosque constituam, extra quos, &c.*

5. *Certum est*, pro δέδοκlαι, ratum, constitutum, deliberatum, decretum est: Cui plerunque adjungitur Dativus, & Infinitivi modi verbum. Cic. pro Rosc. Am. *Certum est deliberatumque, quæ ad causam pertinere arbitror, omnia dicere.* Idem, Att. lib. 13. *Hoc Cæsarem scribere narrabat, sibi certum esse Romæ manere.* Ibid. lib. 15. *Certum sibi esse ad Brutum, & Cassium transire.* Plaut. Curcul. *Nunc demũ properare certũ est.*

Idem,

Causa, Quare.

Cic. ad Heren. lib. 2. *Causam ostendemus Vlyßi fuisse, quare interfecerit Ajacem,* Cæsar, lib. I. bell. Gall. *Satis esse causæ arbitrabatur, quare in eum aut ipse animadverteret, aut civitatem animadvertere juberet.*

NOMEN, *Certus.*

Certus, a, um, non dubius. Ἀναμφίβολος, ἀναμφισβήτητος Gewiß. Ei opponitur. *Dubius, Incertus.* Cic. ex Ennio, de Am. *Amicus certus in re incertâ cernitur.* Wann es Ubel gehet/ da lernet man die Freunde recht kennen. Plaut. Pseud. *Certa amittimus, dum incerta petimus.* Terent. Eun. *Incerta hæc si tu postules ratione certa facere, nihilo plùs agas.* Idem, in prolog. Hecyr. *Spe incertâ certum mihi laborem sustuli.*

2. Significat Idem, quod *Fidus, Fidelis.* Cic. Fam. lib. I. *Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem literas, non prætermittam, &c.* Gewisse Botten/welchen zu vertrawen ist. Idem, Verr.

6. Vbi

6. *Vbi audisset Rex unde illi eburnei dentes essent, statim certos homines misisse, qui eos portarent, &c.*

3. Notus, *Apertus*: Cic. ad Q. Fr. lib. 2. *Certissimus parricida.* Idem, pro Rosc. Am. *Iam intelligis certum crimen, quibus suspicionibus coarguatur.* Ter. Eun. *Iam satis certum est, virginem esse vitiatam.*

4. *Proprius, Definitus, Peculiaris, Selectus, &c.* Cic. de Somn. *Omnibus qui patriam conservarint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo, ac definitum locum ubi beati avo sempiterno fruantur.* Idem, pro P. Quint. *Certos mihi fines terminosque constituam, extra quos, &c.*

5. *Certum est*, pro δέδοκίαι, ratum, constitutum, deliberatum, decretum est: Cui plerunque adjungitur Dativus, & Infinitivi modi verbum. Cic. pro Rosc. Am. *Certum est deliberatumque, quæ ad causam pertinere arbitror, omnia dicere.* Idem, Att. lib. 13. *Hoc Cæsarem scribere narrabat, sibi certum esse Romæ manere.* Ibid. lib. 15. *Certum sibi esse ad Brutum, & Cassium transire.* Plaut. Curcul. *Nunc demũ properare certũ est.*

Idem,

Causa, Quare.

Cic. ad Heren. lib. 2. *Causam ostendemus Vlyßi fuisse, quare interfecerit Ajacem*, *Cæsar*, lib. 1. bell. Gall. *Satis esse causæ arbitrabatur, quare in eum aut ipse animadverteret, aut civitatem animadvertere juberet.*

NOMEN, *Certus.*

Certus, a, um, non dubius. Ἀναμφίβολος, ἀναμφισβήτητος Gewiß. Ei opponitur. *Dubius, Incertus.* Cic. ex Ennio, de Am. *Amicus certus in re incertâ cernitur.* Wann es Ubel gehet/ da lernet man die Freunde recht kennen. Plaut. Pseud. *Certa amittimus, dum incerta petimus.* Terent. Eun. *Incerta hæc si tu postules ratione certa facere, nihilo plùs agas.* Idem, in prolog. Hecyr. *Spe incertâ certum mihi laborem sustuli.*

2. Significat Idem, quod *Fidus, Fidelis.* Cic. Fam. lib. 1. *Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem literas, non prætermittam, &c.* Gewisse Botten/ welchen zu vertrawen ist. Idem, Verr.

6. *Vbi*

6. *Vbi audisset Rex unde illi eburnei dentes essent, statim certos homines misisse, qui eos portarent, &c.*

3. Notus, *Apertus*: Cic. ad Q. Fr. lib. 2. *Certissimus parricida.* Idem, pro Rosc. Am. *Iam intelligis certum crimen, quibus suspicionibus coarguatur.* Ter. Eun. *Iam satis certum est, virginem esse vitiatam.*

4. *Proprius, Definitus, Peculiaris, Selectus, &c.* Cic. de Somn. *Omnibus qui patriam conservârint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo, ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur.* Idem, pro P. Quint. *Certos mihi fines terminosque constituam, extra quos, &c.*

5. *Certum est*, pro δέδοκται, ratum, constitutum, deliberatum, decretum est: Cui plerunque adjungitur Dativus, & Infinitivi modi verbum. Cic. pro Rosc. Am. *Certum est deliberatumque, quæ ad causam pertinere arbitror, omnia dicere.* Idem, Att. lib. 13. *Hoc Cæsarem scribere narrabat, sibi certum esse Romæ manere.* Ibid. lib. 15. *Certum sibi esse ad Brutum, & Cassium transire.* Plaut. Curcul. *Nunc demũ properare certũ est.*

Idem,

tegē. Sic, meâ, tuâ, suâ, nostrâ, vestrâ causâ. Nam Cicero non dicit, Mei, tui, sui, nostri, vestri causâ, nisi addatur nomen Genitivi casus. Cic. in Vat. *At enim dixisti, non meâ, sed Reipub. causâ homines de meo reditu laborâsse.* idem, Verr. 4. *Vt, quo die, verbi causâ, esse oporteret Idus Ianuarias, eo die Calendas Martias proscriberet.* Idem, Att. lib. 15. *Magnâ me liberâris curâ, si hoc oneris meâ causâ susceperis.* Terent. Hecyr. *Tuas cognatas te deserere, & festos dies meâ causâ, nolo.*

Causa, cur.

Vide Adverbium, *Cur.* Cic. pro P. Quint. *Continuò ne causa fuisset, cur à Pratore postulares?* Livius, decad. 4. lib. 4. *Conficta aliqua probabili causâ, cur abfuisset.* Et, decad. 4. lib. 9. *Causam ei cur à matre esset ejectus, narravit.*

Causa, quòd.

Cic. Att. lib. 7. *Si ob eam causam, quòd ratio ejus non habeatur, exercitum adducat.* Idem, de Am. *Quòd autem non affuisses valetu-*

letudinem respondeo causam, non mœstitiam fuisse.

Causa, quin.

Cic. pro domo. *Collegium vestrum consuluit num quid esse causæ videretur, quin id signum, curiamque concordiæ dedicaret.* Terent. And. *Quid causa est, quin hinc in pistrinum rectâ proficiscar viâ*: Idem, Phor. *Non causam dico, quin quod meritus est, ferat,* Idem, Hecyr. *Neu causa ulla restet reliqua, quin tua Philumena ad te redeat.*

Causa, quamobrem.

Cic. pro Cœl. *Quæ fuit causa, quamobrem isti mulieri venenum vellet dare Cœlius? &c.* Idem, lib. 3. de Fin. *Quæque autem æstimanda essent, eorum in aliis satis esse causæ, quamobrem quibusdam anteponerentur.* Ibidem, *Satis habent causæ, quamobrem reijciantur.* Terent. Andr. *Dictum ac factum, invenerit aliquam causam, quamobrem eijciat oppido.* Idem, Hecyr. *O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abierit, causam vides.*

Causa,

6. *Ubi audisset Rex unde illi eburnei dentes essent, statim certos homines misisse, qui eos portarent, &c.*

3. Notus, *Apertus*: Cic. ad Q. Fr. lib. 2. *Certissimus parricida.* Idem, pro Rosc. Am. *Iam intelligis certum crimen, quibus suspicionibus coarguatur.* Ter. Eun. *Iam satis certum est, virginem esse vitiatam.*

4. *Proprius, Definitus, Peculiaris, Selectus, &c.* Cic. de Somn. *Omnibus qui patriam conservarint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo, ac definitum locum ubi beati ævo sempiterno fruantur.* Idem, pro P. Quint. *Certos mihi fines terminosque constituam, extra quos, &c.*

5. *Certum est*, pro δέδοκται, ratum, constitutum, deliberatum, decretum est: Cui plerunque adjungitur Dativus, & Infinitivi modi verbum. Cic. pro Rosc. Am. *Certum est deliberatumque, quæ ad causam pertinere arbitror, omnia dicere.* Idem, Att. lib. 13. *Hoc Cæsarem scribere narrabat, sibi certum esse Romæ manere.* Ibid. lib. 15. *Certum sibi esse ad Brutum, & Cassium transire.* Plaut. Curcul. *Nunc demũ properare certũ est.*

Idem,

Idem, Amph. *Certum est hominem eludere.* Terent. And. *Nec quid agam certum est.* Ibidem, *Omnia experiri certum est, &c.* Idem, Eun. *Si istuc ita certum est tibi, Amabo, ut illuc transeas, ubi illa est,* Hastu dir solches vorgesetzt/bistu also gesinnet, &c.

Notentur, & hæ Formæ: *Pro certo habere*, pro, certum habere; quo Livius utitur, Decad. 3. lib. 8. Idem, Decad. 3. lib. 3. *De Capua defectione agi, accipique Annibalem satis pro certo habuêre.*

Cic. Bruto. Et Att. lib. 2. *Pro certo negare.* Et lib. 5. *Omnia posthac, quæ certa non erunt, pro certo negato.* Idem [illegible] Leg. Agr. *Pro certo polliceri atque confirm[illegible].* Salluft. *Pro certo credere. Pro certo dicere,* für ein Warheit sagen. Terent. Adelph. *Pro certone tu istac dicis?*

Et, *certò certius.* à Jurisconsultis usurpatur, pro, verissimum, certissimum, &c.

Postremo loco. Etsi *certum aliquem facere de* aliqua re usurpatur à Poëtis (ut Plaut. Pseudol. *Fac me certum quid tibi sit.* Et Virg. lib. 3. Æneid. *Anchisen facio certum,*

tum, &c.) Cic. tamen in gradu comparandi mavult efferre. Exempli causâ: ad Fam. lib. 9. *Heri veni in Cumanum: cras ad te fortasse: sed cum certum sciam, faciam te paullò antè certiorem.* Ibidem, *Non committam, ut te serò à me certiorem factum putes.* Ibidem, *Persequar te in Cumanum, & antè te certiorem faciam, ut lavatio parata sit.* Idem, Verr. 6. *Sed tantum vos certiores, Iudices, facio quid iste in provincia Prætor egerit.* Plaut. Bacchid. *Ex me quidem hodie nunquam fies certior, &c.*

NOMEN, *Cujusmodi*, & *Cujusquemodi*.

Indeclinabilia sunt ambo ποιόςτις, ὁ-ποιόςτις, Welcherley; Conflata è *Cujus*, *Quis* & *Modus*. Cic. Verr. 6. *Quæro cujusmodi tu judicia Romæ putâris esse.* Idem, lib. 9. *Ego veteri amico, &c. munusculum mittere volui, cujusmodi ipsius solent esse munera, &c.*

In Admiratione. Plaut. Mostell. *Cujusmodi Gynæceum? quem & porticum?*

CUIUSQUEMODI. Cic. pro Flacc. *Sed tamen judicium fieri videtur, quem tabulæ illa*

illæ ipsæ cujusquemodi sunt, proferuntur. Cujusquemodi, pro, omnis generis. Cic. lib. 5. de Finib. *Quum enim fertur quasi torrens oratio, quamvis multa cujusquemodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas.* Idem, lib. 2. de finib. *Luxuriosos reprehenderes ob eam ipsam causam, quòd ita viverent, & persequerentur cujuequemodi voluptates.*

NOMEN, *Ejusmodi.*

Ejusmodi, Nomé est Indeclinabile, Τοιῦτος, d'rgestalt/dergleichen/dererley: Cùm nullo satis idoneo verbo id quod volumus, exprimi posse videtur, usurpamus *Ejusmodi.* Cic. Verr. 6. *Quod vas ejusmodi sibi à matre relictum, &c.* esset ablatum, &c. Ibidem, *Venio nunc non ad furtum, non ad avaritiam, non ad cupiditatem, sed ad ejusmodi facinus, in quo omnia scelera contineri atque inesse videantur.* Idem, pro Rosc. Am. *Ego crimen oportet diluam: vos & audaciæ resistere, & hominum ejusmodi perniciosam atque intolerandam potentiam primo quoque tempore, extinguere atque opprimere debetis.* Ibidem, *Homines ejusmodi, quorum alter gladiator nobilis habetur, alter facilè magistrum*

scelere

scelere audaciâque superavit. Idem, pro Cœlio. *Quis non videt, ibi ejusmodi domo in qua materfamiliàs meretricio more vivat, servos non esse servos?*

Interdum copulatur, cum *Vt.* Cic. Fam. lib. 14. *Mœreo casum ejusmodi, ut in tantis tuis miseriis mea miseria subleventur, &c.*

NOMEN, *Ejusdemmodi.*

Componitur ex Ejusdem, & Modi, significat, *Ejusdem generis*, habetque oppositum, Dissimilis, Cic. Acad. 4. *Alios dissimiles, alios ejusdemmodi mundos esse.* Idem, Verr. 6. *Idem, opinor, artifex ejusdemmodi Cupidinem fecit illum, qui est Thespiis.* Idem, Verr. 4. *Ejusdemmodi totum jus pratorium, ejusdemmodi omnis res judiciaria, fuit in Siciliâ, Verre pratore, &c.*

NOMEN, *hujusmodi.*

Copulari solet cum *Vt*, interdum, Cic. Fam. lib. 13. *Quod erit hujusmodi, ut, si à Cæsare, quod speramus, impetraverimus, tuo beneficio nos id consequuturos esse, judicemus.* Sive, *Vt*, Plaut. Amph. *In hominum ætate multa eveniunt hujusmodi,* Ibidem, *Iræ, si quæ fortè eveniunt hujusmodi, &c.*

NO-

NOMEN, *Istiusmodi.*

Ponitur pro *Talis*: Estque indeclinabile, significans, *Istius* formæ, seu speciei. Cic. Verr. 3. *Perfacile verò apud istiusmodi Prætorem, &c.* Idem, Verr. 6. *Videte Majorum diligentiam, qui nihil dum etiam istiusmodi suspicabantur.* Idem, pro Rosc. Am. *In victu arido, incultaque vitâ istiusmodi maleficia gigni non solent.* Idem, lib. 3. de Finib. *Istiusmodi res dicere ornatè velle, pueri'e est.*

NOMEN, *Mirum.*

Mirus a, um, idem quod, *mirandus*, mirificus, incredibilis, θαυμαςὸς, Wunderlich/Wunderbarlich. Cic. Fam. lib. 2. *Me mirum desiderium tenet urbis, incredibile meorum, atque inprimis tui; satietas autem provinciæ, &c.* Idem, Verr 6. *Minimè mirum est, &c.* Ibidem, *Mira quædam tota Siciliâ privatim ac publicè religio est Cereris, &c.*

Mirum ni; *Mirum nisi*; *Mirum si.*

Cic. de Orat. lib. 1. *Mirum in cantem.* Terent.

Terent. And. *Mirum ni domi est.* Idem; Eun. *Mirum, ni ego me turpiter hodie hic dabo.* Plaut. Amph. *Mirum nisi hic me, quasi murænam exossare cogitat.* Cic. de Arusp. *Non mirum est si hoc vobis ridiculum videtur.* Idem, pro Rosc. Am. *Neque enim mirum, &c. Si L. Sylla aliquid non animadvertat.* Terēt. Hecyr. *Non mirum fecit uxor si hoc ægrè tulit, &c.*

Mirum quàm; Mirum quantum; Mirum unde.

Cic. Att. lib. 13. *Mirum quàm inimicus ibat, ut ego objurgarem.* Livius lib. 1. *Mirum quantum illi viro nuncianti fides fuerit.* Cic. pro Rab. perduell. *Itaque mihi mirum videtur, unde hanc tu, Labine, iteaginem, quam habes, inveneras.*

NOTA; *Mirum,* ab aliis inter Adverbia referri. *Mirè* autem, & *Mirificè* reperies infrà inter Adverbia.

NOMEN, *Nemo.*

Nemo, neminis; Singularis numeri tantùm est; *Nullus*, οὐδεὶς, Niemand; Ei opponitur, *Aliquis.* Terent. Eun. *Nemo*

homo est: kein Mensch. Effertur cum præpositionibus DE, EX, vel E. Ut, *Nemo de tanto populo*: *Nemo è nostris, &c.*

Nemo quin, Nemo qui non.

Cic. de Senect. *Nemo adhuc me convenire voluit, quin fuerim occupatus.* Idem, pro Font. *Nemo est ex tanto numero, quin hunc optimè de provinciâ meritum esse arbitretur.* Idem, pro Rosc. Am. *Nemo est, qui non æquum esse putet.* Idem, pro Cecin. *Nemo nostrum est, quin existimet habitam esse rationem ab senatu, &c.* Idem, Tusc. lib. 5. *Neminem novi poëtam, qui sibi non optimus videretur, &c.* Idem, pro domo. *Civis est nemo in tanto populo, &c. qui non pro suis opibus, in illa tempestate, in ea bona defenderit.* Cæsar, lib. 6 de bell. Gall. *Nemo est tam fortis, qui non rei novitate perturbetur.*

Nemo nisi, Nemo, præter.

Cic. de Am. *Assentatio nemini nocere potest, nisi ei, qui eam recipit, atque ea delectatur.* Idem, Philipp. 2. *Me nemo nisi amicus fecit hæredem.* Idem, in Pis. *Ad neminem nisi ad*

pertinet. Idem, lib. 1. Off. *Nemini parére animus benè à natura informatus vult, nisi præcipienti aut docenti, aut utilitatis causâ, justè & legitimè imperanti.* Idem, Att. lib. 1. *Sed habet sui similem, præter Fusium, neminem:* Ibidem, *Sed hoc præter me nemini videtur.* Idem, de Divin. lib. 1. *Excepi de antiquis, præter Xenophanem, neminem.*

Nemo unus; &, *Unus nemo.*

Cic. ad Heren. lib. 4. *Unus omnes artis consequi nemo potest,* Nicht ein Mensch. Livius, decad. 1. lib. 2. *Quia nemo unus satis dignus regno visus sit, &c.* Idem, decad. 3. lib. 8. *Cupere se P. Rom. operam navare, ita ut nemo unus externus magis enixè adjuverit rem Romanam.*

NOMEN, *Nihil.*

Nihil, fit, ut Grammatici censent, ex *Nihilum*; facta ἀποκοπῆ (per Syncopen) *Nil.* Οὐδὲν, Nichts. Eleganter comparativo jungitur. Cic. lib. 1. off. *Omnium rerum ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agriculturâ melius, nihil dulcius, nihil*

homine libero dignius. Idem, pro Rosc. Am. *Nihil hoc neque acerbius, neque iniquius prof rri potest.* Idem, pro Rab. Posth. *Nihil illo rege erat blandius, nihil Posthumo benignius*, Ibidem, *Planè confiteor fieri nihil posse dementius quàm scientem in eum locum venire, ubi libertatem sis perditurus.*

Huc refer, *Nihil potius*, pro, nihil prius, harius, melius, vel, nihil antecellit, &c. Cic. in Somn. *Cum in Africam ven ssem, nihil mihi fuit potius, quàm ut Masinissam convenirem regem, &c.*

Item, *Nihil antiquius*: Cic. Fam. 11. *Sin adventu tuo bellum confici potest, nihil sit antiquius.* Ibidem, *Nec habui quicquam antiquius, quàm ut Pansam statim convenirem.*

Nihilo, cum Comparativo.

Cic. Fam. lib. 5. *Quid multa? benevolentior tibi, quàm fui, nihilo sum factus.* Ibidem, lib. 6. *Ego hoc tibi confirmo, nihilò te nunc majore in discrimine esse, quàm quemvis, aut e orum, &c.* Ibidem, lib. 5. *Nisi in reditu meo nihilo meliores res quàm Rempubl. offendissem.* Idem, de Orat. *Et nihilo tamen aptius*

explet,

explet; concluditque sententias, &c. Terent. And. *Nihilo secius mox deferent puerum huc ante ostium.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Si herclè nihil maturius hoc, quo ego censeo, modo, perficeretur bellum.*

Nihilo magis.

οὐδὲν μᾶλλον. Nichts desto mehr. Cic. lib. 2. de Divin. *Sed ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficiatis, quod velitis.* Idem, lib. 8. *Cum hoc tempore nihilo magis ego, quàm vos, subsidio Domitio ire possim, &c.* Idem, lib. 2. de Invent. *Nihilo sibi magis, quàm alii, commodum dicet.* Livius, decad. 3. lib. 1. *Legati nihilo magis eum movêre, quàm priore consulatu literæ moverant.*

Nihilo minus.

οὐδὲν ἔλαττον ἤ, vel ἧττον ἤ. Nichts desto weniger. Cic. de divin. lib. 2. *Vester autem Deus potest non impertire, ut nihilominus mundum regat, & hominibus consulat.* Idem, de Cl. Orat. *Legam, inquit, nihilominus.* Idem, Fam. lib. 10. *Nihilominus ut ego absim hæc confici possunt*, id est, etiam

me absente, vel, sine operâ meâ. Idem, Verr. 6. *Cogitâsti rem nihilominus testatam futuram, &c.* Idem, lib. 3. de Finib. *Itaque qui processit aliquantum, ad virtutis aditum, nihilominus in miseriâ esse.* Livius, decad. 1. lib. 2. *Satis scire ea se allaturum, quæ nihilominus ad rem Romanam, quàm ad Albanam pertineant.*

Nihil minus.

Cic. lib. 3. off. *Cadit igitur in bonum virum, emolumenti sui causâ mentiri, præripere, fallere? Nihil profectò minus.* Idem, de Provin. Coss. *Qui mihi nihil videtur minus à dignitate disciplinâque majorum dissidere.* Terent. Eun. *Et apud nos hîc mane, dum redeat ipsa.* CH. *Nihil minus, scilicet, faciam.*

Nihil; pro *non.*

Cic. Fam. lib. 6. *Dolabellam antea tantummodò diligebam, obligatus ei nihil eram.* Idem, Off. lib. 1. *De rebus ipsis utere tuo judicio. Nihil enim impedio.* Idem, pro Rosc. Am. *Nihil opus fuit te isti credere.* Ibidem, *In hac causa conjecturâ nihil opus est.* Terent. And. *Apertè rem modò*

modò locutus, nihil circuitione usus es. Ibidem, *Nihil me fallis.* Livius, decad. 4. lib. 3. *Nihil comparare singula necesse est.* Idem, decad. 4. lib. 5. *Nihil ea res animum militaris viri, & multos experti casus imminuit, &c.*

Nihil, nisi.

Cic. pro Lig. *Qui nihil oblivisci soles, nisi injurias.* Idem, Fam. lib. 16. *Nihil laboro, nisi ut salvus sis.* Idem, pro Mil. Ex quo *nihil petit, nisi ut ignoscatur.* Idem, lib. 2. de Finib. *Callipho ad virtutem nihil adjunxit, nisi voluptatem: Diodorus, nisi vacuitatem doloris.* Terent. Adelph. *Tu quantus quantus, nil nisi sapientia es.* Ibidem, *Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Sacerdotio Augurum tantus honos accessit, ut nihil belli, domique postea, nisi auspicatò gereretur.*

NOTA, Aliâs cum *nihil*: &, *nisi* copulantur, tum interdum *Nisi*, pro *Sed* ponitur, Vide in Conjunct. *Nisi*, pro, Præter, Sed, &c.

Nihil, præter: Nihil præterquàm.

Cic. pro Planc. *Nihil, ut plerunque evenit, præter opinionem accidet.* Idem, lib. 3. de Fin.

Nihil est bonum præter honestas actiones. Idem, ad Q. Fratrem. *Nihil abs te eximium, nihil præter aliorum consuetudinem postulatur.* Hirc. de bell. Alex. *Nihil præterquàm de vitâ cogitare.* Livius, decad. 1. lib. 3. *Illâ quidem nocte nihil, præterquàm vigilatum est in urbe.*

Nihil aliud, nisi: Nihil aliud, quàm.

Pro, Duntaxat, Cic. Tusc. 1. *Ita nihil aliud est discere, nisi recordari.* Idem, ad Q. Fr. lib. 2. *Nihil dicam aliud, nisi verebar, ne quando ego tibi, cum sum unâ, molestus sim.* Idem, lib. 3. de Finib. *Stoici nihil aliud in bonorum numero esse volunt, nisi honestum.* Ibidem, lib. 1. *Nihil agam, nisi ut audiam doctorem tuum.* Idem, pro Rab. Posth. *Agitur in hâc causa nihil aliud, quàm ut nullum sit posthac in Rep. consilium.* Ovid. Trist. lib. 2.

At pia nil aliud, quàm me dolet exule, conjux.

Livius, decad. 3. lib. 5. *Oratores ad Marcellum mittunt, nihil petentes aliud quàm incolumitatem sibi, liberisque suis.* Ibidem, *Nihil aliud* qua-

quærentibus causam, obtestantibusque ut manerent, Romanis respondebant, quàm domestico se avocari bello.

Nihil, ne quidem:

Nihil, retinet negandi vim, etiam, *Ne quidem* assumpto. Cic. Fam. 10. *Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidisse vidi.* Idem, ad Q. Fr. lib. 3. *Nihil ex istis locis non modò litterarum, sed ne rumoris quidem affluxit.* Idem, Verr. 6. *Nihil in adibus cujusquam ne in oppidis quidem: nihil in locis communibus, ne in fanis quidem Verres reliquit.* Cæsar, de bello civili, lib. 1. *Quarum rerum illo tempore nihil factum, ne cogitatum quidem.*

Nihil quin: Nihil quod non:

Nihil quin, pro, *Quominus.* Cic. Philip. 2. *Nihil prætermisi, quin Pompejum à Cæsaris conjunctione avocarem.* Idem, pro P. Quint. *Cum in alterâ re causæ nihil esset, quin secus judicaret ipse de se.* Ibidem, *Causæ nihil dicimus, quin tibi vadimonium promiserit.* Terent. Heaut. *Nihil tam difficile est, quin quæ-*

rendo investigari possit. Cic. Paradox, *Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile.* Idem, Fam. lib. 6. *Nihil existimant esse tam difficile, quod non pro te mihi susceptum, jucundum sit futurum.*

Nihil, quo minus: Nihil, quamobrem non.

Cic. de Invent. lib. 2. *Nihil quisquam afferat causæ, quo primus frequenter operam Reip. det, &c.* Idem, Fam. lib. 8. *Tanquam nihil derogatum sit ei, quo minus quàm paratissimus esset.* Ibidem, lib. 16. *Nihil affertur, quominus summa supplicia nobis subeunda sint.* Ibidem, lib. 6. *Considerare debes, nihil tibi esse committendum: quamobrem eorum, quos laudes, non te similem præbeas. &c.*

Nihil cur: Nihil, quare.

Cic. Fam. lib. 6. *Nihil est præterea, cur te advenientibus offerre gestias.* Idem, lib. 9. *Nihil video, quod ego cur nolim, &c.* Livius decad. 4. lib. 4. *Nihil commisi, postea quàm vobiscum amicitiam institui, cur ejus vos pœniteret.* Cic. pro P. Quint. *Commissum nihil esset, quare ad istam rationem perveniretur.*

Nihil, quamobrem: Nihil est, quod.

Cic. pro Cluent. *Nihil excogitem, quamobrem Oppianico damnari necesse sit?* Idem, li. 1. de Divin *Si nihil queam disputare, quamobrem quicquam fiat.* Terent. Adelph. *Ego in hac re, nihil reperio, quamobrem lauder tantopere.* Idem. Heaut. *Nihil satis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum.* Cic. Fam. lib. 14. *De familiâ liberatâ, nihil est, quod te moveat.* Idem, de Divin. lib. 1. *Nihil est quod cum his magnopere pugnemus.* Idem, Fam. lib. 14. *In viam quod te des hoc tempore, nihil est.* Idem, pro Rosc. Am. *Ac jam nihil est, quod quisquam aut tam stultus, aut tam improbus sit, qui dicat.* Idem, pro Quint. *Quod socium eum tibi velles adjungere, nihil erat.* Terent. Heaut. *Nihil adhuc est, quod vereâre, Clinia, &c. Nihil* suprà, reperies inter Adverb. *Suprà.*

NOMEN, *Nullus.*

Nullus, ex *non* & *ullus* conflatum, οὐδεὶς, Niemandt / keiner / usurpatur non tantùm de nominibus, ut *Nemo*;

 sed

ſed de rebus omnibus: Ei opponitur *Vanus*. Cic.Off. lib.2. *Nullam verò dicere maximarum rerum artem eſſe, cum minimarum ſine arte nulla ſit, hominum eſt parum conſideratè loquentium.* Idem pro P. Quint. *Nullum eſt officium tam ſanctum, atque ſolenne, quod non avaritia comminuere atque violare ſoleat.*

Nullus, pro *Nullius momenti*, ſeu, utilitatis, ſeu irritum, ſeu inane.

Cic. de Am. *Nulla igitur hæc amicitia, quum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus eſt.* Idem, lib.2. de Divinat. *Nondum dico, quàm hæc ſigna nulla ſint.* Idem, de leg. lib.2. *Igitur Titias & Apulejas leges nullas putas?* Idem, de Orat. lib.1. *Dicendi aut nullam artem, aut pertenuem videri.* Idem, Philip.3. *Nullo numero homo.* Terent. Hecyr. *Matris vox viſa eſt Philumena: Nullus ſum, &c.* Ibidem, *Oſtium concrepuit: credo ipſum ad me exire: nulla ſum*, Pro quo aliâs, *Perij*, uſurpatur; Etſi hoc minus, quàm

quàm illud significare videtur. Idem, Phor.act.5.Sc.7. Ubi usurpavit *Nullus sum*, augendi causâ subijcit, *Sepultus sum.* Plaut. Bacch. *Perij, occisus sum.*

Nullus nisi, Nullus extra.

Cic. Fam.5. *Nullos honores mihi, nisi verborum decerni sino.* Idem, lib.2. de Orat. *Si nullum erit testamentum rectè factum, nisi quod tu scripseris, &c.* Idem, lib.2. de Finib. *Nullum suum officium ducerent, nisi ut voluptati ministrarent.* Idem, de Orat. *Nullus est numerus extra poëticos, propterea quod delinita sunt genera numerorum.* Terent. Heaut. *Nulla adeò ex re istuc fit nisi ex nimio ocio, &c.* Idem, Adelph. *Illud rus nullâ causâ tam malè odi, nisi quia propè est.* Plaut. Bacchid. *Nullus frugi potest esse homo, nisi qui & benè & malè facere tenet.* Livius, decad.3. lib.2. *Cogant homines nullam, nisi urbe ac mœnibus salvis, salutem sperare.*

Nullus, præter: Nullus præterquam.

Cic. pro Arch. *Virtus nullam aliam mercedem*

cedem laborum suorum desiderat, præter hanc laudis & gloriæ. Idem, Att. lib. 11. *Neque nunc mittendi causa ulla fuit, præter eam, de quâ scribi tibi voluisti.* Idem, Fam, lib. 3. *Itaque nullas iis, præterquam ad te, & ad Brutum litteras dedi.* Cæsar, 7. de bell. Gall. *Si nullam præterquàm vitæ nostræ jacturam fieri viderem.*

Nullus quin: *Nullus, qui non*; *Nullus in quo*.

Cic. Att. lib. 7. *Vt ab urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te litterarum darem.* Idem, ad Q. Fr. *Diem scito esse nullum, quo die non dicam pro Reo.* Idem, Fam. lib. 4. *Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat, atque molliat.* Idem. de Provinc. Cons. *Nullum bellum civile fuit in Repub. in quo, &c.* Cæsar, lib. 5. de bell. Gall. *Nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent.*

Nullus, pro *non*.

Cic. Att. lib. 12. *Philotimus non modò nul-*

nullus venit,&c. Idem, Tusc.lib.1. *Mortuos ego miseros ob id ipsum puto, quia nulli sunt,&c.* Idem, de Cl. Orat. *Si tanta virtus in Oratore Galbâ fuit, cur ea nulla in orationibus ejus apparet,&c.* Idem, de Senect. *Noli arbitrari, me cum à vobis discessero, nusquam aut nullum fore,&c.* Terent. Hecyr. *Si quaret me, uti tum dicas: Si non quaret, nullus dixeris.* Livius, decad.3.lib.4. *Si occasio pugnandi esset,&c. Postquàm ea nulla contigerat,&c.* Plaut. Asin. *Libanus nullus venit.* Idem, Capt. *Quid verbis opus est? lingua nulla est, quâ negem, quicquid roges.*

NOMEN, *Omnis.*

Totus, universus, πᾶς, ξύμπας, Ein jeder/ Männiglich. Idem significat, tam in plurali quàm singulari habetque contrarium, *Nullus*, vel, *Nec ullus.*

Omnis, prò *Totus.*

Cic. pro *Sylla. Eo tempore omni Roma fui.* Idem, in Pis. *Totum Palatium erat civitati omni, cuncta Italia refertum.* Idem, Tusc.lib. 2. *In profundendâ voce omne corpus intenditur,*

Idem.lad Q.Fr.*Omnes quicunque Romæ ludos faciunt*.Idem,Off.lib.1. *Et ab omni, quòd turpe est fugiamus.*

Omnis, repetitum diverso casu.

Eleganter *Omnis*, *per Traductionem repetitur, emphaseos causâ*.Cic.Off.lib.1.*In omni sermone omnibus affabilem se esse vult.* Idem, Att.lib.7.*Hîc omnia facere omnis debet, ne armis decernatur.* Idem, Fam.lib.1. *Ego omni officio, cæteris omnibus satisfacio, mihi ipse non satis-facio:* Idem; in Pison. *Roma me ita accepit, ut non modò omnium generum, ætatum, ordinum, omnes viri, ac mulieres omnis fortunæ ac loci.*Idem,*pro* Rosc.Am.*Vt non omnem frugem, neque omnem arborem in omni agro reperire possumus, sic non omne facinus in omni vita nascitur.* Ibidem; *Non in omnes abitror omnia convenire.* Idem, pro Cœlio. *Collegerat omnes ex omnibus terris homines improbos.* Idem; pro Rab.Posthum. *Omnes omnium ordinum homines.* Idem, lib.2. de Divinat. *Omnes omnium ortus.* Idem, lib.1. de Nat. Deor.

Deor. *Vt omnia omnibus respondeant.* Idem, lib.1.de Orat. *Omnia legant, omnia audiant, in omni recto studio atque humanitate versentur.* Terent. Phor. *Ecce autem similia omnia: omnes congruunt, unum cognôris, omnes noveris.* Idem, Hecyr. *Omnes causas pracidam omnibus, &c.* Plaut. Capt. *DI tibi omnes omnia optata afferant!* Livius, decad.3. lib. 8. *Turbatis rebus cum omnia omnes auderent, &c.*

NOMEN, *Par.*

Par, aequalis, aequus, similis: ὅμοιος, Gleich: Cui opponitur, *Impar, Dispar, Inferior, Superior.* Usurpatur absolutè. Cic. Fam. lib.5. *Quid tu existimes esse in amicitiâ mutuum, nescio: equidem hoc arbitror, cum par voluntas accipitur, & redditur.* Idem, Fam lib.1. *Par pari referto.* Livius, decad.3. lib.5. *Parem fraude avaritiaque neminem in civitate habet.* Et decad.3 lib.7. *Infans Frusinone natus quadrimo par, &c.*

NOTA, cum aetas, aut tempus consideratur, tunc *Aequalis* usurpatur, non *Par*: nisi addas, *aetate*, *annis*, aut tale quid aliud.

Par est.

Pro, *Æquum est*, vel decens, conveniens: Es gebüret/ gezimt sich / es ist billich. Cic. Fam. lib. 11. *Quibus tu, ut par erat, restitisti.* Idem, Att. lib. 9. *Itaque mihi dubitanti, quid me facere par sit, &c.* Idem. lib. 2. de Divin. *Vt constantibus hominibus par est.* Ibidem, Off. lib. 2. *Sic par est agere cum civibus, &c.* Idem, de Orat. ad Brutum. *Sed par est omnes omnia experiri, qui res magnas & magnopere expetendas concupiverunt.* Plaut. Amph. *Ita servum par videtur frugi sese instituere.*

Par, cum.

Cic. de Cl. Orat. *Quædam mihi sunt paria cum illo, quædam superiora.* Idem, Off. lib. 1. *Æquo & pari jure cum cæteris vivere.* Idem, pro Lig. *Mihi omnia cum illo paria sunt.* Idem, de Senect. *Pares cum paribus facillime congregantur,* Gleich vnnd gleich gesellet sich gern/ꝛc.

Par ac; Par atque, Par &c.

Cic.lib.3.de Nat.Deor. *Neque mihi par ratio, cum Lucilio est, ac tecum fuit.* Idem, Att. lib.16. *Magnam attulit accessionem tua voluntas erga me, meaque erga te par atque mutua; &c.* Idem pro Planc. *Honorum gradus summis hominibus & infimis sunt pares, gloriæ, dispares.* Cæsar.lib.5.bell.Gall. *Pari spatio transmissus atque ex Gallia est in Britanniam.* Livius, decad.3.lib. 9. *Vt qui nequaquam pari ad patienda mala robore ac Romani fuissent.&c.*

Parem esse.

Significat, sufficere alicui operi, sive resistendo, sive exequendo. ἱκανὸς, tüchtig, Cic. Att. lib.12 *Eum tamen interpellat fletus, cui repugno, quoad possum: sed adhuc pares non sumus.* Cæsar, 1.bell.Gall. *Qui tamen pares nostro exercitui esse non potuerunt.* Livius, decad.3.lib.4. *Metu Pœnorum, quibus nequaquam eis copiis, quas habebat, par esset, &c.* Idem, decad.3.lib.6. *Nec par unus esset tot exercitibus.*

ercitibus.Idem,decad.3.lib.8. Neque *Romanus tantæ se parem fore multitudini arbitrabatur.*

NOMEN, *Plus.*

Plus,Comparativi gradus est,à Positivo Multum: πλέον, mehr/ offter: Cui *Minus* opponitur. Cic. Att.lib.6. *Quem meherculè plus plusque in dies diligo.* Terent. Phor. *Nequid plus minusque faxit, quod nos pòst pigeat.*

Plus, pro *Amplius*.

Cic. ad Heren. lib.4. *Quisquis enim audierit de arte paullò plus omnia audire poterit.* Idem, pro Quint. *Affuit, sed non plus duobus aut tribus mensibus.* Idem, pro Sest. *Tribunum plebis plus viginti vulneribus acceptis jacentem vidistis.* Idem, pro Rosc. Am. *Neque unquam Romæ plus triduo fuit.* Terent.Hecyr. *Vt cum matre unâ plus esset*, id est, majorem partem,&c. Livius, decad. 3.lib.9. *Gubernator ait, non plus quinque millia passuum in Africam abesse.*

Vide

Vide infrà, *Plus* inter Adverbia.

Plus, quàm: Plus, quàm quantum.

Cic. pro Rosc. Am. *Plus oneris sustuli, quàm ferre me posse video.* Idem, Off. lib. 1. *Ita fit, ut considerate agere pluris sit, quàm cogitare prudenter.* Idem, de Invent. lib. 1. *Hoc non plus, quàm in tres partes posse distribui putaverunt.* Plaut. Epid. *Plus scire satius est, quàm loqui hominem servum.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Plus tamen vis potuit, quàm voluntas patris, aut verecundia ætatis.* Idem, decad. 3. lib. 1. *Ne quis navem, quæ plus quàm trecentarum Amphorarum esset, haberet.* Cic. lib. 5. de Finib. *Dum modò plus in virtute teneamus, quàm ille tenuit firmitatis & roboris.* Idem, Verr. 3. *Iis plus frumenti imperabatur, quàm quantum exararant.* Idem, Fam. lib. 6. *Ego si te intelligerem plus conatum esse Reipub. causâ muneris, quàm quantum præstare potuisses.* Idem, lib. 1. de Orat. *Alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex in XII. tabulis permiserat.* Idem,

dem,lib.3.de Orat. *Veteres plus multò vidisse videntur, quàm quantùm nostrorum ingeniorum acies intueri potest.*

Non plus, quàm.

In comparatione. Cic. de Am. *Angor iste, qui pro amico sæpe capiendus est, non tantum valet, ut tollat è vitâ amicitiam, non plus, quàm ut virtutes, quia nonnullas molestias afferunt, repudientur.* Idem, lib. 1. de Divinat. *Quos prudentes possumus dicere, id est, providentes Divinos, nullo modo possumus, non plus, quàm Milesium Thalem, &c.* Idem, lib. 2. de Finib. *Plus tribuit sensibus, quàm leges permittunt.* Idem, lib. 3. de Finib. *Nec Catulus ille, qui jam appropinquat, ut videat, plus cernit, quàm is, qui modò est natus.* Idem, de Arusp. respons. *Nunquam eum accusandum à me esse putavi, non plus quàm stipitem illum, qui, quorum hominum esset, nesciremus.*

NOMEN, Primus.

Primus, a, um, πρῶτος, Der Erst: Cui *postremus*, seu, *Novissimus*, *Ultimus,*

mus, extremus, opponitur: Ac sicusurpatur, *Primus, Alter*, vel *Secundus, Tertius, &c.* Cic. lib. 2. de Nat. Deor. *Primam causam posuit eam, de qua modò dixi, &c. Alteram quam ceperimus ex magnitudine commodorum, &c. Tertiam, quæ terret animos fulminibus, &c.* Idem, Philipp. 1. *Primo, altero, tertio, deniquè reliquis consecutis diebus.* Idem, Fam. lib. 1. *Cum sententia prima Bibuli pronunciata esset, &c. Secunda Hortensij, Tertia Volcatij. &c.* Idem, in Partit. *In primo conjectura valet, in altero, definitio, in tertio, Ratio.*

Prior, Posterior.

Πρότερος, usurpantur propriè de duobus: Interdum tamen etiam de pluribus, cùm prior pro primo ponitur. Cic. de Nat. lib. 2. *Nos quæ priora duo sunt, sumamus, tertium & quartum puto in aliud tempus esse differenda.* Idem. Phil. p. 12. *Posteriores cogitationes, sapientiores esse solent.* Idem, Att. lib. 10. *Salus patriæ posterior illi suis commodis, hoc est, sua cōmoda præposuit saluti Reipubl. &c.*

No-

NOMEN, *Proximus.*

Proximus, nomen Superlativi gradus, cum dativo construi solet: ἐγγύτατος, der Allernächst, Cic. de Cl. Orat. *Orator proximis optimus numerabatur*, Idem, lib. 2. de leg. *Id habendum est Deo proximum, quod est optimum.* Terent. And. *Proximus egomet sum mihi.* Idem, Hecyr. *Proxima fundo ædes.* Ovid. 1. de Arte. *Proximus huic labor est.* Livius, decad. 4. lib. 2. *Succendi ædificia proxima muro jussit.*

Proximus, A, Ante, post.

Cic. de Orat. *Si proximus est à postremo*, der letzt ohn einer. Idem, de Senect. *Proximus ante me fuerat*, der nächst vor mir. Idem, Off. lib. 1. *Callicratides qui præfectus Classis proximus post Lysandrum fuit.*

Proximus, pro proximè antecedenti.

Cic. de Am. *Eoque magis, quòd his proximis*

Nonis tu non affuisti. Idem, pro L. Man. *Qui anno proximo legati fuerunt.* Terent. Eun. *Proximis mensibus eum non vidi*, id est, *prateritis*, in nächst verschienen Monaten. Livius, decad. 3. lib. 7. *Terrebat & proximus annus lugubris duorum consulum funeribus.*

Proximus, pro, insequenti.

Cic. lib. 1. de Finib. *Ita apertè cepit pecunias ob rem judicandam, ut proximo anno P. Scævola tribunus plebis ferret ad plebem.* Idem, Fam. lib. 10. *Id agitur, utrum hâc petitione an proximâ Prætor fias.* Idem, pro Mil. P. Clod. *reliquit annum suum, seque in proximum transtulit*, Das nächst Jahr hernach. Idem, de Cl. Orat. *Hunc proximo seculo Themistocles insecutus est.* Idem, lib. 2. de Divinat. *In eo conclavi ei cubandum fuisset, quod proximâ nocte corruit.*

Proximus, in ordine, dignitate, gradu.

Cic. Fam. lib. 10. *Laudem Planco proximam*

mam consequutus es, idque ipsius Planci testimonio. Idem, de Invent. lib. 2. *Summa necessitudo, videtur esse honestatis, huic proxima, incolumitatis, &c.* Idem, pro Domo. *Proximus est huic dignitati equester ordo.*

Proximus cognatione.

Proximi cognatione, aliâs, sanguine juncti dicuntur, Affinis, Propinqui, &c. Cic. de Invent. li. 2. *Tyranno occiso, quinque ejus proximos cognatione, Magistratus necato.* Idem, lib. 1. ad Q. Fr. *Intimus, proximus, familiarissimus quisque aut sibi pertimuit, aut mihi invidit,* Idem, lib. 1. de Off. *Injuriosus in proximos,* die nächst Verwandten. Terent. Adelph. *Proximus mihi genere.*

NOTA, *Proximus*, in hac significatione non habere vim superlativi; Et Comparativum facere. *Proximior, &c.* pro, Propinquior. Ulpianus. *Proximior cognatus, &c.* der nächst Verwandter.

Proximus, superior: proximus, Inferior.

Cic.1. Catil. *Quid proximâ, quid superiore nocte egeris.* Idem, pro Arch. *Est enim obscurum proximis Censoribus, hunc cum L. Lucullo apud exercitum fuisse: superioribus, cum eodem Quaestore fuisse in Asiâ, primis, nullam partem populi esse censam.*

Interdum, *proximus*, superior, ut & *proximus* inferior conglutinantur. Cic. Fam. lib. 1. *Gabinij defensionem suscepisset, quem proximis* superioribus diebus acerrimè oppugnasset, &c. Idem, lib. 2. de Nat. Deor. *Stella Iovis proximum inferiorem orbem tenet Pyrois, Stella Martis.*

De Adverbio *Proximè*, inter Adverbia agitur.

NOMEN, *Qualiscunque.*

Ὁποιοσισοῦν, *Cujusmodi*, cujuscemodi, Quicunque, &c. Gottgeb er sey wie er wolle: conflatum ex *Qualis*, & *cunque.* Sed plerunque extenuandi vim habet. Cic. in Pis. *Cum tamen ille, qualiscunque est, qui est ab uno te improbitate victus.* Idem, Tusc. 1. *Totumque hoc leve est, qualecunque est.*

Idem,

Idem, Fam. lib. 4. *Sin qualemcunque locum, qui est domestica sede jucundior?* Idem, de Orat. *Quæ, qualiacunque in me sunt (me enim ipsum non pœnitet) quanta sint, sed apparent in orationibus.* Idem, lib. 2. de Nat. Deor. *Aliquid profectò sit necesse est, melius, & majore vi præditum, quàm Deos, quale idcunque est. &c.*

Qualiscunque, Talis.

Invicem referuntur. Cic. 3. de Lig. *Qualescunque summi civitatis viri sunt, talis est civitas. &c.*

NOMEN, *Quot.*

Quot nomen est numerale, ἄκλιτον, generis Omnis. πόσοι wie viel: cui Tot, respondet, atque interdum *Totidem*: & tam Relativè atque Infinitè, quàm Interrogativè accipi potest: Cic. lib. 1. de Finib. è Terentij Phormione. *Quot homines, tot sententiæ, suus cuique mos est.* Idem, lib. 2. de Orat. *Quot homines, tot causæ.* Idem, lib. 1.

Quot orationum genera, esse diximus, totidem oratorum reperiuntur. Plaut. Rud. *Quot sunt? S. Totidem, quot tu, & ego sumus.*

Interdum absolutè ponitur. Cic. Tusc.1. *Cras autem & quot dies minus in Tusculano, agamus hæc.* Livius, decad.3.lib.6. *Quot classes, quot duces, quot exercitus priore bello amißi sunt.*

Quot Quot.

Ὁπόσοι, ὅσοι, δή: So viel ihr seynt/ etc. Cic.lib.2.de Invent. *Si duæ leges, si plures, aut quotquot erunt.* Idem, Fam.lib.11. *Peream, si te omnes quotquot sunt, conantem loqui ferre poterunt*; Gott geb wie viel. Catullus de Acme. Epig.39.

Adeste, Hendecasyllabi, quot estis,
Omnes undique, quotquot estis omnes.

Horat. Car. lib.2. *Non si tricenis, quotquot eunt dies, &c. Plutona tauris places, &c.*

NOMEN, *Quotus.*

Πόσος, ὁπόσος, ποσαπὸς, *Quotus*, significat

gnificat, in quo numero, vel ordine, der wievielest / an der Zahl / oder Ordnung. Usurpatur Interrogativè & sine Interrogatione. Cic. Verr. 5. *Quotus erit iste denarius, qui non sit deferendus.* Idem, Att. lib. 9. *Sciebam enim te quoto anno & quantum in solo, solere quærere.* Martialis. *Dic quotus es, quanti cupias cœnare, &c. Quota pars*, id est, minima pars. Ovid. de Ponto lib. 1.

Qui quota terroris pars solet esse mei.

Quotusquisque.

Eleganter copulantur, hoc est, quot sunt, aut inveniuntur, qui &c. Ex *Quotus* & *Quisque* compositum, πόσοι, wie mancher / wie viel seynd deren? Ac plerumquè interrogativè ponitur, & ad paucitatem refertur, &c. Cic. ad Heren. lib. 1. *Vt in quamlibet partem quoto quoque loco licebit imaginibus commoniti dicere possimus id, quod locis mandaverimus.* Idem, lib. 2. de Divinat. *Quota enim quisque res evenit prædicta ab Aruspicibus?* Idem, pro Cœl. *At fuit fama? quotusquisque eam potest effugere in tam*

maledicâ civitate? Idem, de Orat. lib. 3. *Quotus enim quisque est, teneat artem numerorum, & modorum?* Idem, pro Lig. *Quotus enim istud quisque fecisset? aut à quibus, &c.* Idem, lib. 6. de Finib. *Quis est enim, aut quotusquisque, cui mors, cum appropinquet, non refugeat timido sanguis, atque exalbescat metu.*

Huc referuntur Ordinalia Nomina, quæ ad quæstionem *Quotus, a, um*, afferuntur, ut sunt, primus, secundus, tertius, &c.

NOMEN, *reliquum est.*

Servit transitioni, ac interdum absolutè ponitur? λοιπὸν. Quod vel restat, vel superest, was vberig (oder) mehr vorhanden ist/ꝛc. Cic. Att. lib. 13. *Reliquum est, si Faberius nomen illud explicat, &c.* Idem, Att. lib. 7. *Reliquum est jocari, si hic sinat.* Idem, Off. lib. 2. *Reliqua deinceps persequemur.* Terent. Adelph. Hoc *reliquum est, si inficias ibit, &c.*

Interdum adsciscit, *Vt*, Cic. pro L. Man. *Reliquum est, ut de Felicitate pauca dicamus.* Ibidem, *Reliquum est, ut de Q. Catuli auctoritate*

auctoritate & sententiâ dicendum esse videatur. Idem, ad Q. Fr. lib. 1. *Reliquum est, ut te orem, &c.* Nun ist es an dem / daß ich dich bitte / rc. Idem. Fam. lib. 12. *Reliquum est, ut de me scribam.* Idem, pro Rof. Am. *Reliquum est, ut per servos id admiserit.*

Reliquum est, Ne, seu, *Nisi.*

Cic. Fam. lib 9. *Reliquum est, ne quid stultè ne quid temerè dicam, faciamve contra potentes.* Sallust. Iugurth. *Quid reliquum est, nisi ut illis, qui ea fecere, obedientes vivamus.*

Quod reliquum est: De reliquo.

Seu, *Quod superest, (videlicet) faciendum aut dicendum:* τὸ λοιπόν, vel τοῦ λοιποῦ Cic. Fam. lib 15. *Quod reliquum est munus tuum tuêre.* Idem, Fam. lib. 16. *Quod reliquum est, quando tibi virtus & dignitas tua reditum ad tuos aperuit, est tua sapientia oblivisci.* Idem, Fam. lib. 14. *Quod reliquum est, sustenta te, mea Terentia.* Idem, Att. lib. 16. *De reliquo quid*

ego dicam? ardeo studio historiæ, &c. Idem, Fam.6. *De reliquo, ut te sæpè per literas hortatus sum, ita velim tibi persuadeas, &c.* Idem, de Orat. *Quoniam id quod difficillimum nobis videbatur assequuti sumus, de reliquo, nostra culpa fuerit, &c.* Plaut. Cistel. *Nunc quod reliquum restat, volo persolvere, &c.*

NOMEN, *Similis*.

Par, ὅμοιος, Gleich. Plaut. *Consimilis* & *Assimilis*: Contrarium habet *dissimilis*: ac cum Dativo de formâ, ætate, fortunis, aut aliis hujusmodi rebus plerunque usurpatur: sed cum genitivo, ad morum, vel doctrinæ, vel hujusmodi imitationem refertur. Cic. pro Lig. *Hæc sunt prodigiis similia.* Idem, lib.5. de Finib. *Non video cur non potuerit patri similis esse filius.* Ibidem. *Quis est tam dissimilis homini, qui non moveatur, & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis*: Idem, pro Rosc. Am. *Est ne hoc illi non simillimum?* In 7. Verr. *Filius patri similis.* Idem, Fam. lib.12. *Spes est aliquando Pop. Romanum majorum similem fore.* Idem,

Verr.

Verr.6.*Quid Hejus poterat respondere? si esset improbus, si sui dissimilis,&c.* Idem, in Salluſt. *Par ac similis sceleſtorum civium.* Plaut. Merc. *Quasi tu nunquam quicquam assimile hujus facti feceris.* Terent. Adelph. *Similis majorum suorum.* Livius, decad.3.lib.8. *Illuc nec tibi in me, nec mihi in minoris natu animi sit, ut nolimus quenquam nostri similem evadere civem.* Idem, decad.3.lib.1. *Singulis vobis novenos extremis, manipulisque vestri similes eligite.*

Similis ac: Similis atque.

Cic. lib. 4. de Finib. *Nec si ille sapiens ad tortoris equleum ire cogatur, similem habeat vultum, ac si ampullam perdidisset.* Livius, -- -- lib.6. Decad.1 *Similem pavorem, inde fugamque fore, ac bello Gallico fuerit.* Ibidem, *Hæc sunt consilia vestra, haud meherculè dissimilia, ac si quis ægro, qui curari se fortiter passus extemplò convalescere possit,&c.* Cic.lib.5.de Finib. *Similis erit finis boni atque antea fuerat.* Idem, Verr.5. *Si quid docere vis aliquid ab isto simile existimatione atque*

à cæteris esse factum, doceas oportet, &c. Terent. Phorm. *Ne simili utamur fortunâ atque usi sumus.* Plaut. Bacchid. *Haud consimili ingenio, atque ille est.* Cæsar, lib. 7. de bello Gall. *Hortatur ut simili ratione atque ipse fecerit, suas injurias prosequatur.*

Similis, &; Similis ut.

Cic. pro Planc. *Dissimilis est pecuniæ debitio, & gratiæ.* Idem de Senect. *Similesque sunt, ut si gubernatorem in navigando agere nihil dicant.*

Similiter, quære inter Adverbia.

NOMEN, *Talis.*

Talis, pro *Ejusmodi, &c.* ponitur : τοῖος, τοιος δέ, τοιοῦτος. Solcherley/dergleichen/ alſo beſchaffen/ atque usurpatur absolutè. Cic. pro Cluent. *Vir tali dignitate præditus.* Idem pro Cœl. *Neque nobis hujus ætas satis esse potest, commendata si non modò parenti, tali viro, verùm etiam municipio tam illustri displiceret.* Idem. *Neque id pudor optimi adole-*

scentis patiebatur, in tali illum oratione versari Idem, pro Balb. *Talis in Remp.*] *nostram labor, assiduitas, dimicatio, &c.* Idem, pro Rosc. Am. *Majores nostri longè aliter & de illo, & de cateris talibus viris existimabant.*

Talis, Qualis.

Τοιοῦτος, οἷος Cic. pro Mur. *Cum esset talis, qualem te esse video:* Idem, Att. lib. 1. *Valde mihi bonus homo, & non levis, & amans tui visus est, & talis qualem esse eum tua mihi litteræ nunciârant.* Idem, Off. lib. 2. *Præcepta quædam danda sunt, ut facilimè quales simus, tales esse videamur.* Idem, ad Brut. *Clodium tibi amicissimum existima, civemque talem, qualis & prudentissimus & fortunâ optimâ esse debet.* Livius, decad. 3. lib. 1. *Qualis nostra vis virtusque fuerit, talem deinde fortunam illius urbis, ac Rom imperii fore.* Idem, decad. 4. lib 4. *Si tales essetis quales esse Carthaginenses fama est.*

Talis ac; Talis atque.

Cic. in Vat. *Honor talis populi Rom. volun-*

tat e paucis est delatus, ac mihi. Terent.Phor. *Faxo, tali eum mactatum, atque hic est, infortunio.*

Talis qui, Talis ut.

Cic. Fam. lib. 10. *Talem te esse oportet, qui primùm te ab impiorum civium tui dissimillimorum societate sejungas.* Idem, lib. 1. Off. *Tales enim nos tunc esse putamus, ut jure laudemur.* Idem, lib. 1. de Finib. *Omnium sententiâ tale debet esse, & ad id omnia referri oporteat.* Idem, pro Rosc. Am. *Tales à populo Rom. putantur, ut quidquid dicant, nemo sit, qui non æquum putet.* Livius, decad. 4. lib. 4. *Philippus in vos tales fuit, ut nobis, &c. Vestra injuria satis digna causa belli fuerint.*

Talis quidam; Tale aliquid: Tale quoddam.

Cic. lib. 2. de leg. *Omnem legem, quæ dem lex appellari possit, esse laudabilem, quibusdam talibus argumentis docent.* Idem, Att. lib. 16. *Non equidem hoc divinari, sed aliqui d*

quid tale putavi fore. Idem, de Universit. *Animum Deus genuit, eumque corpori, ut dominium præfecit, idque molitus tali quodam est modo.*

NOMEN, *Tantus.*

Tantus, quasi tam magnus, tam multus, ἴσος, τοσοῦτος, τηλικοῦτος. So groß: refertur ad quantitatem: Ac ponitur interdum absolutè. Cic. de Natur. Deor. lib.3. *Vrbs tanta atque talis.* Idem, Tusc. lib.5. *In his tot tantisque malis.* Idem, pro L. Man. *Quis unquam tam brevi tempore tot loca adire, tantosque cursus conficere potuit.* Idem, lib.2. Off. *Nec verò ulla vis imperij tanta est, quæ premente metu, possit esse diuturna.* Livius, decad.3. lib.9. *Copias, quantæ ad incursiones agrorum, satis sint, transvectas esse.*

Tantus, Quantus.

Τοσοῦτος, ὅσος, vel uno verbo copulātur, vel diversis: vel eodem iterato. Cic. Fa. li. 5. *Nam & cum Coss. & cū multis consularibus tātà contentione decertari, quanta nunquā antea in ulla causâ, &c.* Idē. Fa. li. 6. *Consolatio tanta est, quantū in cuiusq; animo roboris est atq; nervorum.*

vorum.Livius,decad.3.lib.5. *Syracusis tantum præda fuit, quantum vix capta Carthagine tum fuisset*. Cic.pro Cœl. *Nequaquam enim tantum erat, quantum homines loquebantur*. Idem,lib.1.de Finib. *Si atur aliquem confectum tantis animi corporisq; doloribus, quanti in hominem maximi cadere possunt*. Idem, pro Lig. *Si in hac tanta tua fortuna, lenitas tanta non esset, quantam tu per te obtines*. Idem, pro Balbo. *Si tanta bella legisses, quanta & gessit, & confecit*.

Tantum, Quantum.

Adverbialia nomina verbis juncta, eodem modo usurpantur, τοσῖον, ὅσον, id est, tam multum, quàm multum, So viel/wie viel. Cic.Verr.4. *Nunc tantum mihi licet dicere quantum possum, tantum Iudici suspicari, quantum velit*. Idem. pro Rosc. Am. *Quid marmoris apud illum putatis esse? Tantum scilicet, quantum è multis splendidisque familiis coacervari una in domo potuit*. Idem, Att.lib. 4. *Gratulor tibi cum tantum vales apud Dolabellam, quantum si ego apud sororis*

roris filium valerem, jam salvi essemus. Idem, Att. lib. 2. *Tu, si me amas tantum, quantum profectò amas, expeditus facito, ut sis, &c.* Idem. Att. lib. 3. *Quòd me à te tantum amari, quantum ego vellem, putari.* Livius, decad. 3. lib. 1. *Annibal, quantum victoria equestri elactus, tantum anxius inopiâ, &c.* Plaut. Capt. *Cui tantum boni affero, quantum ipse à Diis optat, atque etiam amplius.*

NOTA, pro *Tantum*, etiam *Tantundem*, usurpari; Cic. lib. 1. Tusc. *Vndique ad inferos tantundem via est*, pro, æquè tantum: Zur Hellen ist so weit/von einem Ort/als vom andern. Terent. Phor. *Num tu intelligis, quid hic narret? P. num tu? A. nihil, P. tantunden ego, &c.*

Tantus, Quantus, maximus.

Cic. de Am. *Tanta est inter nos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia.* Idem, de Senect. *Fingere animo jubebat aliquem tantâ incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maxima.*

Tantus

Tantus, ut.

Cic. pro Rosc. Am. *Non fuit tantus homo S. Roscius, ut de eo potissimùm conqueramur.* Idem. Fam. lib. 14. *Amor in nos tantus est, ut nihil suprà possit.* Idem, Att. lib. 14. *Tantum accessit ad amorem, ut mirarer, locum fuisse augendi in eo.* Idem, Fam. lib. 5. *Tantum ex tuis molestiis cepi doloris, ut consolatione ipse egeam.* Idem, Verr. 6. *Tantam fuisse sagacitatem tuam, ut eas inspiceres, &c.* Ibidem, *Hîc verò tanto dolore afficior, ut nihil mihi indignius ferendum videatur.* Ibidem, *Auribus tantam cupiditatem concepisti, ut eam non metus, non religio contineret, &c.* Idem, lib. 3. de Finib. *Censemus nullam esse tantam æstimationem, ut ea virtuti anteponatur.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Tanta opibus Hetruria erat, ut jam non terras solùm sed mare etiam, &c. fama nominis sui implesset.* Idem, decad. 3. lib. 8. *Tanta vis, è nubibus imbre gravidis, aquæ, dejecta est, ut vix in castra sua se receperit victor.*

Tantulus.

Dimi-

Diminutivum nomen est, à *Tantus*, Cic. pro Rosc. Am. *Si ex ejus negotio tantulum in suam rem convertisset.* Ibidem, *Discipulus magistro tantulum de arte concedere videtur.* Idem, Att. lib. 1. *Tantula epistola.* Idem, 4. Acad. *Sol tantulus.* In 4. Verr. *Tantulum moræ*, In 2. Tusc. *Malum tantulum.* Ad Att. lib. 4. *Causa tantula.*

Adverbia *Tantùm*, & *Tantillùm*, vide suo loco.

Tanti est.

Modus est loquendi, quo utuntur Auctores, cum optabile, aut utile aliquid esse, vel fuisse, aut expedire, significare volunt. Cic. Verr. 6. *Fuit tanti, mihi crede, haberes, quid defenderes. &c.* id est, omninò id faciendum erat. Idem, Catil. 2. *Est mihi tanti, hujus invidiæ falsæ, atque iniquæ tempestatem subire. &c.* Ac si diceret: Fuit mihi tantum periculum belli à vobis depellere, ut falsam invidiam subire non recusârim.

Nihil tanti est, id est, non expedit. Cic. ad Att. lib. 13. *Nunc nihil mihi tanti est, faciam quod volunt.* Idem, Fam. lib. 16. *Nihil tanti fuit, quo venderemus fidem*

nostram

nostram,&c. hoc est, nihil tanti æstimavimus, ut servire vellemus, &c. Idem, pro Quint. *Tibi certè tanti non fuisset, ut socium fraudares.* Idem, Fam. lib. 8. *Tanti non fuit Affricam capere.* Livius, decad. 3. lib. 5. *Ne Tarentum quidem, non modò arcem tanti debere esse, ut Capuam desertam indefensamque P. Romano tradat.*

Tantidem, Quanti.

Cic. pro Rosc. Am. *Voluntatem Decurionum ac municipum omnium tantidem, quanti fidem suam fecit, &c.* Idem, Verr. 5. *Et quo quisque vehere jussus esset, ibi tantidem frumentum emeret, quanti domi vendidisset.* Plaut. Bacchid. *Tantidem est, quanti est fungus putidus.*

NOMEN, *Tot.*

Tot, nomen est Numerale, ἄκλιτον, generis Omnis, ac usurpatur absolutè. Cic. pro Cœlio, *Tot viri & tales.* Idem pro L. Man. *Qui inter annos tot inventus est.* Idem,

Verr.

Verr. 6. *Tot domos locupletißimas, domus Verris una capiet?* Ibidem, *Tot cupidi, tot improbi, tot audaces, quorum nemo sibi tam vehemens visus est, qui ex illo sacrario, &c.* Idem, pro Rosc. Am. *Credo ego vos mirari, quid sit, quòd cum tot summi Oratores sedeant, &c.*

Tot, Quot; Tot, ut.

Cic. de Arusp. *De templo tot extant Senatus consulta, quot de meâ domo.* Idem, pro Balb. Cn. Pomp. *Tot habet triumphos, quot oræ sunt, partesque terrarum, tot victorias, quot sunt genera bellorum, &c.* Idem, de Provinc. Cons. Reip. *Satis erat tot dierum, quot C. Mario.* Idem, de Finib. lib. 1. *Quot homines, tot sententiæ.* Idem, pro L. Man. *Tot & tantas res, &c. quot & quantas Dij immortales ad Cn. Pomp. detulerunt.* Idem, Fam. lib. 5. *Quæ cum viderem tot vestigiis impressa, ut in his errari non posset, non adscripsi id, quod tuâ nihil referebat, &c.* Livius, decad. 3, lib. 8. *Non speraverat Annibal fore, ut tot in Italia populi ad se deficerent, quot defecerant post Cannensem cladem.*

Toti-

Totidem.

Absolutè, Cic. de Divin. lib. 2. *Patroclus & Eurysthenes gemini fratres fuerunt: At hi non totidem annos vixerunt.* Livius, decad. 3. lib. 9. *Ab laevo cornu totidem rostratis C. Laelium praefectum classis, cum M. Portio Catone onerariis futurum praesidio.*

Totidem, Quot.

Cic. in Orat. *Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum,* Livius, decad. 3. lib. 9. *Si aquam hominibus jumentisque in totidem dies, quod frumentum imposuissent.* Ibidem, *Et propè totidem rostratae in illis classibus fuerant, quot onerariis Scipio tum trajiciebat.*

Vide supra. *Quot, Totidem.*

NOMEN, *Vnus.*

Vnus est nomen Numerale, seu principium Numerorum: εἷς, μία, ἕν: Einer. Cic. Philip. 1. *Gloriosum putas plus te unum posse, quàm omnes.*

Vnus,

Vnus, alter.

Distributivè, Cic. Off. lib. 1. *Cùm duas cerneret vias, unam virtutis, alteram voluptatis.* Idem, lib. 2. de Finib. *Duæ sunt res ne tu verba solùm putes: Vnum est, sine dolore esse: alterum, cum voluptate.* Idem, de Orat. *Duplices loci sunt, uni, è rebus ipsis, alteri, assumti.* Idem, pro Mur. *Dixit duo esse corpora Reip. unum debile, infirmo capite, alterum, firmum, sine capite, &c.* Idem, Fam. lib. 9. *Duabus tuis epistolis respondebo; uni, quàm triduò ante acceperam à Leto, alteri, quam attulerat tabellarius, &c.* Idem, lib. 1. Off. *Omnis de officio duplex est quæstio: Vnum genus est; quod pertinet ad finem bonorum: alterum, quod positum est in præceptis.* Terent. Phorm. *Vna injuria est tecum. D. lege agito ergò. P. Altera, tecum, Chreme.* Livius, decad. 3. lib. 7. *Bina castra erant, una M. Livij, altera. L. Porcij.* Idem, decad. 3. lib. 9. *Deos exercitus Romanos, unum in Galliâ: alterum in Hetruriâ esse.*

Vnus, Alter, Tertius.

Vide suprà in voce *Alter*, pro Secundus. Cic. pro Lig. *Ergò hæc duo tempora carent* crimine, unum, cùm est legatus profectus, *alterum, cùm efflagitatus à provinciâ, præpositus Africæ est: tertium est tempus, quo restitit, &c.* Idem, lib. 2. de Finib. *Tres sunt fines expertes honestatis: Vnus, Aristippi, vel Epicuri: Alter, Hieronymi: Carneadis, tertius.* Livius, decad. 3. l. b. 7. *L. Cœlius triplicem rei gestæ ordinem edit: Vnam, traditam famâ: alteram, scriptâ laudatione filij, qui rei gestæ interfuerit, tertiam, quod ipse pro inquisitâ ac sibi compertâ affert.* Cic. lib. 2 de Finib. *Quis non videt hæc esse in naturâ rerum tria? unum, cum in voluptate sumus: alterum, cum in dolore tertium, hoc quidem, in quo nunc sumus.* Idem: lib. 5. de Finib. *Est triplex forma Peripateticæ disciplinæ. Vna pars est naturæ: differendi, altera: vivendi tertia.* Idem, pro Flac. *Tria Græcorum genera, quorum uni sunt Athenienses, Æoles, alteri, Dores, tertij nominabantur.*

Vnus, Alter, Tertius, Quartus.

Exemplum reperies sub finem sextæ Cic.

Cic. Verrinæ in deſcriptione urbis Syracuſarum, &c.

Vnus, alter, plures.

Cic. Verr. 6. *Dies unus, alter, plures, non referri, &c.*

Vnus & alter, pro, Duobus.

Cic. Att. lib. 14. *Adductus ſum tuis unis & alteris literis*, deine zwey Schreiben. Idem, de Fato. *Cum unũ & alterum ex iis invitâſſet.* Idem, Verr. 4. *Repentè ille teſtes citari jubet; dicit unus & alter breviter, nihil interrogatur.* Idem, pro Cluent. *Qui cum unum jam & alterum diem deſiderarctur.* Ibidem, *Habetur una atque altera concio, vehemens & gravis.* Id. de Provinc. Coſſ. *Sed tamen una atque altera æſtas, &c. poſt totam Galliam vinculis aſtringere.* Horat. de Arte. *Vnus & alter aſſuitur pannus, &c.* Terent. And. *Poſtquam amator acceſſit, unus & item alter pretium pollicens, &c.*

Vnus aut alter, pro, unus aut duo.

Cic. Att. lib. 7. *Quid enim est tantum in uno, aut altero die.* Idem, Fam. lib. 8. *Vno aut altero accepto, quieturos alios:* Livius, decad. 3. lib. 1. *Vno, aut ad summum altero prælio arcem & caput Italiæ in manu ac potestate habituros.* Idem, decad. 3. lib. 7. *Vagabatur Philippus cum uno aut altero comite per maritimas domos, &c.* Idem, decad. 4. lib. 4. *Vnus aut alter ordo in civitate excellit.*

Vnus, atque Idem: Vnus & Idem.

Cic. Verr. 7. *Vna atque eadem nox erat, qua, &c.* Idem. pro Cœlio. *In duobus criminibus una atque eadem persona versatur, &c.* Idem, Ad Octa. *Consumtus uno atque eodem igne.* Idem, de Vnivers. *Quod unum semper atque idem est.* Idem, pro Cecin. *Vt sive ex fundo, sive à fundo dejectus essem, uno atque eodem interdicto restituerer.* Ibidem, *Hoc etiamsi verbo differat,* re tamen erit *unum, & idem in omnibus causis valebit.* Idem, de Divinat. lib. 2. *Exitus quidem unus & idem fuit.* Livius, decad. 4. lib. 4. *Messenem uno atque eodem jure fæ-*

...eris, quo Lacedæmonem in amicitiam nostram acceptam, &c. vi atque armis cepisti. Ibidem, *Sententia ejus una atque eadem erat.*

Vnus Aliquis.

Pro, *Quispiam* ponitur. Cic. Off lib.2. *Confugêre ad unum aliquem, virtute præstantem.* Idem, de Invent. *Vni alicui certo studio se addicere.* Idem, pro Sest. *Quàm teter incedebat? &c. Vnum aliquem te ex barbatis illis, &c. diceres intuéri.*

ALIAS videtur extenuandi vim habere. Cic. Herenn. li.3. *Neque sua protulerunt, neque unius alicujus, aut denique duorum, &c.* Idem. Philip.10. *Cur nunquam tàm frequens Senatus fuit, ut unus aliquis tuam sententiam secutus sit?* Idem, lib.2. de Fin. b. *Vtilitati hominum plus, quàm unius alicujus, aut suæ consuluit.* Idem, lib.2. de Orat. *Argumenta si plura sint, sive aliquod unum, &c.*

Vnus ullus: Vnus nullus: Vnus quivis.

Extenuandi vim ferè habent. Cic.2.

Ag. *Ratum sit, quod finitor uni ulli, à quo m... erit, renunciaverit*, id eſt, uni cuivis; Einem jeglichen er ſeye wer er wölle. Idem, de provinc. Coſſ. *Vt nisi C. Virginius legatus vir fortis ac ſtrenuus intervenisset, unum signum Bizantij ex maximo numero nullum haberemus.* Idem, pro Cecin. *Si tu ſolus, aut quivis unus &c.* Terent. And. *Vna harum quævis cauſa, me ut faciam, monet, &c.*

At unum: *In unum*.

Pro, nullo excepto. Cic. de Am. *De amicitiâ omnes ad unum idem ſentiunt.* Idem, Fam. lib. 10. *Ego eam ſententiam dixi, cui aſſenſi ſunt omnes ad unum.* Livius, decad. 3. lib. 5. & lib. 8. *Ab equitibus ex occulto proruentibus circumventi cæſique ad unum omnes ſunt.* Cic. Philip. 9. *Si omnes Iureconſulti in unum conferantur, cum S. Sulpitio non ſunt comparandi*, Livius, decad. 3. lib. 1. *Sepeliendi causâ conferri in unum corpora ſuorum juſſit.* Idem, decad. 3. lib. 5. & 6. *Omnium in unum congruerunt ſententiæ.* Ibidem, *Nec diſcordia inteſtina coire nos in unum ſinit.* Et decad. 3. lib. 7.

Conferre vires in unum. Virgil. 5. [...]neid.

Iuppiter omnipotens si non exosus ad unum Trojanos, &c.

Vnus, pro, Solus.

Cic. pro Cœlio. *Negotiis omnibus intermissis, unum hoc judicium, exercetur.* Idem, lib. 1. de Finib. *Qui summum bonum in unâ virtute ponunt.* Idem, Verr. 6. *Incipiam ab ea civitate, quo tibi una in amore atque in deliciis fuit.* Livius, decad. 3. lib. 4. *In se unus omnium vires convertit.* Plaut. Capt. *Ex polyplusio est genere quod illîc unum est pollens atque honoratissimum.* Terent. Phorm. *Per unam ejus aut vivam aut moriar, sententiam.*

Vnus ex omnibus: Vnus inter omnes.

Habent augendi vim. Cic. 2. Catil. *Vnus erat timendus ex omnibus, &c.* Idem, de somnio Scip. *Anima est una ex omnibus quæ sese moveat.* Id. de Orat. *Inter omnes in omni gene-*

re dice di unus eminet Demosthenes. [illegible]
Cl.Orat *Sub finem, ex alba fuit inter tot æqua-les unus excellens.*

Vnus, cum Superlativo.

Vehementer auget. Cic. pro M. Scauro, *Quem L. Tubulum unum ex omni memoriâ sceleratissimum, & audacissimum fuisse accepimus.* Idem, lib. 1. de Nat. Deor. *Vna excellentissima virtus Iustitia, &c.* Idem, Philipp. 2. *Cum M. Crasso mihi multæ & magnæ contentiones fuerunt, non cum uno gladiatore nequissimo, &c.* Idem, pro Rab. Posth. *Quid est stultius quàm equitem Rom. ex hac urbe, huius, inquam, Reip. quæ est una maximè, & semper fuit libera, venire in eum locum, &c.* Livius, decad. 4. lib. 7. *Cum Eumene nobis disceptatio est, cum quo uno maximè regum & privatum singulis, &, quod magis eos movet, publicum civitati nostræ hospitium est.*

Vnus, cum Superlativo, & *Omnium*:

Vnus

nus, cum Superlativo, & *Totius*.

Cic. Att. lib. 8. *Vnum omnium loquacissimum & minimè aptum ad dicendum.* Idem, Fam. lib. 4. *Qui antea obscuris hominibus opitulari poteram: nunc P. Nigidio uni omnium doctissimo & sanctissimo. &c. ne benignè quidem polliceri possum.* Idem, Fam. lib. 11. *Lamia uno omnium familiarissimè utor.* Idem, pro Rab. Posth. *Virum unum totius Græciæ facilè doctissimum Platonem, &c.* Idem, de Provinc. Cons. *Ne Gabinius unus omnium nequissimus existimaretur.* Plaut. Asin. *Quam ego unam vidi mulierum audacissimam.*

NOMEN. *Vter*.

Vter, a, um, πότερος, ὁπότερος. welcher vnder beeden/ (Barbarè Quis) De duobus dicitur separatim: ac usurpatur tam interrogativè, quàm sine interrogatione: eique opponitur, *Neutèr.* Cic. pro Mil. *Ab utro insidiæ factæ sint, in-*

incertum est.Idem,lib.1.Off. *Duob... tis honestis: Vtrum honestius: Itemque duo... propositis utilibus, utrum utilius*.Idem,de Fa to.*Hodie utro frui malis, optio sit tua.*

Vter, iteratum.

Cic.pro Mil. *Vter utri insidias fecerit.* Cæsar,lib.1.de bell.Gall. *Vt neque dijudicari posset, uter utri virtute anteferendus videretur.* Livius,decad.1.lib.1. *Ineamus aliquam viam, quâ utri utris imperent sine magnâ clade, &c. decerni poßit.*

Vter, Alter.

Cic.1.Off. *Quorum uterque suo studio delectatus contemsit alterum.* Idem, pro Sest. *Horum utro uti volumus, altero est carendum,* Weſſen wir vns auß denen beeden wöllen gebrauchen/ſo müſſen wir deß andern entberen.

Vter, Vterque.

Cic.ad Q. Fr.lib.2.*Sed utros ejus habueris libros*

no enim ſunt corpora) an utrosque ne-
: Demoſth. Ἐκ τῶν ἀμφοῖν πεπραγ-ένων πᾶσιν εὔγνωστον ἔσαι, πότερος ποθ' ἡμῶν ἔσθ', ὁ πονηρός, *Ex utriusque factis erit perſpicuum, uter noſtrum ſit improbus ille.*

Vtrum an, Vtrum an verò.

Uſurpantur de duobus. Cic.Verr.6. *Phaleras Hieronis utrum tandem emiſti, an abſtuliſti?* Idem, pro Roſ.Am. *Nihil intereſt, utrum eam rem recuſes, an de maleficio confitearis.* Idem, pro Balbo. *Vtrum inſcientem eum vultis contra fœdera feciſſe, an ſcientem? &c.* Idem, Att.lib.6. *Vtrum turpi pace nobis, an miſero bello eſſet utendum.* Idem, Fam.lib.15. *Quàm velim ſcire utrum iſta ſollicito animo, an ſoluto legas.* Idem, Att.lib.12. *Id autem, utrum illi ſentiant, an verò ſimulent, tu intelliges.* Idem, pro Lig. *Vtrum tandem exiſtimas facilius fuiſſe, Tubero, Ligarium ex Africâ exire, an vos in Africam non venire?* Plaut.Aul. *Quid tu curas? utrum crudum an coctum edam.* Livius, decad.3.lib.2. *Vtrum Venuſinam adduci exercitum, an manere juberet Cannuſij*: Et,

decad.3. lib. 8. *Vix rationem iniri po... trum ab se audaciùs, an fugaciùs ab hoste ... geratur bellum.*

Vtrum, de pluribus.

Cic. Verr. 4. *Vtrum hoc signum improbitatis tuæ, an tropæum necessitudinis, atque hospitij, an amoris indicium esse voluisti?* Idem, in Pison. *In quo convivio nemo potest dicere, utrum iste plus biberit, an vomuerit, an effuderit.*

Vtrum nec ne: *Vtrum an non*.

Cic. Fam. lib. 11. *Deliberent, utrum trajiciant legiones ex Africâ, nec ne, & ex Sardiniâ: & Brutum accersant nec ne, & mihi stipendium dent: an non decernant.* Idem, Att. lib. 9. *Vtrum hoc tu parùm meministi, an non satis intellexi?* Idem, pro Balbo. *Vtrum fundi facti sint, an non quærendum esse videtur.* Idem, Verr. 5. *Quid interest utrum hoc feceris? An frumentum non improbâris?* Cæsar, lib. 1. de bell. Gall. *Matresfamiliâs declarant sortibus & vaticinationibus, utrum prælium committi, ex usu esset nec ne.* Plaut. Mostel. *Videndum est primùm, utrum ea velint, an non velint, &c.* Livius decad. 4. lib. 5.

…iam non utrum bellandum esset, nec ne, …ulteretur, sed ubi & quâ ratione bellum ge…retur, &c.

NOTA, Interdum *Utrum*, sine *An*, vel, *Nec ne*, usurpari, &c. Quemadmodum à Græcis (maximè & creberrimè à Platone.) πότερον. Cic. Verr. *An hoc dicere audebis? utrum de te Aratores; Utrum denique Siculi universi benè existiment, ad rem id non pertinere?* Et, Verr. 6. *Tametsi jam dudum erro, qui tam multa de tuis emtionibus faciam verba, & quæram utrum emeris & quomodo, & quanti emeris, quod, &c.*

Utrum, omissum.

Utrum, non sine elegantiâ interdùm omittitur. Cic. ad Att. lib. 2. *Voluntate an metu necesse sit iis uti vereor.* Idem, ad Q. Fr. lib. 1. *Hominem comprehendit & in custodiam Ephesi tradidit: sed in publicam, vel in pistrinum, non satis ex literis ejus intelligere potuimus.* Idē, ad eundem lib. 3. *Velit, nolit, scire difficile est*, ob er wolle oder nicht. Plaut. Capt. *Sed is privatam servitutem servit illîc: an publicam?* Ibidem, *At etiam dubi-*

tavi vos homines emerem, an non emere...
Idem, Menæch. *Clientes sibi omnes volu*... *esse multos, Boni ne an mali sint, id haud quæri*... *tan*.

Vterque.

Ambo, ἄμφω, Bede: pro Alter & alter, vel unus & alter, ἀμφότερος. De duobus conjunctim usurpatur. Cui *Alteruter* & *Neuter* opponi solet. Cic. 1. Off. *Nos utrique & Socratici, & Platonici esse volumus.* Idem, Att. lib. 14. *Multa veniunt in mentem in utramque partem.* Idem, pro Mil. *Magna vis est conscientiæ in utramque partem, &c.*

Vterque, alter.

Cic. lib. 1. Off. *Vterque studio delectatus suo, ontemsit alterum.* Idem. Heren. lib. 3. *Vtraque alterâ separatâ, minus erit firma.*

Vterque, Vtrique.

Vterque geminatum, Cæsar, lib. 2. de bell. Gall. *Cum uterque utrique exercitu esset in conspectu.* Terent. Phorm. *Vterque utriq; est cordi.* Idem, Heaut. *Hoc beneficio utrique ab utrisque vero devincimini, &c.*

Vter-

nque, *Vterlibet*, *Vtervis*.

ignificant ferè idem: etsi. *Vtervis* usitatius est, vnder zween einjeder. Cic. Att. lib. 9. *Proquæstor ego unus, cui utrumvis liceret,* Idem, de Senect. *At minus habeo virium, quàm vestrum utervis.* Idem, pro Rosc. Am. *Quod certum est non facere, dum utrumvis licebit.* Idem, Fam. lib. 4. *Ita magnæ utrinque copiæ, ita paratæ ad pugnandum esse dicuntur, ut utercunque vicerit, non sit mirum futurum.* Idem, pro Quint. *Vtrumlibet elige: alterum incredibile est, alterum nefarium, & ante hoc tempus utrumque inauditum.*

Vterque, Neuter.

Cic. pro P. Quint. *Vt aut uterque inter se, aut neuter satisdaret.* Idem, Att. lib. 8. *Sed neutri σκοπός est ille, ut nos beati simus: uterquo regnare vult, &c.*

Sequuntur particulæ Pronominum.

PRONOMEN, *Ecq*

Ecquis,ecqua,ecquod, vel *ecquid,*compo tur cū *&*,& *quis*: ſi *t* mutes in *c*,euphoniæ gratiâ:& ſignifica *Numquis*:ἤτις,ἤ ἄρα τις,ἤ ῥά τις.Cic.Verr.6.*Ecquis pudor eſt?ecqua religio,Verres?ecquis metus?* Idem,proMur.*Ecqui autem non proditum obviam revertenti?* Idem, Fam.lib.8.*Ecquem Cæſare non acriorē in rebus gerendis vidiſti?* Id.Verr.4.*Ecquo de homine hoc unquam audivimus?* Ibid.*Ecquam rem putatis eſſe in Siciliâ niſi ad nutum iſtius judicatam?* Id. pro L.Manil.*Ecquam putatis civitatem pacatam fuiſſe,quæ locuples ſit?&c.*Id.in Piſ.*Ecquid vides? Ecquid ſentis?* Teren.Eun.*O populares, ecquis vivit me hodie fortunatior?* Iſt auch ein glückſeliger Menſch/als ich/auff Erden? Plaut.Amph. *Heus, ecquis hic eſt? ecquis hoc aperit oſtium?*

Ecquis, ſine interrogatione.

Cic.lib.2.de Invent.*In quâ videbimus ecqua conſuetudo ſit, ecqua lex, ecqua actio, ecquod ejus rei artificium,&c.* Idem.Fam.li.7.*Quid agatis, & ecquid in Italiam venturi ſitis, fac plane ſciam.*Id.pro Roſ.Am.*Videamus ecqua facultas ſuſcipiendi maleficij fuerit.&c.* Ec-

Ecquisnam.

AdEcquis, assumitur *Nam* instandi cau-... ἐναγῶς. Cic.li.4. deFin. *Dubium est ad id, quod summum bonum dicitis, ecquanam fieri possit accessio.* Idem, Top. *Ecquidnam honestum sit, ac æquam revera, &c.* Idem, in Vatin. *Ecquis nam tibi dixerit.*

Ecquando, quære inter Adverbia, &c.

PRONOMEN, *Hic, ille.*

Hic, hæc, hoc, οὗτος, dieser/notæ vulgò significationis; ut & *Hicce, Hæcce, Hocce*, οὑτοσὶ, quòd illo significantius est, Cic. pro Rosc. Am. *Bona hujusce patris S. Roscij, &c.*

Hic, pro, *ego ipse*,

Terent. And. *Tu si hic sis, aliter sentias*, wañ du werest/ der ich bin/ etc. AuctoreDonato.

Hic, ille.

Differre dicuntur, eò quòd *Ille* ad remotius verbum, vel membrum: *Hic*, ad propinquius referatur. Cic. Fam. lib. 12. *Nunquam tanto odio civitati Antonius fuit, quanto est Lepidus. Ille enim ex turbulentâ Repub. hic, ex pace bellum excitavit.*

Nó tamē semper hoc fit. Cic. de Sene. *Senex, quod speret, habet. At est eò meliore cōditione*

quàm adolescens, cùm id quod sperat ille, [...] *secutus est: Ille vult diu vivere, hic diu vixit.* [...] pro Rosc. Comœd. *Quid est quod negligent*[...] *scribamus adversaria? quid est quod diligenter conficiamus tabulas? Quia hæc sunt menstrua, illæ æternæ: hæc delentur statim, illæ servantur sanctæ.* Ovid. 1. Trist. 2.

Quocunque aspicio, nihil est nisi pontus & aër,
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.

Hiccine, Hæccine, *Hoccine*.

Ponuntur pro, *Hicne, hæcne, hocne*, habentque vim indignandi & admirandi, cum interrogatione. Cic. Fam. lib. 2. *Hiccine est ille qui urbem? quem senatus? nosti cætera.* Idem, Verr. 7. *Hunccine hominem? (reperiri posse) hanccine impudentiam: Iudices, hanccine audaciam.* Idem, pro Mil. *Hiccine vir patriæ natus usquam nisi in patriâ morietur?* Livius, decad. 1. lib. 1. *Haud nihil ambigam, hiccine fuerit Ascanius, an major quàm hic.* Teren. And. *Hoccine est humanum factum? Hoccine officium patris?* Idem, Hecyr. *Hiscine tu, amabo, non contra insidiabere?* quod Donatus? *Talibus*, reddit.

Hic-

qui, id est, *Talis, qui.*

Cic. Att. lib. 6. *Lætari te nostrâ moderatione, & continentiâ video: tum id magis faceres, si adesses, atque hoc foro, quod egi ex Idib. Februarij Laodiceæ, &c.*

Hic, ut,

Talis, vel *Tantus*. Cic. lib. 6. Fam. *Hanc in opinionem discessi, ut mihi tu salus dubia non esset.* Idem, de Am. *Hanc esse in te sapientiam existimant, ut omnia tua in te posita esse ducas.* Idem, lib. 2. de Orat. *Qui omnes hi sumus, ut sine his studiis nullam vitam esse ducamus.* Idem, lib. 1. de Orat. *Date nobis hanc veniam, ut ea, quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini.*

Hoc, quò; Hoc, quòd.

Hoc quò, pro, *tantò, quantò*: vel, *eò, quò.* Cic. Fam. lib. 13. *Hoc audio libentius, quò sæpius.* Idem, Att. li. 3. *Quò rarius ad me litteræ perferentur, hoc velim te diligentius perscribere.* Ibidem,

dem,lib.10. *Furnium vidi libentiſs*... *hoc libentius,quòd illum audiens, te videba*... *dire.* Idem,lib.2.de Finib. *Cum Epicuro h*... *plus negotij eſt,quod ex duplici genere voluptatis conjunctus eſt.* Idem, Fam.li.4. *Hoc ſcribo parcius,quòd te ſperare malo,te eſſe uſurum tuis,&c.*

Hoc, quia.

Id eſt, eò, ob id, quia. Cic.lib.1.de Orat. *Quod hoc etiam mirabilius videri debet, quia cæterarum artium ſtudia ferè reconditis atque abditis è fontibus hauriuntur,&c.*

PRONOMEN, *Idem.*

Idem, Eadem, Idem, ὁ αὐτὸς Eben er: Ex *is,* & *demum* conflatum: pro, *is ipſe, hic ipſe,* cui opponitur, *Alius,* vel *Diſpar.* Livius, decad.3.li.8. *In Hiſpania res quadam ex parte, eandem fortunam, quadam longè diſparem habebant.* Cic.li.2.de Finib. *Vtebatur eo cibo,qui & ſuaviſsimus eſſet, & idem facilimus ad concoquendum,&c.*

Idem, ac.

Cic.pro Sylla. *At accuſat C. Cornelij filius: Idemq; valere debet,ac ſi pater judicaret.* Tere. Heaut. *Vita eſt eadem, & animus te erga idem*

ac

Google

[...]vius, decad.3.lib.2. *Malis consiliis ac bonis juris & potestatis erit.*

Idem, atque.

Cic.pro Domo. *Hoc unum & idem vide[...] esse atq; illud, quod de me ipso nominatim tu[...]*. Idem, Her.lib.2. *Quoniam in eodem vir[...]is studio sint, atque ille qui laudatus fuerit.*

Idem, Et, vel, *Que.*

Cic.de Fat. *Vide ne non eadem causa illorũ, Stoicorum, &c.* Idem, pro Cœlio. *Non [...]em judicum commessatorumq; conspectus.* [...]dem,lib.2.de Leg. *Sunt erant iidem, & At[...]ci* Idem, lib.2 de Finib. *Nec tamen ullo mo[...]o summum pecudum bonum & hominis idem mihi videri potest.* Idem, Fam.lib.9. *Non est idem ferre, si quid ferendum est, & probare, si quid probandum non est.* Livius, decad. 4. lib.4. *Præfectus præsidio Laconum erat Pythagoras, gener idem tyranni, & uxoris ejus frater.*

Idem, ut.

Cic.lib.1.Off. *Qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt injustitia, ut si in suam rem aliena convertant.* Plaut.Merc. *Nõ ego idem facio, ut alios in comœdiis vidi facere.*

Idem,

Idem, Quàm.

Cic.contra Rull.2. *Hic, qui vetat intercedere, potestatem, etiamsi intercessum sit, tamen eandem constituit, si quàm lata esset lex.*

Idem, qui, quæ, quod.

Cic.Fam.lib.1. *Non offendes eundem bonorum sensum, quem reliquisti,* Idem, Att.lib.1. *Quæ me moverunt, movissent eadem te profectò.* Idem, lib.9. *Est idem qui semper in Repub. fuit.* Idem, de Orat. *Eosdem esse Oratorios numeros, qui sunt poëtici.* Idem, lib.4. de Finib. *Iidem abeunt, qui venerant.* Plaut. Cistell. *Idem mihi, magnæ quod est parti, vitium mulierum, &c.*

Ex his apparet *Idem*, & *Cum*, vulgò ineptè jungi.

PRONOMEN, *Ipse.*

Ipse, ipsa, ipsum, Antiquè, *Ipsus*: αὐτός, derselbe. Ei opponitur, *Alter.* Cum aliis pronominibus junctum eorum assumsit significationem, ac ἔμφασιν conciliat orationi.

... *go ipse, iste ipse, tu ipse, ille ipse.* Cic. Marcel. *Ille ipse victor L. Sylla, &c.* Idem, r.4. *Quare ille ipse adesse noluit.* Idem, Mil. *Illo ipso die prodi flaminem necesse e-&c.* Idem, pro Manil. *Illa ipsa rerum hu-arum domina Fortuna, &c.* Terent. And. *amphile, te ipsum quæro.* Plaut. Cistell. *Is est Demipho dominus meus, &c.* Livius, cad.3. lib.8. *Illi ipsi infelici imperatori pa-re portus Africæ.*

Ipse, junctum Dativo, Accusat. Ablativo.

Ipse, in Nominativo ponitur, etiamsi oximè jungatur Dativo, Accusativo, blativo, &c. Cic. Fam. lib.10. *Sum mi-ipse testis*, pro, mihi ipsi. Idem, lib.1. de egib. *Qui se ipse nôrit, aliquid sentiet se habe-e divinum.* Idem, de Finib. lib.1. *Animus à ipse dissentiens*, Horat. lib.1. Epist.1. *Restat t his ego me ipse regam, &c.* Præceptis Philo-ophiæ. Livius, decad.4. lib.5. *Vetus na-is, per se ipsa omnibus compagibus aquam acci-piebat, divulsa est.* Idem, decad.4. lib.7. *Na-*

ves

ves regiæ obliquas se ipsæ ad ictus præbe... Plaut. Pseud. *Vix decimus quisque est, qu*... *psus sese nôrit &c.*

Ipse, pro, *Omnino.*

Ipse, pro integris, totis, plenis & confectis (verbi causâ) annis, diebus, mensibus, eleganter usurpatur. Cic. Att. lib. 4. *Natali suo ipso die.* eben/oder gerad/vff seinē Geburtstag. Idem, Fam. lib. 2. *Ego cùm Athenis, decem ipsos dies fuissem, proficiscebar inde.* Livius, decad. 3 li. 10. *Ceterùm ludorum ipso die, serenitate subitâ ortâ, diei pompa cœpta est.*

PRONOMEN, *Is.*

Is, ea, id: οὗτος, ἐκεῖνος, der/derselb, pro, *Is, ille*, Cic. Fam. lib. 1. *Omnia delata sunt ad unum, is utitur consilio, ne suorum quidem, sed suo.* Idem. Fam. lib. 15. *Q. Pompejus multis causis necessitudinis, mihi conjunctus est: Is cum antea, &c. nunc profectò assequi debet, &c.*

Is, Ea, Id.

Maximè usurpatur, cùm vel procedit, vel sequitur, *Qui, Quæ, Quod.* Cic. lib. 2. de Orat. *Quem nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere, quod non sit aptus,* &c. I.

...dem, Fam.lib.12. *Quæ ille ipse, si vive-...*, *non faceret ea nos quasi cogitata ab illo pro-...mus.* Ibidem, lib.3. *Quæ primùm navi-...ndi nobis facultas data erit, eâ utemur.* I-...em, pro Lig. *Quorum impunitas, Cæsar, ...æ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crude-...tatem te acuet oratio?* Terent. Adelph. *...demum juvat, si, quem æquum est benefacere, ...facit.* Livius, decad.3.lib.2. *Quæ ad de-...nendos à cupiditate animos nunciata erant, ea ...cenderunt.* Plaut. Epid. *Is est amicus, qui, ...re dubiâ, re juvat.* Livius, decad.4.lib.4. *...e hac re vos consulo, statur ut eo, quod plures ...nsueritis:*

Is qui, pro, *talis, qualis*

Cic.Fam.lib 5. *Ita tamen, ut si nos ii sumus, ...ui esse debemus, &c. dubitare non possimus.* Idē, ...Off.li.2. *Simus ii, qui haberi velimus.* cùm pau-...ò antè dixisset, *Quales simus tales esse videa-...mur.* Idem, Verr. 7. *Ea est Verres impudentiâ, ...uam nostis.* Id.Fam. lib.4. *Non enim iis rebus ...ugnabamus, quibus valere poteramus, &c.* Liv. ...dec.3.li.8. *Quæ æmulatio mihi cum eo esse potest, ...ui ne filio quidem meo æqualis sit?* Et decad.3. ...lib.9. *P. Scipionem eum esse virum, quem ami-...cum sibi, quàm inimicum malint esse.* Is

Is *ut*, *is qui*, pro *talis ut*.

Cic. Fam.lib.4. *Eo te adhuc usum consilio intelligo, ut id reprehendere non audeam, &c.* Ibidem. *Eâ te sapientiâ esse judico, ut meum consilium non anteponam tuo.* Ibidem, lib.5. *Eâ lege nati sumus, ut omnibus fortunæ telis proposita sit vita nostra.* Idem, lib.3. Off. *Quod si is esset Panætius, qui virtutem propterea colendam esse diceret, quòd ea efficiens utilitatis esset.* Ibidem, *Sed cum is sit, qui id solum bonum judicet, &c.* Idem, Verr. 6. *Eos enim testes deduxi, & eas literas deportavi, ut de istius facto dubium nemini esse possit.* Idem, pro Sylla. *Nuper is homo fuit in civitate P. Sylla ut nemo ei se honore anteferret.* Livius. decad.3. lib.4. *Eâ indole juvenis, ut jam tum appareret, &c.*

Is quasi, is, ut.

Cic. Att.lib.1. *Proinde eo animo te velim esse, quasi mei negotij causâ in ista loca missus esses.* Idem, *Me eum offendes erga te, & audies, quasi mihi, si qua parte erunt, non modo te præsente, sed per te parta sint.* Idem, lib.4. Tusc.

Qui

Qui naturâ dicuntur iracundi, aut misericordes, aut invidi, aut tale quid: ii sunt ejusmodi constituti, quasi mala valetudine animi. Idem, de Orat. lib. 1. *Istius disputationis insolentia, atque earum rerum, quæ quasi traduntur in arte, inscitiâ, &c.*

Id ætatis: Id ætatis, ut.

Cic. *Id ætatis, & Id temporis* conjungit interdum cum omnibus penè verborū generibus, quasi non flectantur in casus, ut, de Orat. lib. 1. *Hominibus id ætatis tantum oneris imponere*, pro eâ ætate: Idem, Fam. 6. *Ita viximus, & id ætatis jam sumus, &c.* Idem, pro Rosc. Am. *Duo filii id ætatis, &c. propter cubantes, ne sensisse quidem se dicerent.* Idem, pro Domo. *Etsi id est ætatis, ut nondum scientiam consequutus sit.* Idem, Fam. lib. 6. *Id ætatis jam sumus, ut omnia fortiter ferre debeamus.* Plaut. Asin. *Nec puduit eum id ætatis Sycophantias struere.*

Id temporis: Id temporis, ut.

Pro, *id tempus*, vel, *eo tempore.* Cic. de O-

rat.lib.1. *Et nos ipsi, quoniam id temporis esset, valetudini demus operam.* Idem, 1. Catil. *Quos ego jam multis & summis viris ad me venturos id temporis prædixeram.* Idem, Att. lib.13. *Venit ad me, & quidem id temporis, ut retinendus esset.* Idem, Verr. 4. *Eo die transigi nihil potuit, quòd & id temporis, & ille pater istius invenerat homines, qui dicendo tempus consumerent.* Livius, decad.3. lib.5. *Inde ubi id temporis visum, quo die epulatis jam, vinoque satiatis principium somni esset, &c.*

PRONOMEN, *Iste.*

Iste, der da/*ille*, qui apud te est, de quo loqueris. Propriè enim ad secundam personam pertinet. Cic. pro Rosc. Am. *Non tu in isto artificio accusatorio callidior es, quàm hic in suo.* Idem, pro Mil. *Te quidem, quod isto animo es, satis laudare non possum.* Idem, lib.1. de Finib. *Probabo tibi ea, modò ista sis æquitate, quam ostendis, &c.* Idem, lib.2. de Finib. *Istis ipsis verbis, inquit, &c.*

Istic, istæc, istuc.

Pro *iste, ista, istud,* Terent. Heaut. *Quid istuc quæso? qui istic mos est, Clitipho?* Ibidem.

Quid

uid *istic narrat?* Interdum adverbialiter onitur, pro, illo in loco, ubi tu es. Ter. Eun. *Omitte, quæso, jam istic ero.* Cic. Fam. lib. 1. *Ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quàm istic, ubi solus sapere videare.*

Istæc, pro, *ista*. Ter. Heauton. *Non istic quidem contumelia est.* *Istuc*, pro, *istud*. Cic. pro Quint. *Quo die vadimonium istuc factum esse dicis?* Idem, de Divin. lib. 2. *Qui idem istuc quidem dicunt, quod est dictum à te.* Idem, Att. 8. *Sin autem ille circum istæc loca commoraretur, te ei, si propius accessisset, resistere velle.* Terent. And. *Egone istuc conari queam?* Idem, Eun. *Istuccine interminata sum hinc abiens?* pro, istud ne, &c.

Iste, contemnentis.

Cic. pro L. Manil. *Ignorant videlicet isti, qui ad unum omnia deferenda esse negant.* Idem, Verr. 6. *Venio nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat, studium, &c.* Ibidem, *cum dico nihil istum reliquisse.* Ibidem, *Quæ est ista laudatio? Quid? isti laudatores tui, nonne testes mei sunt? &c.* Ibidem, *Bonam fortunam iste domi suæ habere noluit.* Et, *Quemvis nostrum, quos iste Idiotas vocat. &c.* Plaut. Bacch. *Non mihi isti placent Parmenones, Syri, &c.*

Pro.

PRONOMEN, *Quis*, vel *Qui*.

Tis, Wer/welcher/rc. Servit dubitationi & interrogationi. Cic. pro Domo. *Quis eras tu?* Ibidem, *Qui tantus fuit labor? quæ simultas.* Idem, pro Cœlio. *Si quis fortè nunc Iudices, adsit, ignarus legum, judiciorum, consuetudinis nostræ; miretur, &c.*

Quis, *Qui*.

Cic. pro Rosc. Com. *Considera quis quem fraudasse dicatur.* Idem, Fam. lib. I. *Regis causâ, si qui sunt, qui velint, qui pauci sunt, omnes rem ad Pompejum deferri volunt.* Idem. I. Off. *Vt ne cui quis noceat, nisi lacessitus injuriâ.* Idem, ad Heren. *Meminisse poterimus, quid quoquo loco dixerimus.*

Qui, vel *Quis*, pro, *Qualis*,

Cic. Philip. 13. *O Spartace, quem enim te potius appellem?* Idem, Fam. 9. *Quâ es prudentiâ, nihil te fugiet.* Idem, pro Lig. *Genus hoc causæ quod esset, non vidit, &c.* Idem, Verr. 6. *Tametsi*

ametsi qui est ista laudatio? Ibidem, *Credo qui audivissent, quæ in istum testimonia essent dicta.* Idem, de Provin. Coss. *Quo quisque animo futurus sit, nescio.* Idem, pro Rosc. Am. *Videte per Deos immortales, quem in locum Remp. perventuram putetis.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Quæ vita, qui mores fuerint, per quos viros, quibusque artibus partum & auctum imperium sit.* Ibidem, *Rogitat, qui vir esset, &c.* Terent. Phorm. *Qui erit rumor populi, si id feceris?* Plaut. Capt. *Quâ facie est tuus sodalis?*

Qui, pro, *ut.*

Cic. Fam. 10. *Talem te esse oportet, qui primùm te ab impiorum civium tui dissimillimorum societate sejungas.* Idem, pro Domo. *Nec sum tam insolens, qui Iovem me esse dicam.* Idem, Fam. lib. 3. *Nemini concedo, qui majorem ex pernicie & peste Reip. molestiam traxerit.* Idem, Verr. 6. *Scitote legatum missum esse Messanam, &c. qui à Senatu peteret, &c.* Ibidem, *Non dignus es tu, qui habeas argentea vasa.* Livius, decad. 4. lib. 5. *Legatos ad T. Quintium miserunt, qui consilium ab eo peterent.*

ile, quod cum spe magnâ sis ingressus, id non equi usque ad extremum. Terent. Phorm. *uod mihi dederit hac de re consilium, id sequar.*

Qui, Idem.

Vide supra *Qui, quæ, quod.* Cic. Verr. 6. *Qui modus est in his rebus cupiditatis, idem est æstimationis.* Idem, Att. lib. 13. *Tu autem quod ipse tibi persuaseris, idem mihi persuasum puta.* Idem, lib. 1. de Divin. *Qui teneat causas rerum futurarum, idem necesse est omnia teneat, quæ futura sint.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Ea est voluntas omnium, ut qui libertati erit in urbe finis, idem urbi sit.*

Notentur & hæ loquendi formulæ. *Quid hominis: Quid mulieris: Quid causæ: Quid ætatis: Quid animi: Quid morbi: Quid rei*, vel *rerum: Quid gaudii: Quid signi: Quid dotis, &c.* Quæ sic venustè usurpantur, pro, *Quis homo: Quæ mulieres, &c.* Et possent exemplis bonorum Auctorum probari atque illustrari, nisi brevitatis habenda ratio foret.

Quî, pro, *quomodo*, seu, *quemadmodum*.

Cic.lib.3.de Deor. *Sed qui ista intellecta sunt à Philosophis debeo discere.* Idem. Verr. 6. *Quî poterat quicquam ejusmodi dicere?* Ibidē, *Negligentes ac dissoluti si cupiamus esse, quî possumus?* Idem, prò Cecin. *Quî igitur convenit, quæ causa fuerit ad constituendum judicium.* Idem, de Finib. lib. 2. *Quî fit, ut ego nesciam, sciant omnes quicunque, &c.* Idem, pro L. Manil. *Isti ipsi qui minantur, etiam atque etiam quî id liceat, considerabunt.* Idem, pro Mil. *Quanquam quî poterat salus sua cuique non probari?* Terent. And. *Facite, fingite, quî detur tibi, ego id agam, mihi ne detur.* Idem, Adelph. *Quî tibi magis licet habere, &c.* Ibidem, *Si frater, aut sodalis cesset, quî magis morem gereret?* Livius, decad. 3. lib. 9. *Qui enim convenit, illum ex provincia revocari, &c.*

Quî Quum: &, *quo cum*.

Mit welchem. *Quî*, hoc loco est ablativus antiquus, usitatus tamen,

:n, maximè in his formulis, pro, *Quo n*, vel, Quâ cum. Cic. Fam. lib. 4. *Nemo omnium, quî cum potius mihi, quàm tecum mmunicandum putem*. Idem. Verr. 6. *Soro- s virum noluisse laudare, quî cum optimè con- en sset*. Idem, lib. 1. Off. *Eum, quî cum bella ge- as, tam molli nomine appellari?* Idem. Att. ib. 1. *Nihil mihi nunc scito tam deesse, quàm hominem, &c. quî cum loquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam*. Terent. Eun. *Quî cum loquitur filius? &c.* Idem, Adelph. *Ille bonus vir nobis Psaltriam, si Dîs placet, paravit, quî cum vivat, illam deserat.*

Quid cur. *Quid ita*, pro, cur ita?

Cic. pro Mil. *Sed quid ego argumentor? quid plura disputo?* Idem, de Senect. *Quid ego vitium satus, ortus, incrementa commemorem?* Terent. Adelph. *Quid tristis es?* Idem, Phor. *Quid hominem cessas adire, & blandè in principio alloqui?* Cic. pro Rosc. Am. *Accusatis S. Roscium, quid ita? quia de manibus vestris effugit, &c.* Terent. Eun. *Thais jam aderit:*

rit: Quid ita? D. *Quia quum inde abeo,&c.* Hic,*quid ita* ? pro,quamobrem ponitur: Idem,And. *Si id facis,hodie me postremum vides.*P. *Quid ita*? C. *Hei mihi,vereor dicere,&c.* Ibidem,*Lætus est,nescio quid.*Plaut. Amph. *Possum scire quo profectus aut quid veneris?* Idem,Asin. *Nunc quid processerim huc, & quid mihi voluerim,dicam.* Livius, decad.4.lib.4.*Conclamavere omnes vocari Aristonem debere,& quæri quid venisset,&c.*

Quid est,quòd,vel Cur,vel Quãobrem,vel, Quapropter.

Cic.pro Rosc.Am.*Credo ego vel mirari quid sit,quòd cum tot summi Oratores sedeant,&c.* Cic.Verr.6. *Quid erat,quòd Romæ quæreretur.Quid erat,quòd confirmabat.* Id.Fam.lib.7.*Mirabar quid esset,quod tu mihi litteras mittere intermisisses.* Idem,Fam.lib.3. *Quid erat autem,cur ego in te tam implacabilis essem*? Idem,pro Balbo. *Quid enim est, cur non potius ad sũmã laudem,quàm ad minimam fraudem Cæsaris familiaritas valere debeat*? Idem,ad Att.lib.1. *Quid est hoc,quid est autem cur?&c.* Idem, pro Cluent. *Quid est quam-*

uamobrem quisquam nostrum censorias subscriptiones omnes fixas & ratas putet esse oportere. Terent. Eun. *Quid est hoc, quòd lætus sis? Quid est quòd sic gestis? quid me aspectas? quid taces?* Idem, Hecyr. *Demiror quid sit, quamobrem tantopere hunc omnes nos celare volueris partum.* Idem, Hecyr. *Credo te non nihil mirari, Bacchis, quid sit, qua propter te huc foras puerum evocare jussi.*

Quid? Quod.

Cic. pro L. Man. *Quid? quod salus sociorum summum nunc in discrimen vocatur?* Idem, de Senect. *Quid? quod sapientissimus quisque animo æquissimo moritur?* Id. 4. Acad. *Quid? quod eadem illa ars, quasi Penelope, telam texens tollit ad extremum superiora?* Ibidem, *Quid? quod si ista vera sunt, ratio omnis tollitur,*

Interdum *Quid? quòd*, sæpius iteratur: à Cic. lib. 1. de Nat. Deor. *Quid? quod ejusdem, hominis imagines in meum alia: alia in tuũ? quid quod earum rerum, quæ nunquã fuerũt, &c.*

Quid?

Interrogantis & urgentis, Cic. pro Rosc. Am. *Quid? tu, Rosci, ubi tum eras?* Idem, Verr. 6. *Quid? tu ista magni æstimas?* Idem, pro Manil. *Quid? cætera*

virtutes quantæ & quàm multæ sunt? Idem, pro Lig. *Quid? tu cum pacem esse cupiebas, id ne agebas, ut tibi cum scelerans, an cum bonis civibus conveniret?* Terent. Phorm. *Quid? senem quoad expectatis vestrum?* Plaut. Menæch. *Quid ille? quid? prædem dedit, &c.*

Quid si.

Cic. de Provin. Coss. *Quid si ipsas inimicitias depono Reipub. causâ.* Idem, pro Rosc. Am. *Quid si constat hunc colendis prædiis præfuisse?* Terent. Eun. *Quid si quispiam hoc voluit Deus?* Plaut. Amph. *Quid si è portu navis huc nos dormientes detrahit?* Ibidem, *Quid si adduco tuum cognatum?* Idem, Capt. *Quid? Quid si hunc comprehendi jusserim?*

In his & similibus subintelligi debet, *Quid dicas? Quid censeas?*

Quid enim? Quid ergò? Quid igitur?

Habent etiam Interrogandi atque urgandi vim. Cic. Philipp. 2. *O hominem, ne-*

m. Quid enim aliud dicam? Ibidem, *enim? istuc, si consul esses, minus facere po-* ? Idem, Verr. 6. *Quid enim actum est?* n, pro Rosc. Am. *Quid ergo? audacissi-ego ex omnibus?* Idem, de Finib. lib. 2. *d ergo? adhæc mediocri opus est prudentia, & ingenio præstanti?* Idem, pro Rosc. *Quid est? ergo? quò tandem accusator in- argumentorum confugerit?* Ibidem, De *e rebus omnibus ne dicere oportere intelligo. id igitur? non eodem modo de omnibus, &c,*

Quid loquar? Quid dicam?

In ἀποσιωπήσει, .i. reticentiâ & ἀποδιώ- .i. rejectione usurpatur. Cic. de Nat. Deor. lib. 2. *Quid loquar quanta ratio in eſtiis appareat?* Ibidem, *Quid multitudinem uavitatemque piscium dicam?* q. d. taceo eu sileo. Idem, Verr. 7. *Facinus est vincire civem Roman. &c. quid dicam in crucem tollere?* Idem, pro Ligar. *Quid de fratribus dicam? nisi meâ stultitiâ me in mœrorem rapi.*

Quidnam.

Quidnam.

Τί ποτε, τί μήν. warumb/ was denn/ was doch. Aliquando Interrogativè ponitur. Cic. lib. 1. Off. *Quidnam beneficio provocati facere debemus?* Idem, Philipp. 2. P. *Clodium meo consilio interfectum esse dixisti. Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, cum tu illum insecutus es?*

Aliquando indefinitè ponitur. Cic. lib. 1. Fam. *Mirificè sum solicitus quidnam de provinciis decernatur.* Terent. Eun. *Reviso, quidnam Chærea hîc rerum gerat, &c.*

Quid quæris? Quid multa? Quid verbis opus est? Quid vultis amplius?

Usurpantur tum, cum rem in pauca redigere placet. Vel, cum multis singillatim enumeratis significamus longum esse cætera omnia persequi. Cic. Att. lib. 6. *Quid quæris? ducem se profitetur, &c.* Idem, pro Ros. Am. *Si spoliorum causa vis hominem occidere, spoliâsti. Quid quæris amplius?* Idem,

lib.

lib.3.Off. *Gravatè ille primò: Quid multa? vereor,&c.* Idem,Att.lib 1.*Quid multa? homines visi sumus,&c.* Plaut,Amph. *Quid opus est verbis? geminus Sosia hic factus est tibi.* Ibidem, *Quid verbis est opus? Hem tibi pateram,&c.* In Aul.act.3.scen.4.Bis sic usurpatur.Cic.pro Rosc.Am. *Patrem meum jugulâstis, &c. patrimonium meum possidetis, Quid vultis amplius?*

Aliâs, Ne multis morer. Cic.Verr 6.*Hac iste omnia,ne multis morer, uno impetu, atque uno nuncio tollenda atque asportanda curavit, &c.*

Quid? quasi pro *Autem* positum.

Cùm videlicet fit transitus à mentione alterius rei, ad alterã. Cic.Partit.*Quid? orationis quot sunt partes? hoc est, Orationis autem quot sunt partes.* Ibidem, *Quid? quæstio quasnam habet partes?* Idem, Verr.6. *Quid? à Philarcho phaleras utrum tandem abstulisti? an emisti?* Terent. Phorm. *Quid? senem quoad expectatis vestrum?* Plaut, Capt. *Quid? pater,vivit ne? hoc est,quid de patre,&c.*

Quod

Quod, pro, quantum.

Cic. pro Rosc. Am. *Qui omnes (quod ad me attinet) vellem viverent.* Idem, Fam. lib. 14. *Tu velim, (quod commodo valetudinis tuæ fiat) quàm longißimè poteris, nobis obviam properes.* Idem, lib. 13. *Pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis, atque eum, (quod sine molestiâ tuâ fiat)* Idem, Verr. 6. *Senator populi Rom: quod in vobis fuit, in vestro oppido jacuit, & pernoctavit in publico.* Teren. Adelp. *Prodidisti & te, & illam, &c. quod quidem in te fuit.* Idem, de Hecyr. *Quod potero, faciam.* Idem, Haut. *Celem tam insperatum gaudiū? &c. Haud faciam. Nam, quod potero adjutabo senem.* Idem, Eun. *Munus nostrum ornato verbis, quod poteris, & istum æmulum, quod poteris, ab eâ pellito.* Idem, Heaut. *Serva, quod in te est, filium, & me, & familiam.*

Quod, pro *Quantum*, *ad id, quod.*

Sæpè occurrit in initio Epistolarum & Periodorum. Cic. Fam. lib. 14. *Quod nos*

in

in Italiam salvos venisse gaudes, perpetuò gaudeas velim. Ibidem, *quod scripsi ad te proximis literis de nuncio remittendo, quæ sit, &c. ignoro.* Idem, Att. lib. 1. *Quod ad me sæpè scripsisti de nostro amico placando, feci.* Terent. Hecyr. *Nam (ita me Dij ament) quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam.* Plaut. Asin. *Quod ad argumentum attinet, &c.*

Quod, pro, *Propter quod positum.*

Usum habet, cùm aliquid timidè narramus, atque, ut ne eveniat, obsecramus. Cic. Fam. lib. 12. *In te spem omnem habemus, &c. si quod nolim, adversi quid acciderit.* Terent. Hecyr. *Nescio quid jam dudum hic audio tumultuari misera: Malè metu, ne Philumenæ magis morbus aggravescat. Quod te, Æsculapi, & te, Salus, ne quid sit hujus, oro.* Plaut. Amph. *Nisi etiam is (herus) quoque me ignorabit, quod ille faciat Iuppiter: ut ego hîc raso capite calvus capiam pilleum.*

De *Quòd* conjunctione lege infrà.

PRO-

PRONOMEN, *Quicunque*.

1. Significat idem quod *Quisque, Quisquis, &c.* ein jeder / Gott geb welcher. Cic. Fam. li. 14. *Quicunque is est, ei me profiteor inimicum.* Idem, lib. 2. de Divinat. *Vt prodessemus, civibus nostris, quâ re cunque possemus, &c.* Idem, de Orat. lib. 1. *Quidquid erit, quacunque ex arte, quocunque de genere.* Idem, lib. 2. de Orat. *Non omnia, quacunque loquimur, mihi videntur ad artem & ad pracepta esse revocanda.*

2. *Qualiscunque*, modestiæ & extenuandi causâ usurpatur. Cic. Orat. *Quicunque in dicendo sumus.* Idem, lib. 1. de Orat. *Illam ipsam, quamcunque assequi potuerit in dicendo mediocritatem.* Ibidē, *Illa ipsa facultate, quamcunque habet, &c.* Idem, ad Brut. de Orat. *Aures civitatis nos primi, quicunque eramus & quantulumq; dicebamus ad, &c. convertimus.* Idem, pro Mil. *Quemcunque casum fortuna dederit, & quacunq; fortuna erit oblata.*

3. *Quantuscunque*, in amplificando. Cic. pro Cœl. *Quacunque dignitas in equite Romano esse potest, qua certè, &c.*

Quid-

Quidquid, cum, *id*, idem, id totum id omne, vel omne, junctum.

Cic. 2. Tusc *Nobis autem videtur, quidquid litteris mandetur, id commendari omnium eruditorum lectione debere.* Plaut. Menæch. *Mulier quidquid dixerat, idem ego dicam; Quid multis verbis opus?* Cic. Fam. 10. *His temporibus difficillimis Reip. quidquid subveneris, id erit totum & proprium tuum.* Idem, pro L. Man. *Quamobrem quidquid in hac causâ mihi susceptum est, Quirites, id omne me Reip. causâ suscepisse confirmo, &c.* Idem. Verr. 6. *Vt quidquid Halunti esset argenti cælati, aut si quid etiam Corinthiorum vasorum, ut omne statim ad mare ex oppido deportaretur.*

PRONOMEN, *Quidam*:

Aliquis, ποιός τις, ὁ δεῖνα, Einer: unus, aliquis. Cic. Fam. lib. 4. *Ignoscerem tibi, si quosdam nolles videre.* Idem, Ver. 6. *Retinere cœpit tabulas Theomnastus quidam, homo ridiculè insanus.*

insanus,&c. Idem,lib.1.de Orat. *Majus est hoc quoddam, quàm homines opinantur.* Ibidem, *Ea exercitatio quædam nobis suscipienda est.* Terent.And. *Fuit olim quidam senex, mercator, navem is fregit,&c.*

Quidam, κατ' ἔμφασιν.

Quidam, ad rei magnitudinem demonstandam interdum usurparur. Cic. lib.1. de Orat. *Verbum mihi deest, cum ego hanc regiam potestatem appello, sed profectò major est quædam, quàm vulgò opinantur.* Idem, pro Balbo. *Hunc quisquam incredibili quadam atque inaudita gravitate præditum, &c. fœdera scientem neglex sse dicere audebit.* Idem,ad Q. Fr. lib.1. *Divinæ cujusdam virtutis esse videtur.* Idem, l b.2.de Orat. *Crassi responsum excellentis cujusdam est ingenij ac singularis.* Idem, lib.1.de Divinat. *Hic magna quædam exoritur interpretatio.*

Quidam, certus,

Cic.de Orat. lib.1. *Certis quibusdam verbis,*

bis, non novis nuptiis fieri divortium. Et lib. 3. *Quare cum sit quædam certa vox Romani generis, urbisque propria.* Cic. Brut. *In versibus certa quædam & definita lex est, quam sequi est necesse.* Idem, de Invent. lib. 1. *Hujusmodi, ut certum quiddam & breve exempli causâ ponamus.* Idem, de Orat. lib. 1. *Quod si R oscius astrictus certa quadam numerorum ratione, & pedum, tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat.*

PRONOMEN *Quispiam.*

Quispiam, pro, Aliquis, usurpatur, Ne. Jemands/einer. Cic. lib. 1. *Si constitueris te cuipiam advocatum esse venturum.* Idem. Fam. lib. 9. *Quanquam tum quidem vel aliæ quæpiam rationes, honestas nobis & curas & actiones darent.* Idem, lib. 3. de Nat. Deor. *Nec si uredo aut grando quippiam nocuit, id Iovi animadvertendum fuit.* Idem, in Pison. *Res ipsa & Reip. tempus, aut me ipsum, quod nolim quempiam aut incitabit, aut dehortabitur, &c.*

PRONOMEN, *Quisquam.*

Inter-

Interdum sine interrogatione, interdum cum interrogatione usurpatur. Cic. Fam. lib. 1. *Magnitudinem animi tui ne inflectas cujusquam injuriâ.* Idem, Fam. lib. 14. *Nisi vos fortiores cognôssem, quàm quenquam virum pro, quemvis, &c.* Idem, pro L. Manil. *Et quisquam dubitabit, quin Cn. Pomp. tantum bellum transmittendum sit?* Idem, Verr. 6. *Opus tam perfectum, tam elegans quisquam non modò privatus, sed populus potius haberet, quàm Verres.* Ibidem, *Tetrior his Tyrannus Syracusis fuit, quàm quisquam superiorum.* Idem, pro Rosc. Am. *Qui sunt in istis bonis quibus partem Chrysogonus? dederit duo Roscij. Numquisquam praeterea? nemo est, judices, &c.*

Quisquam, præcedente si.

Cic. Att. lib. 34. *Si quisquam est facilis, hic est.* Ibidem, lib. 16. *Malè eum credo intellexisse, si quisquam malè intelligit.* Idem, pro Balbo. *Si quisquam hujus Imperij defensor mori potest.* Idem, pro Sest. *Si grando quippiam nocuit.* Idem, pro P. Quint. *Pecuniam si cuipiam fortuna advenit, aut, &c.* Idem, Off. lib. 1. *Si constitueris cuipiam te advocatum esse venturum.*

Quis-

Quisquam, ſequente, *Niſi.*

Cic.Att.lib.4. *Non mentio potuit fieri cujusquam ab iis, niſi ejus, qui illis notus eſſet*, Idem, pro Balbo. *Negat ex fœderato populo quenquam potuiſſe, niſi is populus fundus factus eſſet, in hanc civitatem venire.* Idem. Fam. lib. 9. *Qui tibi venit in mentem negare Papyrium quenquam inquam niſi plebejum fuiſſe?* Idem, pro. Roſc. Am. *Nec mandat quisquam ferè, niſi amico.* Plaut. Pſeud. *An tu invenire poſtulas quenquam coquum, Niſi ſit milvinis aut aquilinis ungulis?* Livius, decad. 4, lib. 4. *Nec ſanè quicquam eorum ſatis placebat tyranno, niſi quod præter ſpem reducendorum exulum mentio nulla facta erat.*

PRONOMEN, *Quisque*, & *Quisquis.*

Idem, quo *Quidcunque.* ὅϛις, ein jeder/ Gott geb welcher. Cic. de Orat. *Quisquis eſt ille, ſie modò eſt aliquis.* Idem, de Divin. *Ad quam quisque rem aptus ſit futurus, &c.*

Eleganter poſtponi ſolet Nominibus

nibus, & Pronominibus, significans, unusquisque.

NOMINIBUS] Cic. de Senect. *Earum causarum quantum quaque valeat, quantumque justa sit una quaque videamus.* Idem, Verr. 4. *Quinto quoque anno Sicilia tota censerat.* Idem, pro Rab. Posth. *Tertio quoque verbo excitabatur.* Idem, Att. lib. 8. *Hortor ut primo quoque die Luceriam venias.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Maximo cuique id accidere animo certum habeo, &c.*

PRONOMINIBUS] Cic. lib. 2. de Nat. Deor. *Catera natura suis seminibus quaque gignuntur,* Idem, lib. 3 Off. *Quid quemque cuique prastare oporteret.* Idem, lib. 5. de Finib. *Suo quisque studio maxime ducitur.* Ibidem, pro Rosc. Am. *Sua cujusque animantis natura est.* Id pro Rosc. Am. *Sua quemque pacis & scelus exagitat.* Liv. dec. 3. lib. 4. *Suam cuique fortunam in manu esse.* Et, decad. 3. lib. 6. *Suum cuique ingenium audaciam facere aut pavorem.* Plaut. Capt. *Meus mihi gnatus, suus cuique est charus.*

NOTA] Poëtas, metro indulgentes, in collocandâ hac particulâ interdum libe-

liberiores esse. Virg. lib. 2. Æneid.
Et quæ sibi quisque parabat,
Vnius in miseri exitium conversa tulêre.
Idem, lib. 9. *Æratasque acies in prælia cogit,*
Quisque suas, &c. Idē, *Stat sua cuique dies, &c.*

Quisque, vel, *Vtquisque*.

Cum duobus Superlativis jungi solent. Cic, pro Rosc. Am. *Optimo & nobilissimo, tuiq; meam orationem gratissimam esse, &c.* Idem, Att. lib. 16. *Vt Aristophani Archilochi jambus: Sic epistola longissima quæq; optima videtur.* Idem, pro Balbo. *A se ex conjunctissimâ atq; amicissimâ civitate fortissimum quenq; esse delectum.* Idem, de Fin. lib. 2 *Optimum quodq; rarissimnm est.* Idem. Acad. 1. *Certè enim recentissima quæq; sunt correcta & emendata maximè.* Idem, lib. 2. de Orat. *Vt quisq; optimè dicit; ita maximè dicendi facultatem pertimescit.* Idem, lib. 1. Off. *Vt enim quisq; maximè perspicit, quid in re quâq; verissimum sit, &c. Is prudentissimus & sapientissimus haberi solet.* Ibidem, *Colendum autem esse ita unum quemq; maximè, ut quisq; maximè*

 his

his virtutibus lenioribus erit ornatus. Idem, lib. 2. de Finib. *Longissimus quisq; dolor miserrimus.* Livius, decad. 3. lib. 5. *In rebus asperis & tenuibus fortissima quaeq; consilia tutissima sunt.* Livius, decad. 3. *Maxima cuique fortunae minimè credendum est.*

NOTA] comparativum non subjici. *Vt quisq;* cum Superlativo: hoc est, non licere dicere: *Vt quisque puer optimus est, ita gratior & acceptior est aliis*: Sed hoc modo; *Vt quisque puer optimus est, ita gratissimus, &c.*

Cum autem, *Quoquisque*, antecedit, tum Comparativus geminat. Cic. pro Rosc. Com. *Quo quisque est ingeniosior, hoc docet laboriosius.* Livius, decad. 3. lib. 6. *Quo quaeque scalae altiores, eò infirmiores erant.*

Sequuntur Particulae Verborum,

VER-

VERBVM,

Amo.

Amo, ἀγαπῶ, φιλῶ, Ich lieb/ notum est verbum significans aliquantò plus, quàm Diligo. Id quod Cic. ipse confirmat, in lib. Ep. ad Brutum, cum inquit, *Clod. trib. pleb. designatus valdè me diligit, vel, ut* ἐμφατικώτερον *dicam, valdè me amat.* Idem, Fam. lib. 9. *Quis erat qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, ut mihi denique nunc amare, videar, antea dilexisse.*

Quod discrimen tamen non semper observatur. Cic. de Am. *Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentiâ, nullâ utilitate quæsita, &c.* Terent. Eun. *Non pol quò plus quenquam amem, aut plus diligam, eò feci, &c.*

Interdum absolutè ponitur, pro, captum esse amore. Terent. And. *Omnes qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt.* Ibidem, *Meum gnatum rumor est amare.*

Amare se ipsum, hoc est, Mirari,

ſibi placere. Cic.de Aruſp. *Quàm volumus licet P. C. ipſi nos amemus; tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, &c. ſuperamus.* Idem, Off. lib. 1. *Facilè quod cujusq; temporis officium ſit, poterimus, niſi nosmet ipſos valdè amabimus, judicare.* Idem, Top. *Nimium ſe amare.* Idem. Att. lib. 4. *Ergo hæc quomodo fers? bellè herculè, & in eo me valdè amo.*

Amo te de hac re, ponitur pro eo quod eſt, ob hanc rem habeo tibi gratiam. Terent. Eun. *Ecquid nos amas de fiduciâ hac?* Cic. Att. lib. 7. *De Randuſculo Numeriano multum te amo.*

Amabo te.

Cic. Att. lib. 5. *Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me ſcribe.* Idem lib. 6. *Cura, aambo te, Ciceronem noſtrum.* Ter. Hec. *Ita me Dij amabunt benè, haud propterea rogo, ut hoc proferam, &c.*

Interdum *amabo*, ſine caſu ponitur, & putatur eſſe interjectio, Grecè πρός θεῶ. Germ. Mein Lieber/ꝛc. Ey Lieber. Comicis valdè familiare: Terent. *Vide, amabo num*

num sit domi. Idem, Eun. *Iamne ostendisti signa nutrici. Ch. omnia, P. Amabo, quid ait? cognoscitne? Ch. ac memoriter.* Idem, Hecyr. *Hisce ne tu, amabo, non contra insidiabere?*

VERBUM, *Cedò.*

Cedò verbum defectivum, Imperativum, (Alij adverb. dicunt) accentu in ultimâ vulgò afficitur, poniturque pro, Dic, Da, exhibe, porrige.

Pro DIC.] Cic. lib. 2. de Divinat. *Cedò tandem qui sit ordo, aut quæ conversatio somniorum.* Idem, ad Att. li. 9. *Vidisti igitur virum, ut scripseras? ingemuisti? certè, cedò reliqua.* Terent. Phor. *Cedò, quid portas obsecro, atque id si potes verbo expedi.* Idem, Eun. *Quid factum est, cedò. Pij. Dicam.* Idem, And. *Cedò, cujum puerum huc apposuisti, dic mihi.* Id. Eun. *Cedò alios, ubi centurio est Sanga, & manipulus furum?* Idem Hecyr. *Reduc uxorem, aut quamobrem non opus sit, cedò.* Plaut. Aul. *His legibus quam dare vis, cedò, nuptias adorna.*

Cic. de Senect. etiam cum plurali jungit. *Cedò, quî vestram Remp. tantam amisistis?*

Pro Da,] Cic. Verr.6. Cedò tabulas: reich her/gib her. Idem, Att.lib.9. *Obviam mihi fit tabellarius, qui me offendit δολιχὸν πλέον ἐρμαίνοντα. Et ego statim, cedò inquam si quid ab Attico, &c.* Idem, Verr.3. *Cedò mihi leges Atinias, Furias, ipsam ut dixi, Voconiam.* Terent. Adelph. *Aut desine, aut cedò quemvis arbitrum.* Plaut. Curcul. *Salvum gaudeo te advenire: cedò tuam mihi dextram.* Idem, Capt. *Cedò manum, &c. cedò dextram.* Idem, Mostell. *Cedò aquam manibus.* Idem, Amph. *Cedò mihi pateram.* Idem. Aul. *Redde huc sis St. Quid vis reddam? Equidem tibi nihil abstuli. Eu. At illud quod tibi abstuleras, cedò.*

VERBUM, *Licet.*

Licet, verbum est impersonale, ἔξεστι, fas est, Es ziemmet sich/ es gebühret sich. Cic. pro Cœl. *Vobis ociosis ne in communi quidem otio licet esse.* Idem, Tusc.5. *Id licere dicimus, quod cuique conceditur.* Idem, Tusc. 1. *Licuit esse ocioso Themistocli.* Idem, pro Balbo. *Si civi Romano licet esse Gaditanum, &c.* Idem, pro Lig. *Cn. Pompejo sceleris crimine, multisq; aliis liceat carere.*

Licet,

Licet, concedentis.

Pro, si velis, si placeat, cum Conjunctivo modo. Cic. pro Rosc. Am. *Quoniam ita Chrysogono videtur, artificium obliviscatur, & studium deponat, licebit.* Idem, in Pison. *In quo reprehendat eum licet si qui volet.* Idem, de Am. *Quantum vis licet excellas.* Idem, lib. 1. de Invent. *Hanc si quis partem putat esse orationis, sequatur Hermagoram licebit*, pro, poterit sequi. Plaut, Rud. *Meâ quidem herclè causâ salvus sis licet.*

Licet, tamen.

Cùm conceditur aliquid usurpari maximè solet. Cic. de Arusp. *Quàm volumus, licet, P. C. ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, &c. vincimus.* Idem, de Leg. *Quamvis enumeres multos licet, tamen, &c.*

Licet, vel, *Licitum est* per me, per te, per illum.

Significant, si permiseris, vel, si potero, à te non impeditus. Cic. Fam. lib. 9. *Si per eum mihi licebit.* Idem, pro

Lig. *Atque in hoc quidem si vultis, gloriari per me licet, &c.* Idem, pro Mil. *Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat.* Idem, pro Rosc. Am. *Id quod postea, si per vos Iudices, licitum erit, aperietur.* Idē. Fa. lib. 14. *Expectassem litteras tuas Brundusij, si esset licitum per nautas.* Terent. Heaut. *Pater mihi potestatem statariam agere, ut liceat per silentium, id est, vobis silentibus.*

Licet, pro, *Quanquam, Etiamsi.*

Conjunctio est adversativa, κἂν, καίτοι, Ob/oder/wiewol. Cic. pro Rosc. Am. *Licet omnes in me terrores impendeant, subibo.* Virg. ɪɪ. Æneid.

Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur, &c.

Licet, cum Infinitivo, ut &, *licitum est*, significant possumus. Cic. lib. 2. de Divinat. *Mirari licet, quæ sint animadversa à Medicis herbarum genera:* Idem, lib. 1. Off. *Videre licet plerosque non tam naturâ liberales, quàm quadam gloriâ ductos, &c.* Idem, in Orat. *Licet hoc videre in reliquis sensibus.* Ibidem, *De uni-*

universo genere in utramque partem disseri copiosè licet. Idem. Fam.lib.4. *His temporibus non pessimè cum illis agitur, quibus sine dolore licitum est, mortem cum vitâ commutare,*

Licet, pro est.

A Poëtis, & Historicis potissimùm usurpari solet.

VERBUM, *Restat*.

Pro quo Cæsar, *Relinquitur*, usurpat. Alij *Superest*, λοιπὸν: Es ist noch vbrig: Et vel Personaliter, vel Impersonaliter usurpatur, assumpto Ut, *Nisi*, *Præter*. Cic. pro L. Man. *Restat, ut de Imperatore ad id bellum deligendo dicamus*: Idē, Fam.lib.4. *Restat, ut discedendum putem*. Idem, lib.1. de Finib. *Iustitia restat, ut de omni virtute sit dictum*. Terent. Hecyr. *Quid restat porrò ut fiam miser?* Idem, Phorm. *Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere*. Cic. ad Q. Fr. *Diphilum offendi, &c. sed tamen nihil ei restabat præter balnearia & ambulationem, & aviarium.*

VERBUM, *Sum.*

Varios habet usus. Nam ponitur primùm pro *Existo*. Cic. de Orat. lib. 1. *Talem existere eloquentiam, qualis fuerit in Crasso & Antonio, non potuisse confirmo, &c.*

2. Refertur ad precium, pro, *Æstimo*. Cic. paradox. *Vt quisq; quod plurimi est possidet, ita ditissimus habetur.* Idem, pro Rosc. Am. *Bona ejus quæ sunt sexagies.* Idem, Verr. 5. *Frumentum quanti esset, emisses, &c.* Ibidem, *Si ullo in loco ejus provinciæ frumentum tanti fuit, quanti iste æstimavit.*

3. Pro Dego, vivo, versor, Cic. de Clar. Orat. *Eram cum Stoico Diodoro.* Idem, Verr. 7. *Cleomenes quanquam nox erat, tamen in publico esse non audet, includit se domi.* Idem, pro Cœl. *Fuit assiduus mecum.* Ibidem, *Cùm jam aliquot annos in foro esset Cœlius, &c.*

4. Pro Intercedere, commune esse. Gemeinschafft haben. Cic. pro Quint. *Jussit bona proscribi ejus, qui cum familiaritas fuerat, societas erat, &c.* Idem, pro Cluent. *Quid huic cum Habito nihil, &c.* Idem, Philipp. 10. *Quid erat Antonio cum Vatinij legionibus?*

Vsur-

5. Usurpatur in significatione *Pertinet, Refert, Intereſt, &c.* Es gebürt ſich / es ſteht zu: Cic. pro Cluent. *Non eſt noſtri ingenij, veſtri auxilij eſt, Iudices, huic ſubvenire.* Idem. Verr. 6. *Et boni Iudicis, facere conjecturam, &c.* Idem, pro L. Man. *Erit veſtræ humanitatis & ſapientiæ prohibere, &c.* Idē, pro Rab. Poſth. *Veſtri conſilij res eſt, veſtræ ſapientiæ, quid deceat vos.* q; d. veſtro conſilio relinquitur.

6. Jungitur Duobus Dativis. Cic. Verr. 5. *Deſinant ea dictare, quæ detrimento, maculæ, invidiæ, infamiæq;, omnibus eſſe poſſint.* Idem, pro Roſc. Am. *Quod in tali crimine innocenti ſaluti ſolet eſſe.* Ibidem, *Lucius Caßius quærere, ſolebat in cauſis identidem cui bono fuiſſet.* Livius, dec. 1. lib. 1. *Mortem ſuam ſaluti ſibi, atque illis fuiſſe.* Plaut Menæch. *Amanti amœnitas malo eſt, nobis lucro eſt.* Ibidem, *Q ui mihi eſt uſui.*

7. Jungitur duobus Ablativis, ſine Præpoſitione. Cic. de orat. li. 2. *Annibalis nomen magna erat apud omnes gloria.* Ibidem, *Si feræ partus ſuos diligunt; qua nos in liberos noſtros indulgentiâ eſſe debemus?* Id. Fā lib. 6. *Hæc ſcripſi, non ut de me ipſe dicerem, ſed & tu qui conjun-*

ctißimâ mecum & sententiâ & voluntate fuisti, eadem cogitares,&c. Idem, Fam. lib. 14. *Pisonem nostrum mirifico esse studio in nos & officio, omnes p: adicant.*

Est, causam significans.

Additis particulis, *Cur, quare, quin, ut,* &c. Cic. Fam. lib. 7. *Vetus est enim, ubi non sis, qui fueris, non esse cur velis vivere.* Idem, pro Domo. *Quid est quare quisquam se mihi ipsa populari ratione anteponat.* Idem, pro Quint. *Cum in alterâ re causæ nihil esset, quin secus judicaret ipse de sese,&c.* Terent. And. *Quid causæ est, quin hinc rectâ in pistrinum proficiscar viâ?* Cic. pro Cœl. *Magis est ut ipse molestè ferat errasse se, quàm ut istius amicitiæ crimen reformidet.* Terent. Hecyr. *Volo inter nos hanc affinitatem manere, si ullo modo est, ut possit.*

Est, per Ellipsin.

Quispiam, vel aliquis, Græcorum consuetudine, vel cum Indicativo vel Con-

Conjunctivo usurpatur, maximè in Narrationibus variis ejusdem rei. Livius, lib. 1. Dec. 1. *Sunt qui Laurentiam vulgato corpore Lupam inter pastores vocatam putent.* Ibidem, *Indicet, esse quæ agere de rebus communibus velit.* Cic. 1. Tusc. *Sunt, qui excessum animi à corpore, putant esse mortem.* Idem, Fam. lib. 8. *De Galliis constituetur. Erit, qui intercedat, &c.* Idem, pro Rab. Post. *Sunt enim qui ita loquantur.* Idem, Fam. lib. 7. *Sunt enim, qui cum meus interitus nihil fuerit Reip. profuturus, criminis loco putant esse, quod vivam.* Horat. lib. 1. Carm. *Sunt quos pulverem olympicum collegisse juvat.* Ibidem, *Est, qui nec veteris pocula Maßici spernat.* Et, Saty. lib. 2. *Sunt, quibus in Satyrâ videar nimis acer, &c.* Alij *videor* legunt.

Interdum tamen Antecedens casus exprimitur. Ovi. li. 3. Trist. *Et tamen est aliquis qui vulnera cruda retractet.* Terent. Eun. *Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt.* Terent. Hecyr. *Hunc videre sæpe optabamus diem, cum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem.* Cic. in Verr. 2. *Sunt homines, quos libidinis, infamiaque suæ ne-*

neque pudeat, nequet adeat. Idem, 1. Tusc. *Est quoddam genus eorum, qui se Philosophos appellari volunt.*

Est, ubi,

Cic. Att. lib. 11. *Quid est, ubi, acquiescam?* Terent. Phorm. *Est ubi vos ulciscar probè.* Plaut. Capt. *Est etiam ubi profectò damnum præstet facere, quàm lucrum*, pro, Est etiam tempus, vel locus, &c.

Est, unde.

Cic. Att. lib. 11. *Velim consideres, ut sit, unde nobis suppeditentur sumtus necessarij;* Terent. Adelph. & Cic pro Cœl. *Discidit vestem? resarcietur. Est Dijs gratia, & unde hæc fiant, & adhuc non molesta sunt.*

Est quî, id est, habet, unde, &c.

Terent. Phorm. *Etiam argentum est ultrò objectum ei, ut sit, quî vivat, dum aliquid aliud flagitij conficiat.*

Esto.

Esto.

Usum habet in concessione. εἶεν, Gesetzt es sey demalso. Cic. pro Rosc. Am. *Esto, causam proferre non potes, tametsi statim vicisse debeo, &c.* Cic. lib. 2. de Finib. *Esto, fecerit, si ita vis, Torquatus propter suas utilitates.*

Sequuntur Particulæ Adverbiorum.

ADVERBIUM
Abhinc.

Abhinc, ἀπὸ τούτου, præteritum notat tempus, quod extra hoc fuit, ante annos, menses, dies, nominatim expressos; ac jungitur quandoque ACCUSATIVO, quandoque ABLATIVO.

Accusativo. Cic. Verr.4. *Horum pater abhinc duos & viginti annos est mortuus.* Vor zwey vnd zwantzig Jahren. Idem Philipp. 2. *Abhinc propè annos viginti negavi consulari viro mortem immaturam esse.* Idem, de Divin. lib. 2. *Demosthenes abhinc annos propè quadringentos fuit.* Idem, pro Rosc. Com. *Repromittis abhinc triennium.* Terent. And. *Ex Andriâ abhinc triennium, huc commigravit, &c.* Plaut. Cas. *Abhinc annos factum est sedecim.* Idem, Bacch. *Hoc factum est fermè abhinc biennium.* Horat. lib. 2. Ep. 1. *Scriptor abhinc annos centum qui decidit, &c.*

Ablativo. Cic. Att. lib. 21. *Abhinc amplius annis viginti quinque pro Cornificio spopondisse dicit.* Idem, pro Rosc. Com. *Quo tempore? abhinc annis quindecim.* Idem, Verr. 4. *Offendit eum mensem comitialem, comitiis jam abhinc triginta diebus habitis.* Plau. Mostell. *Qui abhinc sexaginta annis occisus foret.*

ADVERBIUM, *Adeò.*

Significat, *usque eò*, tantùm, Ἰσσὶ8ον, ἕ-

lω, So gar/so sehr/so fast. Cic. Off. lib.3. *Adeò summa erat observatio in bello movendo.* Livius, decad.3. lib.7. *Adeò ex parvis sæpe magnarum momenta rerum pendent.*

Adeò, pro, Certè, Verò.

Secundo loco positum *adeò*. Cic. Verr. 6. *Id adeò ut mihi ab illis demonstratum est, ex me cognoscite.* Idem, pro Cluent. *Id adeò, si placet, considerate.* Idem, 2. de Orat, *Magis adeò id facilitate, quàm aliâ ullâ culpâ meâ contigit.* Terent. And. *Neque adeò injuriâ.* Idem, Phor. *Hæc adeò ego illi jam denarrabo.* Idem, Eun. *Hoc adeò ex hac re venit in mentem mihi.* Ovid. de Ponto. 4. *Nil adeò fortuna gravis miserabile fecit.* Ibidem. *Nulla dies adeò est Australibus humida nimbis.*

Adeò, junctum, *Atque*.

In medio sententiæ positum, servit correctioni, significans, Imò, augetque sententiam. Cic. Att. lib.15. *Quod ad me antea, atque adeò prius scripsisti.* Idem, pro

Plan.

Plan. *Insector, posco, atque adeò flagito.* Idem, Fam. lib. 12. *Nihil adolescente tuo, atque adeò nostro amabilius est.* Idem, Fam. lib. 4. *Aliquid, atque adeò multa addunt, & afferunt de suo.* Idem, Att. lib. 7. *Cum Philotimo loquere, atque adeò Terentiam habebis Idibus.* Idem, Att. lib. 1. *Ego princeps in adjutoribus, atque adeò secundus fui.*

Adeò, & *adeóne*, junctum cum, *Ut.*

Τοσῦτον ὥστε, Isoc. Cic. ad Q. Fr. *Rempub. funditus amisimus, adeò ut Cato adolescens, &c.* Idem, pro Cluent. *Adeóne erat stultus, ut tam vitam esse arbitraretur.* Terent. Phorm. *Ideóne te esse ingenio duro, ut neque misericordiâ, neque precibus molliri queas*, Plaut. Bacchid. *Adeòn' me fuisse fungum, ut qui illi crederem?* Livius, decad. 1. lib. 4. *Adeò simul fortuna civitatis virtute verâ eguit, ut nihil censoria animadversio effecerit.* Idem, decad. 3. lib. 2. *Fuga hostium adeò trepida, ut tabernaculis stantibus castra reliquerit, &c.*

Aliâs

Aliâs *Adeò ut*, pro, *Eò ut*, ponitur. Terent. Phorm. *Adeón' rem rediisse, ut patrem extimescam?*

Adeò, cum *Non* junctum.

Significat, *tantum abest*. Columel. *Cum sola hæc res adeò non infestetur herbis, ut ipsa herbas perimat*; pro, tantum abest, ut herbas, &c. So weit fehlet es.

Adeò, pro, Valdè, multùm.

A Comicis sic usurpatur. Terent. And. *Idque adeò metuens vos celavi*. Idem, Eun. *Adolescentem adeò nobilem*. Idem, Adelph. *Is adeò dissimili studio est*. Virg. 4. Æneid. *Nec me adeò fallit, &c.* Idem, Eclog. 1. *Usque adeo turbamur agris, &c.*

Adeò, cum *Quasi* junctum.

Terent. Heaut. *Gaudere adeò occepit, quasi qui cupiunt nuptias.*

Adeò, vacans in oratione.

Terent. And. *Propera adeò puerum tollere hinc ab januâ* Idem, Phorm. *Etiam nunc credis te ignorarier aut tua facta adeò.* Idem, Hecyr. *Tuos esse illi mores morbum magis, quàm ullam aliam rem, arbitror, & meritò adeò.* Virg. 2. Æneid. *Iamque adeò super unus eram, &c.* Idem, Eclog. 9. *Hinc adeò media est nobis via, &c.*

ADVERBIUM, *Adhuc.*

Adhuc, pro hactenus, ad hoc tempus, hucusque, usque ad hoc tempus, etiam nunc, &c. capitur; μέχρι τούτου, εἰσέτι, προσέτι, bißhero/noch bißhero/biß auff die zeit/ biß jetzund. Notat Tempus præsens & præteritum.

Præsens. Cic. ad Heren. *Adhuc, quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum cæteris artis scriptoribus.* Idem, Att. lib. 7. *Quod facilè patior,*

tior, dum, ut adhuc, nihil faciam turpiter. Plaut. Trucul. *Conveniunt adhuc utriusque verba.* Terent. Phorm. *Adhuc tranquilla res est.* Virg. 4. Æn. Oro. (*Si quis adhuc precibus locus*) *exue mentem.* Ovid. *Adhuc tua meßis in herba est.*

Præteritum. Cic. pro Lig. *Ego tamen Cæsari pro te, sicut adhuc feci, supplicabo.* Ibidem, *Sceleris nomine illa adhuc causa caruit.* Idem, Fam. lib. 16. *Valetudini tuæ adhuc dum mihi de servis, servisti non satis.* Ibidẽ: *Adhuc, dum mihi nullo loco deesse vis, nunquam te confirmare potuisti.* Plaut. Capt. *Ut adhuc locorum feci, faciam seculò.*

In his nota *Adhuc* & *Dum* sese consequi. Usurpatur aliquando etiam pro, Præterea. Cic. de Am. *Ortum quidem amicitiæ videtis, nisi quid adhuc fortè vultis:* Es sey dann daß jhr ferner etwas haben wölt.

ADVERBIUM, *Admodum*.

Significat, *Satis*, valdè mirum in modum, λίαν, ἐκ περισσοῦ, fast/ sehr/ hefftig/ gar sehr. Cic. de Senect. *Eum colere cepi non*

ADVERBIUM, *Æquè*,

Æquè, pro, tam, adeò, pariter, similiter, æqualiter capitur: Eben (oder) gleich so/gleich als/ gleich wie/ ὥσπερ. Plautus Interdum *Adæquè* usurpat. Casin. *Neque fuit me senex quisquam amator adæquè miser.* Ibidem, *Nunquam ecastor ullo die risi adæquè, venustè præponitur dictionibus ac, ac si, & atque, quàm.*

Æquè, cum *Ac* junctum.

Cic. de Finib. lib. 1. *Lætamur amicorum lætitiâ æquè, ac nostrâ, & pariter dolemus.* Idem, Fam. lib. 2. *Charus mihi æquè es, ac fuisti patri.* Du bist mir ja (oder) eben so lieb. ꝛc. Idem, 4. Acad. *Somnia dormienti non æquè ac vigilanti probantur.* Idem, Fam. lib. 9. *Illi ajunt crepitus æquè liberos, ac ructus esse oportere.* Idem, Fam. 16. *Me tum tibi defuisse, æquè, ac tu, doleo.* Idem, de Divinat. lib. 1. *Hebes æquè, ac pecus.* Livius, decad. 4. lib. 5. *Æquè ac venerant omnium incerti legati Romani redierunt.* Idem, decad. 5. lib. 6 *Est nulla res æquè,*

ac vigiliæ conficiebant. Terent. And. *Quis miser æquè, ac ego?* Plaut. Bacch. *Quam ego Fabulam, æquè, ac me ipsum amo.*

Æquè ac si, consociat.

Pro, tanquam si, (aut) similiter ac si, &c. Cic. Fam. lib. 13. *Egnatij absentis rem ut tueâre æquè & te peto, ac si mea negotia essent*, Idem, ad Heren. lib. 2. *Consuetudine jus est id, quod sine lege, æquè, ac si legitimum sit, usitatum est*. Livius, lib. 10. ab Urb. *Æquè, ac si Titus Manlius collega ejus devoveretur, &c.*

Æquè, cum, *Et junctum.*

Cic. pro Cluent. *Quos tamen ipsos æquè, & eos quos præsentes videtis hujus judicij expectatio sollicitat*. Idem, de Finib. lib. 1. *Neque ipsam amicitiam tueri possumus, nisi æquè amicos & nosmet ipsos diligamus.* Idem, lib. 4. de Finib. *Non est æquè miser, qui patriæ consulit, & is qui illam extinctam cupit*. Ibidem. *Gubernator æquè peccat si palearum navem evertit, & si auri.* Ibidem, *Æquè peccat, qui parentem, & qui servum injuriâ verberat*. Idem, ad Heren.

Heren. *Egens æquè est is, qui non satis habet, & is, cui nihil satis potest esse.*

Æquè, cum, *Atque*.

Cic. Att. lib. 13. *Ipsum per se æquè amo, atque illum amavi.* Idem, de Divin. in Verr. *Nihil æquè in Rempub. atque illam veterem judiciorum vim, gravitatemque requirit.* Idem, pro Rosc. Am. *Æquè turpe, atque illud de quo dixi.* Idem, de Arusp. *Qui æquè, atque ego, sunt occupati.* Idem, 1. Verr. *Nihil æquè cupio, atque bonam famam.* Plaut. Merc. *Nemoè uxor ruri est tua, quam dudum dixeras te odisse æquè, atque angues.* Idem, Aul. *Pumex non æquè est aridus, atque hic est senex.* Livius, decad. 3. lib. 7. *Elephantos territos æquè, atque hostes.* Idem, decad. 3. lib. 10. *Nulla earum virtus est, propter quas appetendus tibi visus sum, quâ ego æquè, atque temperantiâ, & continentiâ libidinum gloriatus fuerim.* Teren. Phor. *Te mihi fidelem esse, æquè, atque egomet mihi sum, scibam, &c.*

Æquè, &, Quàm.

Cic. quidem hæc duo non copulat; sed alii boni auctores. Plaut. Epid. *Nullum esse opinor agrum in agro Attico æquè feracem, quàm hic est noster.* Idem, Stich. *Nunquam patri æquè lepidum nuncium attulit, quàm ego nunc heræ nunciabo.* Ibidem, *Ridiculus æquè nullus est, quàm quando esurit.* Livius, decad. 3. lib. 6. *Sed neque viri, nec tela nec quicquam aliud æquè, quàm mœnia ipsa sese defendebant.* Idem, decad. 4. lib. 9. *Nihil æquè dissolvendæ religionis est, quàm ubi non patrio, sed externo ritu sacrificatur.* Plinius, lib. 9. *Noctibus illustribus æquè quàm die cernunt.* Suet. in Augusto *Nihil æquè laboravit, quàm ut imitarentur Chirographum.* Idem, *Nihil æquè, quàm timidus, atque diffidens fuit.*

Æquè, &, Vt.

Pro, æquè ac ponitur. Cic. 12. Philipp. *Possumusne in Antonij latrocinio æquè esse, ut hujus?* Idem, pro Domo, *Pompejus æquè*

ut

ut unusquisque vestûrm pro salute meâ laboravit. Plaut. Asin. *Quem videam æquè esse mœstum, ut quasi dies si dicta sit.* Tibullus.

Nec tibi sit mea lux æquè tam fervida cura,
Vt video paucos ante fuisse dies.

Æquè, absolutè positum.

Cic. de Orat. *Afferendum est aliquid, quod sit gravius, aut æquè grave.* Idem, pro Cœl. *M. Cœlius non omnibus æquè cognitus est.* Salust. *Gloriam, honorem, imperium, bonus, & ignavus æquè sibi exoptant.* Terent. Hecyr. *An quisquam usquam gentium est æquè miser?* Ibidem, *Æquè eadem student, voluntque.* Ibidem, *Æquè studium est, similis est pertinacia.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Patres quoque non temerè pro ullo æquè annixi sunt.* Plaut. Bacch. *Ambo æquè amicas habent.* Idem, Asin. *Non omnia eadem æquè omnibus suavia sunt.* Horat. Epist. 1.

Æquè neglectum pueris senibusque nocebit.

ADVERBIUM, *Agè.*

Agè, ἄγε, φέρε, wolan/ Variam habet

bet significationem: Junctum verbis Imperativi, aut primis personis Conjunctivi modi, vim habet excitandi, hortandi, atque ad alia transeundi. Cic. Verr. 4. *Agè dic, inquit Verres.* Virg. 2. Æneid.

Ergo agè, chare pater, cervici imponere nostræ.

Interdum duplicatur in Oratione, habetque consentiendi vim. Cic. lib. 5. de Finib. *Et ille ridens: agè, agè, inquit, satis enim scitè me nostri sermonis principium esse voluisti.* Plaut. Mil. *Agè, agè ut tibi maximè concinnum est.* Teren. And. *Age, agè, ut lubet, &c.* Idem, Heaut. *Agè, agè, traducatur Bacchus, &c.* Idem, Adelph. *Agè, agè nunc jam experiamur contrà, ecquid ego possim.* Ibidem, *Agè, agè prolixè,* Mitio. Plaut. Asin. *Agè, agè usque.*

Agè, cum, *jam, Nunc.*

Cic. Tusc. 1. *Agè jam concedo non esse miseros qui mortui sunt.* Cic. lib. 5. de Finib. *Agè nunc, Luci noster, extrue animo altitudinem, &c.* Idem, pro Mil. *Agè nunc iter expe-*

diti

diti latronis cum Milonis impedimentis comparate. Idem, de Divin. lib. 1. *Agè nunc ad extrema veniamus.* Idem, pro Rosc. Am. *Agè nunc ex ipsius Chrysogoni judicio Rosciorum factum consideremus.* Ibidē, *Agè nunc cæteras facultates quoque consideremus.* Virg 4. Georg.

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam, &c.

Observent hoc loco pueri etiam pluralibus verbis, *Agè*, adjici. Livius, decad. 3. lib. 6. *Agè contrà quæ illi infestè in nos fecerint, repetite, ut ex eo quid speretis, habeatis.*

Agè, cum *Verò.*

Cic. pro L. Man. *Agè verò in cæteris rebus quali temperantiâ sit Cn. Pompejus, considerate.* Idem, pro, Font. *Agè verò nunc inferte oculos in curiam, &c.* Idem, de Invent. lib. 1. *Agè verò urbibus constitutis, ut fidem colere discerent.* Idem, Fam. 6. *Agè verò laudo aliquem, num offendo?*

NOTA *Agè* cum *Autem* non jungi, Auctore Valla.

Agè, cum, *Sanè*.

Cic. lib. 2. de Finib. *Agè ſanè, inquàm, id eſt, per me licet, facias, &c.* Habet enim vim concedentis.

ADVERBIUM, *Agite.*

Agite, hortandi vim habet, poſtulans ſecundam perſonam pluralis numeri propriè, teſtè Valla. Plaut. Menæch. *Agite equi, facitote ſonitus ungularum appareant.* Virg. 1. Æneid.

Quare agite, ô, tectis, Iuvenes, ſuccedite noſtris. Cic. lib. 2. de Orat. *Agite verò, ille inquit, ut vultis, &c.* Livius, lib. 7. ab urbe. *Agite dum ite mecum.*

Et Abſolutè. Plaut. Amph. *Agite pugni, jam diu eſt, quòd ventri victum non datis.*

ADVERB. *Aliâs.*

Aliâs, ἄλλοτε: Lucian. ἄλλοτε ἢ νῦν, *aliâs* quàm nunc, ſeu, hoc tempore, Ein andermahl / zu einer andern Zeit. Priſcianus ait notam habere circumflexi: Ei *Nunc* opponitur, ac notat Tempus Præſens, Præteritum & Futurum. Cic. de

Senect. *Terra quod accepit, nunquam reddit sine usurâs: sed aliâs minore, plerunque majore cum fœnore* Idem, de Cl Orat. *Idque cùm sæpè aliâs, tum apud centumviros cognitum est.* Idem, lib. 2. de Divinat. *Sed hæc aliâs pluribus: nunc ad institutam disputationem revertamur.* Idem, de Off. lib. 1. *Cum sæpe aliâs, tùm maximè bello Punico.* Idem, Att. lib. 8. *Hæc ad te scribam aliâs subtilius.* Ibidem, *Huic Epistolæ, quam tu misisti, rescribam aliâs.* Idem *Aliâs, jocabimur, &c.*

Aliâs, Aliâs, duplicatum.

Significat, Interdum. *Aliquando:* ἄλλοτε μὲν, ἄλλοτε δὲ; vel ποτὲ μὲν, ποτὲ δέ. Bißweilen. Cic. de Orat. *Aliâs ita loquor, ut concessum est, aliâs, ut necesse est.* Idem, de Am. *Hominum mores mutantur, aliâs adversis rebus, aliâs ætate ingravescente:* Idem, de Orat. *In ejusmodi causis aliâs scriptum, aliâs æquitatem defendere, &c.* Idem, lib. 2. de Fin b. *Nec potest quisquam aliâs beatus esse, aliâs miser.*

Aliâs cum Interdum.

Cic. de Orat. lib. 3. *Geminatio verborum habet*

habet interdum vim, lepôrem aliâs. Ibidem, *Ex iisdem locis interdum concludere, relinquere aliâs, aliôque transire, &c.*

Aliâs, cum Alius, a, um.

Cic. ad Att. lib. 16. *Alij sunt aliâs, nostri que familiares ferè demortui.* Idem, lib. 2. de Orat. *Vt uterque vestrum eâdem de re aliâs aliud defendat.* Idem, *Illi aliâs aliud iisdem de rebus iudicant.* Idem, lib. 2. de Divin. *Iidem versus aliâs in aliam rem accommodari possunt.* Idem, de Orat. Brut. *Quorum descriptus ordo aliâs aliâ terminatione concluditur.*

ADVERBIUM, *Aliter.*

Aliter, pro, Alio modo, secus, non perinde: ἄλλως, anders / auff ein ander weiß. Ac ponitur interdum Absolutè. Cic. 7. Verr. *Aliter decernere in eâdem causâ non potuisti.* Idem, pro Domo. *Quod certò scio aliter esse.* Terent. Adelph. *Nihil agis, fieri aliter non potest.* Es kan nicht anders seyn.

Interdum jungitur cum *Ac, atque, &, atque ut, quàm, &c.*

Aliter, cum, Ac.

Cic.lib.1.Off *Aliter de illis, ac de nobis judicamus.* Idem, pro Domo. *Omnia aliter ac vos in monumentis habetis, pronunciavit.* Idem, Att.lib.6 *Quo majorem spem habeo, nihil ferè aliter, ac deceat.* Terent.Phorm. *Ego isti nihilo sum aliter, ac fui.*

Aliter, cum, Atque.

Cic. pro Rosc.Am. *Qui dicere auderet, aliter, causam agi, atque ille existimaret.* Idem, lib.4.de Finib. *Nihil est de quo aliter tu sentias, atque ego.* Ibidem *Hic loquebatur aliter, atque omnes.* Terent. Adelph. *Nunquam te aliter, atque es, in animum induxi meum.* Idem, Heaut. *Aliter tuum amorem, atque est, accipis.* Plaut. Trucul. *Longè aliter est amicus, atque amator.*

Aliter, cum, Et.

Cic. Att.lib.10. *Quod de puero aliter ad te scripsit, & ad matrem de filio non reprehendo.* Ibidem, lib.11. *Tuas literas expectabam, nisi sic illud*

illud quidem mutari, si aliter est, & oportet, non video posse, &c.

Aliter, cum, Atque ut.

Cic.5.Verr. *Quod iste aliter, atque ut edixerat, decrevisset.* Idem, Att.lib.16. *De Antonij itineribus nescio quid aliter audio, atque ut ad te scribebam.* Idem, lib.3. Tusc. *Suos casus aliter ferunt, atque ut alij auctores ipsi fuerunt.* Plaut Cass. *Fallaciam astutiorem nullus fecit Poëta, atque ut hæc est fabrè facta à nobis, &c.*

Aliter, cum, Quàm.

Cic.3. Verr. *Ne aliter, quàm ego velim, meum laudet ingenium.* Plaut. Stich *Si illi improbi sint, atque aliter nos faciant quàm æquum est.* Idem, Cassin. *Quid si sors aliter, quàm voles evenerit?* Ovid. 1. Trist.3.

Non aliter stupui, quàm qui Iovis ignibus (ictus, &c.

Ibidem,

Dividor haud aliter, quàm si mea membra relinquam.

Virg. 4. Æneid.

Non aliter quàm si immißis ruat hostibus omnis Carthago.

Suet. *Aliter rata non haberent, quàm si eadem, ijsdem, & ipsi dedissent, &c.*

Aliter, cum, *Nisi.*

Cic. Fam. 8. *Quod Cn. Pompejus constituit non pati C. Cæsarem consulem aliter fieri, nisi exercitum & provincias tradiderit.* Idem, Fa. lib. 1. *Nec mihi aliter potuisse videor, hominum perditorum consilia frangere, nisi cum præsidiis, &c.* Idem. de Fato. *Qui aliter obsistere fato fatetur se non potuisse, nisi ad has commentitias declinationes confugisset.* Idem, Fam. lib. 12. *Quod aliter non potest fieri, nisi spacium habuero.*

Aliter aliter, geminatum.

Cic. lib. 3. Off. *Sed aliter leges, aliter Philosophi tollunt astutias.* Plaut. Epid. *Aliter catuli longè olent, aliter sues.*

Aliter, cum, *Longè.*

Livius, decad. 4. lib. 9. *Id ego aliter longè judico esse.*

Vide

Vide infrà, *Longè aliter.*

ADVERBIA, *Alib:, Alicubi, Alicunde, Aliunde, Aliusmodi.*

Alibi, Ponitur pro, alio in loco, ἀλλαχοῦ. Anders wo/ an einem andern Ort. Cic. Att. lib. 13. *Cum villam praeteriret, omnis armatorum copia, dextra sinistra ad equum, nec usquam alibi.* Virg 3. Georg.

Hîc segetes, illîc felicius uvae
proveniunt, Arborei foetus alibi, &c.

Alibi, pro, In re aliquâ. Livius, decad. 1. lib. 10. *Coacti vendere praedam, ne alibi, quàm in armis animum haberent.* Terent. Hecyr. *Habebam alibi animum amori deditum.* Plaut. Bacchid. *Atque ego si alibi plus perdiderim, minus agrè habebam.* Cic. Acad. lib. 4. *Nusquam alibi. &c.*

Alicubi, pro aliquo in loco, uspiam, usquam, ἐνιαχοῦ. Etwas an einem Ort. Cic. Fam. lib. 9. *Volebam propè alicubi esse, si quid bonae salutis, &c.* Idem, pro Flac. *Si te Crassi agri delectabant, hîc alicubi in Crustumino, aut in Capenati paravisses.*

Alicun-

Alicunde, pro, à, de, ex aliquo loco ponitur, πoθέν. Interdum ad rem, & hominem refertur. Cic. pro Cecin. *Omnis enim ubi vis est, quæ periculo aut decedere nos alicunde cogit, aut prohibet accedere*, Etwan her / etwan von einem Ort. Idem, Att. lib. 10. *Quod scribis, non quo alicunde audieris, sed te ipsum putare.* Idem, pro Cecin. *Sum certè alicunde dejectus.* Terent. And. *Venit meditatus alicunde ex solo loco.* Plaut Persa. *Alicunde ex ora mutuum*, id est, ab aliquo homine.

Aliunde, pro, à, vel ex alio loco? Anders woher: ἀλλαχόθεν, ἄλλη. Cic. Tusc. 2. *Aliunde quærenda est medicina.* Idem, Fam. lib. 5. *Maxima laus sapientiæ est, non aliunde pendêre.* Idem. lib. 2. de Orat. *Aliunde assumto bono uti non proprio, nec suo.* Idem, de Orat. *Aliunde factum verbum.*

Refertur etiam ad Hominem. Cic. pro Lig. *Cum tu id neque per te scires, neque aliunde potuisses, &c.*

Aliusmodi, quasi, alterius modi, aliâ ratione, aliter: Ein ander weiß. Cic. lib. 2. de Invent. jungit cum *Ac*: *Opinio dupliciter fallit homines, cum aut res aliusmodi est, ac putatur:*

tatur, aut non is eventus est, quem arbitrati sunt:

Cæsar, cum *Atque*: *Vno excepto, quem aliusmodi atque omnes natura finxit, suos quisque habebat charos.*

ADVERB. *Aliquà.*

Significat per locum aliquem: πῆ. Etwan durch hin. Cic.3. Verr. Cupere aliquâ evolare, si posset. Livius, lib.6. Bell. Pun. *Si qui evasissent aliquâ.*

2. Ponitur pro aliquo modo, seu pacto. Terent. Phor. *Vereor ne uxor aliquâ hoc resciscat mea.* Virg. Eclog.3.

Et si non aliquâ nocuisses, mortuus esses.

Ovid. lib.3. de Ponto.

Iuvissent aliquâ forsitan illud opus.

ADVERB. *Aliquando.*

Ἔστιν ὅτε. Etwan/zu Zeiten; antepenultimâ acutâ, teste Prisciano, ut cætera composita cum quando: Conjunctum modis & temporibus omnibus, significat, Aliâs, Nonnunquam,

quam. Interdum quodam tempore, Tandem: habetque opposita, Nunquam, Statim,, Jam, Adhuc. &c. Cic. lib.3.Off. *Otium sibi sumebat aliquando, &c.* Idem, pro Mil. *Illucescet aliquando dies, cum tu, &c.* Idem, pro Cecin. *Magis opportunâ operâ nonnunquam, quàm aliquando fideli.* Idem, 4. Acad. *Num hæc ex ullo audivisti aliquando?*

Aliquando, pro, Tandem, & cum, *Tandem*.

Cic. pro Cœl. *Ergò hæc removeantur, ut aliquando in quibus causa nititur; ad ea veniamus.* Idem, pro Cluent. *Collegi me aliquando*, Idem. Att. lib. 1. *Aliquando nos revises.* Ibidem, *Tu modò nos revise aliquando.* Livius, decad. 3. lib. 1. *Quod diu parturit animus vester, aliquando pariat.* Cic. 2. Catil. *Tandem aliquando Catilinam ex urbe ejecimus.* Idem, Fam. lib. 11. *Tandem aliquando Romæ esse cepimus.* Idem, pro P. Quint. *Spes est hunc miserum atque infelicem aliquando tandem posse consistere.*

AD-

ADVERBIUM, *Aliquoties.*

Pro, *Aliquoties*, alij malunt, *Aliquotiens* dicere, ὀνίοτε, offt / dick / etlichmal: Ad Numerum refertur, habetque contrarium, Nunquam; & aut Præterito tempori, Indicativi modi, aut Subjunctivo adjungitur: Cic. 4. Verr. *Aliquoties ad socios de istius injuriis miserat.* Idem, lib. 2. de Leg. *Aliquoties jam iste locus à te tractatus est.* Idem, pro P. Quint. *M. Iunius, qui hanc causam aliquoties apud te egit.* Idem, pro Font. *Nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus audissem.*

ADVERB. *Amplius.*

Ampliùs, significat plus, & præterea; πλέον, Mehr / weiter / vber das. Denotat Numerum & Tempus.

Cic. pro Planc. *Quæris, quid pro liberis meis ampliùs, quàm pro Planco facio, facere possim.* Plaut. Asin. *Aliquantò ampliùs valerem, si hîc maneres.*

Ac jungitur interdum cum Nominativo

tivo.Cic.Verr.3. *Cum Herennium Syracusis ampliùs centum cives Rom. cognoscerent.* Idem.pro Rosc.Com. *Ampliùs sunt sex menses.* Ibidem, *Ampliùs triennium est.*

Interdum cum Genitivo. Plaut Cistell. *Gaudeo tibi meâ operâ liberorum esse ampliùs pro, plures liberos,*

Interdum cum Accus. Cic. Verr. 7. *Qui cum ampliùs centum cives haberet.* Idem,pro Flac. *Qui septingentos jam annos ampliùs regnant,* πλεῖ ω ἢ ἑπτακοσία ἔτη. Vir. 1.Æneid. *Noctem non amplius unam Falle dolo,&c.*

Interdum cum Ablativo. Livius, *Pugnatum est ampliùs duabus horis.* Cic.pro Rosc.Com. *Si ampliùs H-S numo petîsti,* Idem, 4.Verr. *Aliquanto ampliùs; sic etiam, paullò ampliùs,&c.*

Ampliùs,pro,Præterea,vel, Insuper.

Cic.pro Planc. *Quæris quid potuerit ampliùs assequi Plancius?* Idem, *Nihil curat ampliùs, satiatus est.* Ibidem, *Nihil dico ampliùs,*

pliùs, hoc tamen miror, cur, &c.

Obſerva ſæpe ei particulam, *Quàm*, annecti: & cum *Hoc* junctum, acceſſionem ſignificare. Noch mehr/darzu vber-daſſelb. Cic. de Nat. Deor. lib. 2. *Stirpibus natura nihil tribuit ampliùs, quàm ut eas alendo atque augendo tueretur.* Idem, pro Cecin. *Illi ſe ſuos armatos adduxiſſe dixerunt: etiam hoc ampliùs; cum Ebutius malum minitaretur Cecinnæ, ibi tum Cecinnam poſtulâſſe, &c.* Idem, Verr. 4. *In quibus & eadem illa ſancta ſunt, & hoc ampliùs; cum Agrigentinorum duo genera ſint, &c.* Idem, lib. 2. de Nat. Deor. *Beſtiis natura ſenſum & motum dedit, &c. & homini hoc ampliùs, quòd addidit rationem, &c.*

ADVERB. *An.*

An, ἤ, μή. Oder/ aliâs Interrogandi, aliâs dubitandi vim habens, gaudet ſocietate particularum, *Ne*, *Verò*, *Vtrum*, Quarum *Ne* ſæpe poſtponitur, ut anne? Verò ſemper, ut, an verò: Utrum, præponitur, de quo ſuo loco.

An

An, ab initio sententiæ positum urget & negat vehementer. Cic.li. 1. de Divin. *An medicina ars putanda non est, quam tamen multa fallunt?* Idem, lib. 1. Tusc. *An in Dialecticis ne imbutus quidem es?* Idem; pro L. Manil. *An verò usquam ullam esse oram tam desertam putatis?* Idem, pro Lig. *Quid amplius postulatis? Anne ignoscatur?* Idem, pro Rosc. Am. *An verò, judices, vos non intelligitis, nihil aliud agi, &c.* Plaut. Menæch. *An qui perperam insanire me ajunt, ipsi insaniunt?*

An, &, *Anne*.

Hoc in genere loquendi posterior pars affirmatur. Est enim Correctionis species quædam. Cic. Verr. 5. *Erravit, an potius insaniit Apronius?* Idem, 2. Acad. *Cum interrogentur tria pauca sint, anne multa?* Livius, decad. 3. lib. 8. *Multum interest, alienos populêre fines, an tuos uri excindique videas.*

A*n*, & A*nne* dubitandi.

Cic. de Orat. *Quærendumque utrum una species, anne plures,* Idem, Off. lib. 1 *Dubitare*

re honestum ne, an turpe sit. Terent. Adelph. Haud scio an illam nunc miserè amet. Ibidem, Vide Vtrum vis argentum accipere, an causam meditari tuam. Idem, And. Hoccine agis an non?

An, pro, *Aut* in dubitando interdum usurpatur. Cic. Att. *Tacitus metu an contumacia.* Idem, in Bruto. *Paucis antequam mortuus est, an diebus, an mensibus.* Idem, lib. 1. Off. *Bene præcipiunt, qui vetant quicquam agere, quod dubites æquum sit, an iniquum.* Terent. Heaut. *Reperisti tibi quod placeat, an nondum etiam?* Livius, decad. 3. lib. 7. *Præmissi erant, qui percunctarentur, clam an palàm, interdiu an noctu venire sese vellet, iisdem an aliis considere castris.* Idem, decad. 3. lib. 1. *Vtrum hostem, an vos, an fortunam utriusque populi ignoratis?* Plaut. Menæch. *Dic mihi hoc quod te rogo Album, an atrum vinum potes?*

ADVERBIUM, *Ante*.

Antè, πρότερον, Zuvor. Ei *Pòst*, *Retrò*. *Ponè* opponitur. Cic. lib. 5. de Finib. *Vt si aut manibus ingrediatur quis, aut non antè, sed retrò,*

trò, fugere se ipse videatur (Für sich/hinder sich) Idem, de Univers. *Movebatur & antè, & ponè, modò huc, modò illuc, &c.* Plaut. Trinum. *Neque eum antè usquam conspexi prius.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Quin tu ante vivo perfunderis flumine?*

Jungitur autem crebrò adverbiis aliis, *Multò, biduò, triduò, longè, jam, &c.* Cic. lib. 1. de Divin. *Turibunda mens videt antè multò, quæ futura sunt.* Idem, Fam. lib. 6. *Dederam triduò antè pueris C. Plancii litteras ad te.* idem, Att. lib. 14. *Id ipsum quod me mones quatriduò antè ad eum scripseram.* Idem, 3. Tusc. *Longè antè videre mala venientia.* Idem, pro Balbo. *Re denique multò ante Gadibus auditâ, &c.* Idem, pro Rosc. Am. *Verùm hæc omnis oratio (ut jam antè dixi) mea est.*

Huc pertinent: *Multis jam antè annis: Paucis antè seculis, diebus, mensibus, &c.* Cic. 1. Tusc. *Themistocles aliquot antè annis, cum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior.*

Nota *Antè* interponi & postponi solere.

AD-

ADVERBIUM, *Antea, Antehac.*

Antea, ſeu *Antehac* ſignificat, *Ante hoc tempus*, ſuperioribus temporibus, πρὸ τοῦ, πρὶν, πρότερον, vor der Zeit/ zuvor/ voranhin/ ꝛc. Eis oppoſita interdum reſpondẽt, *Nunc, nunc primùm, poſt, poſtea, niſi, quàm, &c.* Cic. pro Mil. *Appia via cruentata antea cæde honeſti atq; innocentis vir ſilebatur, eadem nunc crebrò uſurpatur.* Id. Verr. 5. *Non hoc nunc primùm audit privatus: ſed antea in ſellâ ſedens Prætor, &c.* Id. Att. lib. 1. *Et mea ſponte faciebã antea, & pòſt epiſtolis tuis magnopere ſum commotus.* Id. Fam. lib. 1. *Appius in ſermonibus anteâ dictabat, poſtea dixit etiam in Senatu, &c.* Id. Phil. 8. *Dixit ſe non antea renunciaturum Senatui, niſi priùs ſibi reſpondiſſet.* Liv. dec. 4. lib. 5. *Achæi non antea auſi capeſſere bellum quàm ab Româ revertiſſent legati.*

Interdum, ſine vocibus, quæ reſpondeant, uſurpãtur Abſolutè. Horat. Epod. *Pecti, nil me, ſicut antea juvat.* Terent. And. *Nam quod ante hac fecit, nihil ad me attinet*

Salluſt.

Salluft. *Ea ſæpe ante hac fidem prodiderat.* Cic. Fam. lib.5. *Tantâ contentione decertavi, quantâ nunquam antea ullâ in cauſâ.* Idem, Att. lib.4. *Etenim antea, cum judicium nolebat, habebat difficilem cauſam.*

ADVERBIUM, *Antequam.*

Antequam penult. correptâ. πρὶν ἂν, πρὶν ἤ. Idem, quod priuſquam, Eh dann: Cui opponitur, *Nunquam*; ac conſtruitur cum Indicativo, & Subjunctivo indifferenter. Cic. Att. lib.2. *Equidem antequam tuas legi litteras, hominem ire cupiebam.* Idem, Catil.4. *Nunc antequam ad ſententiam redeo, de me pauca dicam.* Idem, pro Mil. *Vtinam Clodius viveret, antequam hoc ſpectaculum viderem.* Idem, Parad. *Nunquam eris dives, antequam tibi reficiatur, ut, &c.*

Interdum patitur τμῆσιν, hoc eſt, diſſecatur aliis verbis interpoſitis. Cic. Att. lib.8. *Antè fugit, quàm ſcit, quem fugiat.* Idem, pro Lig. *Bellum, qui erant in Africâ antè audierunt geri, quàm parari.* Idem, de Provinc. Coſſ. *Vt non antè attigerint provincias,*

cias, quàm hunc ordinem condemnârint. Idem, lib. 2. de Finib. *Nec antè ingrediar, quàm te ab istis, quos dicis, instructum videro.* Idem, Acad. 4. *Omninò antè videri aliquid, quàm agamus, necesse est.* Virg. lib. 1. Georg.

Antè novis rubeant, quàm prata coloribus,
antè
Garrula, quàm tignis nidum suspendat hirundo: &c.

Livius, decad. 3 lib. 5. *Rapinis nullus antè modus fuit, quàm omnia diuturnâ felicitate cumulata bona egessêre,* Et, decad. 4. lib. 4. *Præcepit iis, ne se ex eo loco antè moverent, quàm ipse ad eos venisset.*

ADVERB. *Bellè.*

Bellè, à bene deducitur, καλῶς, κομψῶς, schön / zierlich / gut. Concinnè, venustè, commodè. Cic. Att. lib. 6. *Sumus ambo bellè curiosi,* Wir sind bede zimblich vorwitzig. Idem, Fam. lib. 14. *Bellissimè vel mecum, vel in nostris prædiis esse poteris.* Idem. Cic. *Bellè cadere, ferre, fluere, habere, bellissimè navigare, &c.* Et, Ellipticῶς. *cætera bellè:* supple se habent.

A Cic.de Orat.lib.3. *Bellè & festivè*, conjunguntur.

ADVERBIUM, *Benè.*

Benè εὖ καλῶς pro probè, præclarè, commodè, bona ratione accipitur. Terẽ. *ô factum benè!* O wie recht? Nonnunquam pro valdè augend. vim habens. Cic. li.2. de Orat. *Benè longum hab tis sermonem*. Huc pertinet. *Benè sibi fidens, benè sanus homo, benè lõgus*, gar oder sehr lang *benè robustus* in clamando, barbatus, capillatus, peritus.

Prætereà; *Benè ante lucem dare literas, benè manè scribere, &c.* passim in Cic. occurrentia. Hircius in Comment. *Benè magna multitudo; bene magnum tempus: benè multis vulneribus affecti, &c.*

ADVERB. *Brevi.*

Brevi, Ablativus usurpatur primò pro breviter, seu paucis, paucis verbis, brevi oratione, kurtz mit wenig Worten. Cic. pro Cec. *Tametsi extra causam est, percurram brevi*. Idem, ad Heren. lib. 4. *Transitio vocatur, quæ cum ostendit breviter, quod dictum sit,* spro-

proponit item brevi, quod consequatur. Idem, Fam. lib. 3. *Faciendum mihi putavi, ut tuis literis brevi responderem.* Idem, Cic. passim: *Brevi explicare, exponere, dicere, habere, complecti, definire, percurrere, &c.* Quae omnia supplentur, *Voce*, vel Oratione.

In Plurali brevibus: pro quo, alij dicunt, *uno verbo*; ἑνὶ λόγῳ: Hinc *brevibus aliquid dicere, agere, &c.*

Deinde *Brevi* idem significat, quod *Brevi tempore*, in kurtzen. ἐν βραχεῖ, sc. χρόνῳ. Cic. Att. lib. 8. *Caesar brevi magnas copias habiturus est.* Idem, Fam. lib. 6. *Nullo modo divulgandum est, de te jam esse profectum: sed id erit perbrevi.* Idem, ad Octa. 8. *Omiseram, & in brevi tam celerem, & tam vanam Reip. commutationem.* Idem, 7. Verr. *Brevi postea mortuus est.* Er ist kurtz darnach gestorben. Livius, decad. 3. lib. 5. *Arcem brevi aut relictam ab hostibus, aut cum ipsis hostibus capiemus.*

Et tamen etiam, *Brevi tempore*, rectè, usitatequè dici solet. Cic. Att. lib. 8. *Brevi tempore magnas copias equitum, & peditum contrahere.*

Digitized by Google

ADVERB. *Cæterùm*, *Cætera*, &, *Cæteroquin*.

Cæterùm, quasi καὶ ἕτερον significat, τὸ λοιπόν: Quod reliquum est, de reliquo, de cætero, præterea, in cæteris rebus. Dennach/betreffend das vbrig. Cic. ad Q. Fr. lib. 2. *Ego in Cumano, præterquàm quòd sine te, cæterùm satis commodè me oblectabam, &c.* Plaut. Pænul. *Dehinc cæterùm valete.*

Interdum, pro *Sed* capitur. Cic. Fam. lib. 6. *Cæterùm is mihi locus non displicet.* Terent. Eun. *Cæterùm de exclusione verbum nullum.* Livius. decad. 3. lib. 9. *Cæterùm nebula sub idem ferè tempus quo pridie exorta conspectum terræ ademit.*

Cætera autem, pro *Cæterùm*, Græcismum redolet. Livius, lib. 1. ab Urbe. *Ego virum cætera egregium secuta, &c.* Idem. decad. 3. lib. 1. *Angulus muri erat in planiorem, patentioremquè, quàm cætera circà vallem vergens.* Virg. 3. Æneid. *At cætera Grajus.* Horat. lib. 4. Car. *Quâ notam duxit niveus videri, cætera fulvus.* Martialis de Scaro.

Visceribus bonus est, cætera vile sapit.

CA-

Cæteroquin, alij Cæteroqui dicunt, idem quod cæterùm significat: Interdum etiam *Alioquin*. Cic. de Orat. *Illam concinnitatem adhibet hic subtilis quidem, quem nisi quòd solùm, cæteroquin rectè quidam vocant Atticum.* Idem, de Nat. Deor. lib. 1. *Simonidem arbitror: non enim poëta solùm suavis, verùm etiam cæteroqui doctus, sapiensque traditur.*

ADVERBIUM, *Certè*.

Certè ἀμέλει, νὴ Δία. Fürwahr. scilicet, profectò, sine dubio, sine controversiâ. Habet enim vim confirmandi. Cic. pro Marcel. *Et certè in armis militum virtus, locorumque opportunitas multum valet.* Idem, de Nat. Deor. lib. 1. *Alterum profectò fieri potest: alterum certè non potest.* Idem, lib. 2. de Finib. *Quid? verè ne potest esse dies sæpius, qui semel fuit? certè non potest.* Idem, pro Cœl. *Cui vos ingenium certè tribuistis.* Idem, pro Lig. *Omnes vincere volebamus, tu certè præcipuè, &c.* Terent. And. *Certè herclè nunc hic se ipsus fallit, haud ego.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Is Ascanius, ubicunque & quacunque matre genitus,*

(*certè natum Æneâ constat*) *abundante multitudine,&c.*

Interdum Concedendi, & pro *Rectè* ponitur. Cic. de Fin. b. lib. 2. *Natura parvo contenta esset, certè, nisi voluptatem tanti æstimaretis*, id est, Rectè hoc à te diceretur, nisi, &c. Idem, lib. 3. de Finib. *Erat enim, si cujusquam, certè tuum, nihil præter virtutem in bonis ducere,&c.* Ibidem, *Satis ne hoc conclusum videtur? certè, Quod enim efficiebatur, &c.*

Certè, pro, *Saltem*, vel, *utcunque*.

Certè, in hac significatione, Plerunque habet antecedentem particulam, *Si*, vel *Fortasse*. *Etsi, quamvis*, aut similem, quæ dubitationem continebit. Cic. de Orat. *Nobis, si ingenium ut tu putas, non maximè defuit, doctrina certè & ocium defuit.* Idem, Att. lib. 9. *Tibi consilium dabimus, quod si non fuerit prudens, ac certè ab optimâ fide proficiscetur.* Idem, lib. 1. Tusc *Homines mortem optare incipiant, vel certè timere desistant.* Idem,

Idem, lib. 4. de Finib. *Res enim fortasse veras, certè graves.* Idem. Att. lib. 16. *Quamvis non fueris impulsor & suasor, approbator certè fuisti.* Plaut. Mercat. *Certén' vidit? A. tam herclè certè, &c.*

Certè quidem, & vice versâ, *Quidem certè.*

Indifferenter in sententiis sic collocatæ, à Cic. reperiuntur; plerunq; tamē, *certè quidem*, ab initio. *Quidem certè*, in fine. Et significant nihil aliud, quàm, *certè*, vel *equidem*: Sicut particula, *Quidem*, tantummodò explendi, vel ornandi causâ accedere videatur. Cic. Fam. lib. 1. *Illud quidem certè nostrum consilium jure laudandum est.* Idem, pro P. Quint. *Qui, ut summa haberem cætera, temporis quidem certè vix satis habui.* Idem, Att. lib. 1. *Spero me tibi causam probasse, cupio quidem certè*, Zum wenigsten begehr ichs. Idem, Verr. 4. *Sed tamen quicquid erit in his libellis quantulumque videtur, hoc quidem certè manifestum erit.* Id. pro Sest. *Boni nihil ab illis nugis esse expectandum: mali quidem*

certè nihil pertimescendum, &c. Zwar auffs wenigst. Idem, de Provinc. Coss. *Constanter quidem & fortiter certè.* Ibidem, *Si ex rerum naturâ non possem evellere, ex animo quidem certè evellerem.* Terent. Eun. *Certè tu quidem multò hilarior es.* Virg. 9. Eclog.

Certè equidem audieram, quâ se subducere
Incipiunt, &c. *(colles;*

ADVERBIUM, *Citius.*

Citius, eher / pro prius, τάχιον, θᾶττον. Cic. Fam. lib. 3. *Ego autem citius cum eo veterem conjunctionem diremissem, quàm novam conciliassem.* Idem, Tusc. lib. 4. *Citius oculorum tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur.* Horat. Car. lib. 1. *Citius supremâ die*: id est, priùs quàm adveniat supremâ dies.

Interdum pro *Potius*, seu, *Verius* accipitur. Cic. de Cl. Or. *Eam citius veteratoriam, quàm oratoriam diceres.* Idem, lib. 1. Off. *Sunt quædam officia, quæ aliis magis, quàm aliis debeantur ut vicinum citius adjuveris in fructibus percipiendis, quàm aut fratrem, aut familiarem, at si is in judicio sit, propinquum potius,*

tius & amicum, quàm vicinum defenderis, &c.

ADVERBIUM. *Commodùm.*

Commodùm, pro, commodè, vix, tantùm opportunè. Terent. Eun. *Illa sese interea commodùm huc advorterat*, sie hatte sich eben recht gewandt/ꝛc. Plaut. Mil. *Hem te ipsum quæro, commodùm, vir lepidissimè.* Idem, Merc. *Si isthâc ibis, commodùm obviam venies patri, &c.*

Interdum *Cum* ei adjungitur. Cic. Att. lib. 13. *Commodùm discesserat Hilarus librarius, 4. Calend. cui dederam litteras ad te, cùm venit tabellarius cum tuis litteris pridiè datis.* Ibidem, *Commodùm ad te miseram Demeam cùm Eros ad me venit.* Ibidem, lib. 1. *Commodùm discesseras heri, cùm Trebatius venit*: *Paullò pòst*: *Curtius. hoc est, vix discesseras*, Du wareſt kaum von mir hinweg/ da kam Trebatius, &c.

ADVERBIUM, *Continenter.*

Continenter, aliâs idem eſt, quod, *tempe-*

ranter. Cic.lib.1.Off.*Turpe est diffluere luxuriâ, & delicatè ac molliter vivere: honestum autem est, parcè, continenter, severè, sobriè, &c.*

Aliâs, *Perpetuò, conjunctè*, sine intermissione. Ohne auffhören/stets aneinander. Cic. Heren. lib. 3. *Vno spiritu continenter multa dicens.* Idem, de Orat. *Continenter unum verbum non in eâdem sententiâ ponere.* Cæsar, lib. 1. bell. Gall. *Belgæ cum Germanis continenter bella gerunt.* Ibidem, *Pugnatum est continenter horas quinque.* Livius. decad. 3. lib. 5. *In Albano monte biduum continenter lapidibus pluit.*

ADVERB. *Continuò.*

Significat, *statim*, quàm primùm, confestim, illicò, sine morâ. εὐθύς, εὐθέως: von stundt an/alsbald. Cic. Fam. lib. 1. *Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam continuò.* Ibidem, lib. 10. *Feci continuò omnes participes meæ voluptatis.* Ibidem, Att. lib. 9. *Sed tamen quicquid egero, continuò scies.* Ter. And. *Si quid narrare occepi, continuò dari tibi verba censes, &c.* Idem, Eun. *Continuò exeo, &c.*

Verum

Verùm negativè cum *Non* junctuta, significat, *Non ideo*, vel, *Num ideò*. Cic. de Orat. lib. 2. *Non continuò si quis motus populi factus est, id C. Norbano in nefario crimine ponendum est.* Idem, pro Rosc. Am. *Non contuli, sum sicarius.* Ich bin darumb nicht so bald ein Todtschläger.

Jungitur etiam eleganter, cum *Vt, Simulac, Vbi*, &c. Cic. Verr. 6. *iste, continuò ut vidit, non dubitavit ex mensâ tollere.* Idem, lib. 1. de Orat. *Continuò consilium dimisit simulac me factum vidit.* Terent. Hecyr. *Aderit continuò, ubi ex te audiverit.*

ADVERB. *Contra.*

Contrà, sine casu, adverbiascit, significans, vicissim, *ex Adversò*, ex alterâ parte, (barbarè, *Econtra*) widerumb / dargegen / gegen vber / darwider. Cic. Fa. li. 4. *Nos qui domi sumus, tibi beati videmur, ut contrà nobis tu, &c. præ nobis beatus.* Idem, Tusc. lib. 5. *Ergò ut hi miseri, sic contrà, illi beati, &c.* Idem, Fam. lib. 1. è Terentio. *Si laudabit*

hac illius formam, tu hujus contra. Livius, decad. 1. lib. 1. *Exeunt contrà & Albani in aciem.* Idem, decad. 3. lib. 2. *In Italia bellum gerimus, in sede ac solo nostro: Annibal contrà in alienâ, in hostili est terra.*

Contrà ac, atque, quàm.

Cic. de Orat. *Vt contrà ac dicat, accipi & sentiri velit, &c.* Idem, Philipp. 11. *Præsertim cum contrà ac Dejotarus sentit, victoria belli judicaverit.* Idem, pro Sylla. *Iam enim faciam contrà, atque in cæteris causis fieri solet, ut, &c.* Idem, pro Balbo. *Si aliquid quod non contrà ac liceret factum diceretur, sed contrà atque oporteret.* Cæsar, lib. 3. belli civil. *Negant se sibi judicium sumturos, contrà atque omnis Italia judicavisset, &c.* Cic. in Pis. *Vt Senatus contrà quàm ipse censuisset ad vestitum rediret.* Livius, decad. 3. lib. 10. *Scipio postquàm eò ventum est contrà quàm in navali certamine solet, &c.*

ADVERBIUM, *Cur.*

Cur, Interrogandi Adverbium, significat,

ficat, Quamobrem? quid est quod? quid causæ est? τίνος ἕνεκα; διὰ τί; ἐφ' ὧ: warumb/auß was Ursach. Connectitur cum vocabulo, *causa*. Vide suprà *Causa*. Cic. pro Cœlio. *An vos causam ullam esse putatis, cur in tantis præmiis eloquentiæ, &c. tam sint pauci, semperque fuerint; qui in hoc labore versentur?* Idem, de Orat. lib. 3. *Quid est aliud causæ, cur rudis loquacitas repudietur?*

Extra, Interrogationem; Cic. Fam. lib. 7. *Mortem mihi cur consciscerem causa non visa est, cur optarem, multæ causæ.* Idem, pro Rosc. Am. *Quod si tibi causa nulla est, cur hunc tantâ calamitate affici velis?*

Sæpe tamen vox *Causa* omittitur. Cic. Fam. lib. 7. *Vetus est enim, Vbi non sis, qui fueris, non esse, cur velis vivere*: supple, *Causa*. Ibidem, lib. 3. *Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis essem, cum te ex fratre meo mihi inimicum fuisse cognovissem*, Plaut. Stich. *Neque est cur nunc studeam has nuptias mutarier.*

ADVERB: *Dein, Deinde, Deinceps.*

Ferè eandem habent vim, ac significant, *Postea, posthâc*, rursus, dehinc, secundo loco, ἐνλεῦθεν, ἐφεξῆς, Hernach / der Ordnung nach / demnach / darnach. Cic. de Orat. *Hac quidem duo binis pedibus incisim, dein membratim, &c.* Idem, pro Mil. *Cum lapides jaciendos curâsset, dein subitò, vultu Milonis perterritus fugeret.* Terent. And. *Accepit conditionem, dein quæstum occipit.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Centum in patres legit, qui deinde minorum gentium sunt appellati.*

Deinde, eleganter iteratur bis, ter, quater etiam. Cic. de Divinat. *Totius augurij primùm naturam ipsam videre, deinde inventionem, deinde constantiam, &c.* Idem, Fam. lib. 3. *An ego obviam tibi non prodirem? primùm Appio Claudio, deinde Imperatori, deinde more majorum, deinde quod caput est, amico?* Idem, lib. 1. de Invent. *Quæritur primùm, quod factum est, quo id nomine appelletur; Deinde qui sint principis & inventores facti: Deinde ecqua ea de re sit lex, consuetudo, &c. Deinde natura ejus, &c. Deinde postremò attendendum est, &c.*

Notandum præterea est, *Deinde* sæ-

pè inferri non præcedente *Primùm*, vel alio aliquo ordinis Adverbio: Cic. ad Q. Frat. lib. 3. *Tu velim cures, ut sciam, quibus nos dare oporteat eas, quas ad te deinde litteras mittemus, Cæsaris ne tabellariis, an Labieno*. Idem, pro Cœl. *In balneis delituerunt; testes egregios: deinde temerè prosilierunt, &c.* Idem, aliud exemplum suppeditat in initio orationis pro S. Rosc. Amerino. Livius, lib. 1. *Brevi stirps virilis ex novo matrimonio fuit: Deinde bello Aborigines, Trojanique simul petiti, &c.* Idem, decad. 5. lib. 5. *Hunc fraus Publicanorum: Deinde fraudem audacia protegens, exitum habuit.*

Deinde, cum *Posteà*, & *Posteaquam* junctum quoque legitur apud Cic. pro Cluent. *Capit consilium, ut pecuniam polliceatur, deinde eam postea supprimat.* Et, pro Mil. *Servos conjurasse, de Cn. Pomp. interficiendo, deinde postea se gladio percussum esse, &c.* Idem, de Orat. lib. 1. *Deinde posteaquam est editum IVS.* Livius, decad. 4. lib. 8. *Deinde posteaquam urbem jam magnâ ex parte operibus septam viderint.* Ibidem, *Deinde posteaquàm clamor, tumultusque in castra est perlatus, &c.*

Dein-

Deinceps, pro Iterum ponitur: Cic. ad Heren. *Carendum est etiam, ne id quod semel suprà diximus, deinceps dicamus.*

Deinceps, pro *Successivè* seu Consequēter. Cic. de Cl. Orat. *Res quas Cæsar anno pòst & deinceps reliquis annis administravisset in Galliâ.* Idem, Off. lib. I. sub finem. *Prima Officia Diis immortalibus, secunda patriæ, tertia parentibus, deinceps gradatim reliqua reliquis debentur.* Idem, pro Cœl. *Deinceps fuit annus, quò consulatum petivi, &c.* Idem, lib. I. de Invent. *Quoniam satis de omnibus partibus orationis diximus, quæ sequuntur deinceps dicemus, &c.*

Deinceps & Inde interdum conjugantur. Cic. de Cl. Orat. *Itaque prima causa publica, &c. Deinceps inde multæ, quas non minus diligenter, &c.*

ADVERB. *Demùm*, & *Denique*.

Demum, & *Denique*, sæpè indifferenter (alterum pro altero) ponuntur, & significant, *Tandem*, ad postremum, pòst τέλος, τὸ τελευταῖον. Endlich/zu letzt. Livius, decad.

décad. 1. lib. 1. *Aplerisque rogitantibus dimissi, ecquod fœminis quoque asylum aperuissent. Id enim demum compar connubium fore.*

Demum autem gaudet ungi particulis, Cum, *Nunc, Tunc, tum si, pòst, denique, si, &c.* Cic. Philipp. 14. *Is demum est mea quidem sententia justus triumphus ac verus, cum benè de Repub. meritis, testimonium à consensu civitatis datur.* Idem, Att. *Nunc demum litteris tuis rescribo, quas ad me misisti:* Jtzt will ich erst auff dein Schreiben antworten. Terent. Heaut. *Vah, nunc demum intelligo.* Plaut. Merc. *Demum igitur cum senex sis, tunc in ocium te colloces, dum potestur.* Idem, Trinum. *Tum igitur demum id adolescenti aurum dabis, ubi erit locata virgo in matrimonium.* Idem, pro Mil. *Ego dicam tibi tum demum quando usus poscet.* Idem, Asin. *Pòst demum huc cras adducam ad lenam, ut viginti minas ei det.* Cic. lib. 1. de Invent. *His omnibus in causâ repertis, tum denique singulæ partes totius causæ consideranda sunt.* Plaut. Merc. *Servata res est demum si illam videro, &c.*

Denique in fine Enumerationis plerunque ponitur, quo indicatur hoc ultimum esse.

esse. Cic. pro L. Man. *Cn. Pomp. non avaritia ad prædam revocavit, non libido ad voluntatem, non amœnitas ad delectationem, non urbis nobilitas ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem.* Idem, lib. 2. de Orat, *Quid igitur, inquam, quando negotium publicum? quando amicorum? quando tuum? quando denique nihil ages?*

Denique, pro, *Deinde*.

Cic. Verr. 6. *Primò dixit se istum publicè laudare, quòd sibi ita publicè mandatum esset: denique neque se habuisse illa venalia*: Nisi fortè *deinde* sit legendum.

Denique, pro *Demum*. Plaut. Capt. *Tum denique omnes intelligimus nostra bona, quum, quæ in potestate habuimus, ea amisimus.* Cic. Fam. lib. 9. *Tantum accessit, ut nunc denique amare videar, antea dilexisse.* Idem, pro Mil. *Milonis Consulatus, qui vivo Clodio labefactari non poterat, mortuò denique tentari cœptus est? id est, tandem, vel demum.*

ADVERBIUM, *Diu*.

Diu, ἐκπάλαι, διὰ μακρῦ, πολὺν χρόνον, lang/

lang/lange zeit. Compositum eius; perdiu, longo tempore, multos dies, annos, &c. significat: habetque contrarium, Subitò. Cic. Fam. lib. 11. *Qui quidem eas copias, quas diu simulatione Reipubl. comparârant, subitò ad patriæ periculum converterunt.* Idem, de Senect. *Quid est in hâc vitâ diu?*

Cum verbo præsentis temporis jungitur, actione nondum finitâ, sed adhuc durante. Cic. de Orat. lib. 1. *Quæ diu cupimus, spero cognituros omnia ex ipso.* Plaut. Merc. *Diu est, quòd miseram acersitum eum.* Terē. Eun. *Satis diu jam hoc saxum volvo.* Id. Adelph. *Neq; enim diu huc cōmigrârunt, &c.*

Diu, &, Multum.

Copulantur hæc duo, vel ad significandam temporis diuturnitatem, vel actionis assiduitatem & attentionem. Cic. contra Rull. *De Capua multùm est & diu consultum.* Id. Phil. 13. *Sed hæc satis diu multumque defleta sunt.* Id. de Orat. lib. 1. *Nec ea quisquā, nisi diu multumque scriptitârit, consequetur.* Idem, pro Sylla. *Hæc diu multum, & multo labore quæsita, una eripuit hora.*

Niu

Diu est, cùm.

Plaut. Merc. *Nam illi quidem haud sanè diu, est, cùm dentes exciderunt.*

Diu est, postquàm.

Plaut. Persa. *Iam diu factum est, postquàm bibimus, Nimis diu sicci sumus.*

Diu, & Denique.

Ovid. 1. Fast.

Tuta diu volucrum proles tum denique cæsa est.

Diutius, quàm quoad.

Cic. pro Domo. *Id sperâsti Remp. diutius, quàm quoad mecum simul expulsa careret his mœnibus, esse laturam?*

ADVERB. *Donec.*

Donec, quoad, quousque, tam diu dum, usque eò, ἕως, εἰσ'κε, εἰσότε, Biß daß: Sed Ciceroni DUM usitatius est. Fa. lib. 3. *Ad properationem meam interest, non te expectare donec venias, &c.* Ovid. lib. 1. Trist.

Donec eris felix multos numerabis amicos,

hoc est, quàm diu: So lang es dir wird wohl gehen. Terent. Adelph. *Certum est obsidere*

obsidere usque, donec redierit. So lang bin ich gesinnet allhier jmmer zu sitzen/biß er wieder kommen ist. Idem, And. *Nunquam destitit orare, usque adeò donec perpulit.*

ADVERB. *Dudum.*

Dudum, πρώην, ἐναγχος, dicitur cùm de parvo tempore, tum de longiore. Newlich/vor wenig Zeit. Item, vnlängst/ zimlich lang. Ac interdum Præsenti verbo præponitur, & significat, quod paulò ante cœptum est, nondum desiisse. Cic. Att. lib. 4. *Dudum circumrodo, quod devorandum est.* Terent. And. *Id te jam dudum rogo.*

Interdum præterito gaudet, eique *Nunc* adversatur. Cic. de Orat. *Cum vix ut dudum ad Demosthenem, sic nunc ad Crassum, pervenimus.* Ibidem, *Dixi dudum materiam aliam esse joci, aliam severitatis.* Idem, Att. lib. 11. *Quæ dudum ad me, & quæ etiam ante bis ad Tulliam de me scripsisti, ea sentio esse vera.* Plaut. Amph. *Dudum ante lucem & te istuc vidi;* Idem, Men. *Nimis stultè dudum feci,*

feci, cùm marsupium Messenioni concredidi. Te. And. *Ego dudum nonnihil veritus sum, &c.*

De longiore tempore usurpatum significat, quondam. Vorlangs/vorzeiten. Terent. And, *Quàm maximè abs te postulo & oro, Chreme, ut beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes:* Cic. de Cl. Orat. *Vi dudum de Laliorum, & Mutiorum familiis audiebamus.*

Huc pertinet: *Quàm dudum*, wie lang/ wie newlich/quàm longo tempore, quanto temporis intervallo. Et plerunque est interrogantis: cui respondet pridem, modò. Sic enim Plaut. Amph. *Quàm dudum istuc factum est? Al. Tentas, jam dudum, pridem modò.*

ADVERBIUM, *Dum*.

Dum, varium habet usum. Interdum redundat, ut in hisce Comicorum, Ehodum, adesdum, manedũ. Plaut. Men. *Accipe dum hoc.* Idem. Mostell. *Evoca dum aliquem forás.* Idem, Capt. *Ausculta dum id scies.*

Dum, pro, *Donec*.

Cic. Ver. 6. *Nihil ei longius videbatur,*

quàm

quàm dum illud videret argentum. Idem, in Pison. *An ego expectem dum de te quinque & septuaginta tabellæ diripiantur?* Idem, pro Rab. Posth. *Dum potestis dum licet, providete, ne duriorem vobis conditionem statuatis, quàm ferre possit:* Livius, decad. 3. lib. 6. *Dum aliquid virium superest.* Et, decad. 3. lib. 10. *Stetissetque ibi, dum reliquum tempestatis exsæviret.* Terent. Adelph. *Dum ægritudo hæc est recens.* Idem, Hecyr. *Aliquò hinc mihi est ablegandus, dum parit Philumena.*

Dum, verbis junctum.

Dum, variis quidem verbis jungitur, crebrò tamen, cum *Moror. Operior, Commemoro, Expecto, Sustineo Maneo, venio* jungi solet. Livius. *Paucos morati dies, dum socii venirent.* Cic. Att. *Ego in Arcano (villâ) operior, dum ista cognosco.* Id. Verr. 6. *Reficite vos dum id ejus facinus commemoro, &c.* Id. Att. li. 7. *Expecta, amabo te, dum Atticum conveniam.* Id. ad Brut. *Noli expectare, dum tibi gratias agam.* Idem, pro Mil. *Sustinuisset crimen locus, dum neque solicitudo indicâsset, neque*

nox ostendisset Milonem. Idem, Verr. 4. *Dum istius hominis memoria maneret, &c.* Terent. Eun. *Concedam huic: intrò atque expectabo, dum venit.* Idem, Phor. *Mansurus patruum pater est, dum huc adveniat.*

Dum, pro, *Adhuc.*

Præcedente *Nihil*, vel *Non*. Cic. Fam. lib. 12. *Interim ad me venit Munatius, & ego ei literas tuas dedi: nihil dum enim sciebat.* Idem, Verr. 6. *Qui nihil dum etiam istiusmodi suspicabantur.* Idem, Att. lib. 9. *Brundusio nihil dum erat allatum.* Idem, Att. lib. 4. *Nondum est planè expeditus.* Idem, Fam. lib. 11. *Nondum satis constitui, molestiæ ne plus, an voluptatis attulerit Trebatius.* Livius, decad. 4. lib. 5. *Sed nihil dum ad id bellum præter animos parabant.* Idem, *Nondum omnium dierum, sol occidit.* Terent. And. *Quid hoc? intellextin? annondum etiam.*

Dum, pro, *Quàmdiu.*

Cic. lib. 3. de Finib. *Puer cum infici debet iis artibus, quas si, dum est tener, combiberit, ad ma-*

& majora venit paratior. Idem, Verr. 6. *Usus est Cupidine illo tamdiu, dum forum habuit ornatum, &c.* Idem, lib 3. de Finib. *Commentarios Aristotelicos veni, ut auferrem, quos legerem, dum essem ociosus.* Idem, pro Rosc. Am. *Prudentissima civitas Atheniensium, dum ea rerum potita est, fuisse traditur.* Terent. Heaut. *Mulieres dum moliuntur, dum comuntur, annus est.* Idem, And. *dum licitum est, dumque ætas tulit, &c.* Idem, Hecyr. *Sanè hercle homo voluptati obsequens fuit, dum vixit.* Ibidem, *Vixit, dum vixit, benè,* Ibidem, *Nihil jam mihi istæ res voluptatis ferunt: Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum.*

Dum, pro, *Dummodò*: & *Dumne*.

Conditionem significat. Cic. de Finib. lib. 5. *Dum res maneant, verba fingant arbitratu suo.* Idem, Att. lib. 8. *Si cui adhuc videor segnior fuisse, dum ne tibi videar, non laboro.* Idem, lib. 2. de Divin. *Virtus vetat spectare Fortunam, dum præstetur fides.*

Vide de his plura infra in *Usque*.

Dum, cum *Interim*.

Livius, decad.3.lib.1. *Dum Elephanti traijciuntur, interim Annibal equites ad castra Rom. miserat speculatum, &c.*

Dum, cum *Interea*: vel, *Iam*.

Cic. pro Rosc. Am. *Dum is in aliis rebus erat occupatus, erant interea, qui suis vulneribus mederentur.* Idem, lib. de Orat. *Intera, dum hæc, quæ dispersa sunt, coguntur, &c.* Terent. Adelph. *Dum ego propter te errans patriâ careo, tu interea loci collo cupletâsti te.* Idem, Eun. *Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum ubi advenimus, concurrunt læti mî obviam, &c.* Plaut. Amph. *Dum hæc aguntur, interea uxorem tuam non audivimus.* Livius, decad.3. lib.2. *Dum ibi tempus teritur, interea, &c.* Id. decad.3.lib.1. *Dum & Romani parant consultantque, jam Saguntum summâ vi oppugnabatur.*

Dum & *vix* juncta, vide infrà, in *vix* & *Dum*.

ADVERB. *Dummodo.*

Significat, Si modò, modò ut, modò ne, εἴπερ: So allein/ allein daß. Cic. pro Mil. *Dummodò eâ (potentiâ) nos utamur pro salute bonorum, &c.* Idem, Off. lib. 3. *Omnia honesta negligunt; dummodò potentiam consequantur.* Terent. Heaut. *Decretum est pati, dum illum modò habeam.* Iuvenalis, Satyr. 8.

Malo pater tibi sit Thersites dummodo tu sis,
Æacidæ similis, &c.

Livius, decad. 3. lib. 1. *Nihil, dummodò innare aquæ, & capere onera possent, curantes, raptim faciebant.* Plaut. Aul. *Dummodò morata rectè veniat, dotata est satis.*

Dummodò, cum *ne* junctum.

In Negando. Cic. de Orat. *Dummodò ne sit continuum.* Idem, Att. lib. 12. *Id ipsum scribas velim, te nihil habuisse, quod scriberes dummodò ne his verbis?* Idem, lib. 10. *Dummodò ne quid festinatio imminuat ejus gloriæ, quam consequuti sumus.*

NOTA

NOTA, Ciceronem malle *Dummodò ne*, quàm *Dummodò non*, dicere.

ADVERB. *Eatenus.*

Eatenus significat, *Usque ad id*, usque ad eum Terminum, ἐπὶ τοσοῦτον, Biß dahin/so fern/so weit/so lang. Usurpatur interdum absolutè. Plaut. Mostell. *Eatenus abeunt à fabris, &c.*

Eatenus, cum *Ut.*

Cic. de Opt. ge. Orat. *Verba persequens eatenus, ut non abhorreant à more nostro.* Colum. lib. 5. *Si eatenus progreditur, ut dicat, quâ quidque ratione faciendum sit.*

Eatenus, cum *Quoad.*

Cic. ad Qu. Fr. *Eum ferres eatenus, quoad per se negligeret eas leges, quibus est astrictus.*

Eatenus, cum, *Quò.*

Cic. de Univers. *Dij eatenus nobis declarantur, quò ipsi volunt.*

NOTA. *Eatenus* cum *Quatenus* jungi à Iurisperitis; & cum *Quâ*, significante *Quatenus.*

ADVERBIUM. *Ecce.*

Ἰδού, ἠνίδε. Siehe da/schaw. Usus hujus particulæ est in rebus admirandis, insperatis, novis, sive eæ tristitiam, sive lætitiam afferant. Cic. de Finib. lib. 2. *Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est.* Idem, de Provinc. Coss. *Ecce illa tempestas, caligo bonorum, tenebræ Reipub. &c.* Idem, Att. lib. 1. *Ecce aliæ deliciæ equitum vix ferendæ.* Plaut. Bacchid. *Quem quæro, optimè ecce obviam mihi est.* Virg. lib. 2. Æn.

Ecce trahebatur passis Priameïa Virgo
Crinibus, &c.

Ecce, cum, *Autem* junctum.

Aptæ sunt voces his, quæ nova & improvisa accidunt. Cic. Verr. 2. *Ecce autem repentè eadem illa consilia repetuntur.* Idem, Verr. 6. *Ecce autem nova turba atque rixa.* Terent. Adelph. *Ecce autem de integro, nisi, &c.* Ibidem, *Fero alia flagitia ad te bona illius adolescentis. M. Ecce autem, &c.* Idem, Phorm. *Ecce autem similia omnia, omnes congruunt.* Virg. lib. 2. Æneid.

Ecce

Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta, &c.

Ecce, cum *tibi*.

Frequenter eleganterque conjunguntur. Cic. Off. lib. 3. *Ecce tibi, qui rex P. Rom. esse concupierit.* Idem, de Orat. lib. 2. *Ecce tibi exortus est Isocrates.* Idem, in Pison. *Ecce tibi alter effusâ jam maximâ prædâ.*

ADVERB. *En*.

En, vox demonstrandi cum Irrisione, Admiratione, Indignatione: ἠνίδε, ἰδού. Sihe da/ schaw. Cic. Philipp. 2. *En cur Magister ejus ex oratore arator factus sit.* Idem, pro Dejot. *En crimen, en causa, cur Regem fugitivus, Dominum servus accuset.* Idem, Fam. lib. 13. *En, hic ille est, de illis maximè qui irridere atque objurgare me soliti sunt.* Idem, pro Sest. *En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur.* Ovid. de Ponto. lib. 2.

En ego non paucis quondam munitus amicis.

Terent. Hecyr. *Ut quivis posset credere*

ADVERBIUM. *Ecce.*

Ἰδοὺ, ἠνίδε. Siehe da/schaw. Usus hujus particulæ est in rebus admirandis, insperatis, novis, sive eæ tristitiam, sive lætitiam afferant. Cic. de Finib. lib. 2. *Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est.* Idem, de Provinc. Coss. *Ecce illa tempestas, caligo bonorum, tenebræ Reipub. &c.* Idem, Att. lib. 1. *Ecce aliæ deliciæ equitum vix ferendæ.* Plaut. Bacchid. *Quem quæro, optimè ecce obviam mihi est.* Virg. lib. 2. Æn.

Ecce trahebatur passis Priameïa Virgo
Crinibus, &c.

Ecce, cum, *Autem* junctum.

Aptæ sunt voces his, quæ nova & improvisa accidunt. Cic. Verr. 2. *Ecce autem repentè eadem illa consilia repetuntur.* Idem, Verr. 6. *Ecce autem nova turba atque rixa.* Terent. Adelph. *Ecce autem de integro, nisi, &c.* Ibidem, *Fero alia flagitia ad te bona i illius adolescentis. M. Ecce autem, &c.* Idem, Phorm. *Ecce autem similia omnia, omnes congruunt.* Virg. lib. 2. Æneid.

Ecce

Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta, &c.

Ecce, cum *tibi*.

Frequenter eleganterque conjunguntur. Cic. Off. lib.3. *Ecce tibi, qui rex P. Rom. esse concupierit.* Idem, de Orat. lib. 2. *Ecce tibi exortus est Isocrates.* Idem, in Pison. *Ecce tibi alter effusâ jam maximâ prædâ.*

ADVERB. *En*.

En, vox demonstrandi cum Irrisione, Admiratione, Indignatione: ἠνίδε, ἰδοὺ. Sihe da/ schaw. Cic. Philipp.2. *En cur Magister ejus ex Oratore arator factus sit.* Idem, pro Dejot. *En crimen, en causa, cur Regem fugitivus, Dominum servus accuset.* Idem, Fam. lib.13. *En, hic ille est, de illis maximè qui irridere atque objurgare me soliti sunt*, Idem, pro Sest. *En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur.* Ovid. de Ponto. lib. 2. *En ego non paucis quondam munitus amicis.* Terent. Hecyr. *Ut quivis posset credere*

ADVERBIUM. *Ecce.*

Ἴδε, ἠνίδε. Siehe da/schaw. Usus hujus particulæ est in rebus admirandis, insperatis, novis, sive eæ tristitiam, sive lætitiam afferant. Cic. de Finib. lib. 2. *Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est.* Idem, de Provinc. Coss. *Ecce illa tempestas, caligo bonorum, tenebræ Reipub. &c.* Idem, Att. lib. 1. *Ecce aliæ deliciæ equitum vix ferendæ.* Plaut. Bacchid. *Quem quæro, optimè ecce obviam mihi est.* Virg. lib. 2. Æn.

Ecce trahebatur passis Priameïa Virgo
Crinibus, &c.

Ecce, cum, *Autem* junctum.

Aptæ sunt voces his, quæ nova & improvisa accidunt. Cic. Verr. 2. *Ecce autem repentè eadem illa consilia repetuntur.* Idem, Verr. 6. *Ecce autem nova turba atque rixa.* Terent. Adelph. *Ecce autem de integro, nisi, &c.* Ibidem, *Fero alia flagitia ad te bona illius adolescentis. M. Ecce autem, &c.* Idem, Phorm. *Ecce autem similia omnia, omnes congruunt.* Virg. lib. 2. Æneid.

Ecce

Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta, &c.

Ecce, cum *tibi.*

Frequenter eleganterque conjunguntur. Cic. Off. lib.3. *Ecce tibi, qui rex P. Rom. esse concupierit.* Idem, de Orat. lib. 2. *Ecce tibi exortus est Isocrates.* Idem, in Pison. *Ecce tibi alter effusâ jam maximâ prædâ.*

ADVERB. *En.*

En, vox demonstrandi cum Irrisione, Admiratione, Indignatione: ἠνίδε, ἰδού. Sihe da/ schaw. Cic. Philipp.2. *En cur Magister ejus ex oratore arator factus sit.* Idem, pro Dejot. *En crimen, en causa, cur Regem fugitivus, Dominum servus accuset.* Idem, Fam. lib.13. *En, hic ille est, de illis maximè qui irridere atque objurgare me soliti sunt,* Idem, pro Sest. *En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur.* Ovid. de Ponto. lib.2. *En ego non paucis quondam munitus amicis.* Terent. Hecyr. *Ut quivis posset credere*

ADVERBIUM. *Ecce.*

Ἴδε, ἠνίδε. Siehe da/schaw. Usus hujus particulæ est in rebus admirandis, insperatis, novis, sive eæ tristitiam, sive lætitiam afferant. Cic.de Finib.lib.2. *Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est.* Idem, de Provinc. Coss. *Ecce illa tempestas, caligo bonorum, tenebræ Reipub.&c.* Idem, Att. lib.1. *Ecce aliæ deliciæ equitum vix ferendæ.* Plaut. Bacchid. *Quem quæro, optimè ecce obviam mihi est.* Virg.lib.2, Æn.

Ecce trahebatur passis Priameïa Virgo
Crinibus, &c.

Ecce, cum, *Autem* junctum.

Aptæ sunt voces his, quæ nova & improvisa accidunt. Cic. Verr. 2. *Ecce autem repentè eadem illa consilia repetuntur.* Idem, Verr. 6. *Ecce autem nova turba atque rixa.* Terent. Adelph. *Ecce autem de integro, nisi, &c.* Ibidem, *Fero alia flagitia ad te bona illius adolescentis. M. Ecce autem, &c.* Idem, Phorm. *Ecce autem similia omnia, omnes congruunt.* Virg lib.2. Æneid.

Ecce

Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta, &c.

Ecce, cum *tibi*.

Frequenter eleganterque conjunguntur. Cic. Off. lib.3. *Ecce tibi, qui rex P. Rom. esse concupierit.* Idem, de Orat. lib. 2. *Ecce tibi exortus est Isocrates.* Idem, in Pison. *Ecce tibi alter effusâ jam maximâ pradâ.*

ADVERB. *En*.

En, vox demonstrandi cum Irrisione, Admiratione, Indignatione: ἠνίδε, ἰδού. Sihe da / schaw. Cic. Philipp.2. *En cur Magister ejus ex oratore arator factus sit.* Idem, pro Dejot. *En crimen, en causa, cur Regem fugitivus, Dominum servus accuset.* Idem, Fam. lib.13. *En, hic ille est, de illis maximè qui irridere atque objurgare me soliti sunt*, Idem, pro Sest. *En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur.* Ovid. de Ponto. lib. 2. *En ego non paucis quondam munitus amicis.* Terent. Hecyr. *Vt quivis posset credere*

ADVERB. *Dummodo.*

Significat, Si modò, modò ut, modò ne, εἴπερ: So allein/ allein daß. Cic. pro Mil. *Dummodò eâ (potentiâ) nos utamur pro salute bonorum, &c.* Idem, Off. lib. 3. *Omnia honesta negligunt, dummodò potentiam consequantur.* Terent. Heaut. *Decretum est pati, dum illum modò habeam.* Iuvenalis, Satyr. 8.

Malo pater tibi sit Thersites dummodo tu sis, Æacidæ similis, &c.

Livius, decad. 3. lib. 1. *Nihil, dummodò innare aquæ, & capere onera possent, curantes, raptim faciebant.* Plaut. Aul. *Dummodò morata rectè veniat, dotata est satis.*

Dummodò, cum *ne* junctum,

In Negando. Cic. de Orat. *Dummodò ne sit continuum,* Idem, Att. lib. 12. *Id ipsum scribas velim, te nihil habuisse, quod scriberes dummodò ne his verbis?* Idem, lib. 10. *Dummodò ne quid festinatio imminuat ejus gloriæ, quam consequuti sumus.*

NOTA

NOTA, Ciceronem malle *Dummodò ne*, quàm *Dummodò non*, dicere.

ADVERB. *Eatenus.*

Eatenus significat, *Vsque ad id*, usque ad eum Terminum, ἐπὶ λογὸν, Biß das hin/so fern/so weit/so lang. Usurpatur interdum absolutè. Plaut. Mostell. *Eatenus abeunt à fabris, &c.*

Eatenus, cum *Vt*.

Cic. de Opt. ge. Orat. *Verba persequens eatenus, ut non abhorreant à more nostro.* Colum. lib. 5. *Si eatenus progreditur, ut dicat, quâ quidque ratione faciendum sit.*

Eatenus, cum *Quoad*.

Cic. ad Qu. Fr. *Eum ferres eatenus, quoad per se negligeret eas leges, quibus est astrictus.*

Eatenus, cum, *Quò*.

Cic. de Univers. *Dij eatenus nobis declarantur, quò ipsi volunt.*

NOTA. *Eatenus* cum *Quatenus* jungi à Iurisperitis; & cum *Quâ*, significante *Quatenus*.

Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta, &c.

Ecce, cum *tibi*.

Frequenter eleganterque conjunguntur. Cic. Off. lib.3. *Ecce tibi, qui rex P. Rom. esse concupierit.* Idem, de Orat. lib. 2. *Ecce tibi exortus est Isocrates.* Idem, in Pison. *Ecce tibi alter effusâ jam maximâ prædâ.*

ADVERB. *En.*

En, vox demonstrandi cum Irrisione, Admiratione, Indignatione: ἠνίδε, ἰδοὺ. Sihe da/ schaw. Cic. Philipp.2. *En cur Magister ejus ex oratore arator factus sit.* Idem, pro Dejot. *En crimen, en causa, cur Regem fugitivus, Dominum servus accuset.* Idem, Fam. lib.13. *En, hic ille est, de illis maximè qui irridere atque objurgare me soliti sunt*, Idem, pro Sest. *En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur.* Ovid. de Ponto. lib. 2.

En ego non paucis quondam munitus amicis.

Terent. Hecyr. *Ut quivis posset credere nun-*

nunquam illâ vitâ ducturum Uxorem, en duxit. Livius, decad.3.lib.8. *En quantum me opinio fefellit.* Observa, *En*, Nominativis potissimùm præponi.

ADVERB. *Ecquando.*

Quasi, *& quando*: numquando an, vel num, aliquando significat. ἤποτε: Etwann einmahl. Cic. pro Leg. Agrar. *Quæro à Tribuno plebis, ecquando nisi per tribus creati sint?* Idem, Verr.4. *Ecquando te rationem factorum tuorum redditurum putasti?* Hastu auch einmal gedacht / du müssest Rechnung thun?

ADVERBIUM, *Eò.*

Τοσοῦτῳ, ὅσῳ, Eò, cum Quò, interdum pro Tantò, & Quantò capitur. Cic. Verr.6. *Eòne tu servos ad spoliandum fanum immittere ausus es, quò liberos adire, ne orandi quidem causâ, fas erat.* Et 2. Tusc. *Balista lapidum, & reliqua tormenta eò graviores emissiones habens, quò sunt contenta, atque adducta vehementius.* Idem, lib.3. de Finib, *Ut eò beatior*

tior quisque sit, quò sit corporis aut externis bonis plenior. Idem, lib. 1. Off. *Quæ eò faciliora sunt Philosophis, quò minùs patent multa in eorum vitâ, quæ fortuna feriat.*

Interdum, pro, *Eò quòd.* Cic. pro Rosc. Am. *Non ego hæc eò profero, quò conferenda sint cum hisce, de quibus nunc quærimus.* Ibidem, *Tenuitas hominis eò magis elucet, quò magis occultatur.*

Interdum *Eò,* & *Hoc,* duobus comparativis intervenientibus, sociantur. Cic. 2. Tusc. *Plaga hoc brevior est, quò est missa contentiùs.* Idem, Fam. lib. 13. *Hoc audio libentiùs, quò sæpius.* Desto lieber / so offt. Livius, decad. 1. lib. 1. *Romani Horatium accipiunt eò majore cum gaudio, quò propius metum fuerat.*

Eò, cum, *Quòd* junctum.

Cic. Fam. lib. 2. *Hæc eò pluribus scripsi, quòd nihil significant tuæ literæ, &c.* Idem. Fam. lib. 13. *His de rebus eò magis laboro, quod agitur res Cn. Pompeii etiam.* Terent. Heaut. *Neque eò nunc dico, quòd quicquam illum senserim, &c.* Livius, decad. 3. lib. 2. *Pugnam in-*

eunt non tantum eò iniquam, quòd inclusi adversus circumfusos, sed etiam quòd fessi cum recentibus ac vegetis pugnabant. Idem, decad 3. lib. 6. *Cum res eò majore certamine ageretur, quòd amoti tantæ dignitatis non tam Advocati, quàm moderatores studiorum fuerunt.*

Eadem significatione dicitur etiam. *Hoc, quòd.* Cic. Fam. lib. 4. *De càre hoc scribo parciùs, quòd te sperare malo &c* Idem, lib. 2. de Finib. *Nec ille, &c. eò dictus est sapiens, quòd non intelligeret, quid suavissimum esset.*

Eò cum *Quia.*

Cic. Fam. lib. 9. *Quòd eò nunc magis facit, quia vivunt mecum ferè quotidie illius familiares.* Idem, lib. 2. Off. *Quòd eò firmiore animo facient, quia non modò non invidetur illi ætati, verùm etiam favetur.* Id. de Fin. lib. 5. *Eò separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi, &c.* Terent. Eun. *Eòne es ferox, quia imperium habes in beluas?* Idem, Heaut. *An eò fit, quia in re nostrâ nimio gaudio sumus præpediti?* Livius, decad. 3. lib. 5. *Non eò tantum obscurius carmen, quia incertiora futura præteritis sunt, sed perplexius etiam scripturæ genere.*

Sic, *Hoc*, *Quia*: Cic. 1. de Orat. *Quod hoc etiam mirabilius videri debet, quia caterarum artium studia, &c.* Plaut. Rud. *Hoc sese excruciat, Quia leno ademit ei cistulam*, id est, eò, ob id, Quia, &c.

Eò cum *Quò.* vide infra. *Quò eò.*

Eò, cum *Ut.*

Significat, *Id eò*, vel, *Ob id.* Cic. Fam. lib. 16. *Marionem ad te eò misi, ut tecum ad me quamprimùm veniret.* Idem, Att. lib. 1. *Omnes meas, vindemiolas eò reservo, ut illud subsidium senectuti parem.* Idem, de Am. *Id eò fecit, ut tanquam à præsentibus coràm haberi sermo videretur.* Idem, lib. 1. de Finib. *Perspicuum est, omnes rectas res, atque laudabiles eò referri, ut cum voluptate vivatur.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Res eò crevit, ab exiguis profecta initiis, ut jam in magnitudine laboret suâ.* Idem, dec. 3. lib. 7. *Multorum eò inclinabant sententia, ut dum viâ fessum ac vigiliis reficeret militem, &c.*

Eò, cum *ne*; Et, *Ut ne.*

Plaut. Aul. *Eò dico, ne me Thesaurum reperisse censeas.* Cic. lib. 9. Att. *Quod ego*

non eò vereor, ne mihi noceat. Idem, pro C. Rab. *Suspicor eò semihoram mihi à Labieno præstitutam esse, ut ne plura de pudicitia dicerem.* Idem, Heren. *Eò diligentiùs omnes partes perscrutati sumus, ut ne parvula quidem titubatione, aut offensione impediremur.*

Eò, cum, *Vnde.*

Livius, decad. 3. lib. 6. *Intentis omnibus ad opem eò ferendam, unde periculum ostendebatur.* Idem, decad. 3. lib. 8. *Avertit eò bellum unde venerat.* Cic. Att. lib. 7. Et, 12. *Eò, unde discedere non oportuit, aliquando revertamur.*

Eò, Absolutè.

Cic. Fam. lib. 5. *Dederam triduo antè pueris Cn. Planciј litteras ad te, eò nunc brevior, &c.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Qui viderant, id quod ab Rege auditum erat, rati, eò acriùs pugnant.*

ADVERB. *Extrinsecus.*

Quasi externè ἔξωθεν, ausserhalb/außwendig/aussen. foris, extra. Cic. de Univers.

verſ. *Veſtivit extrinſecus animum Deus, & circumdedit corpore.* Idem, lib.1. de Divin. *Inaurata extrinſecus columna.* Idem, in Top. *Aſſumuntur extrinſecus loci?* Idem, de Orat. lib.1. *Adhibita eſt ars quædam extrinſecus, ex alio genere quodam*, Livius, lib.2. ab urb. *Sine ullo metu extrinſecus imminentis belli, &c.*

ADVERB. *Facile.*

Facilè, ῥαδίως, εὐχερῶς, pro, nullo negotio, vel labore, ponitur: Leicht lich/ohne Mühe und Arbeit. Cic. pro Cœlio. *Veritas ſe facilè per ſe ipſam defendit.* Ibidem, *Teſtium voluntas facilimè fingi, nullo negotio flecti, ac detorqueri poteſt.* Idem, pro Quint. *Facilè conſolatur honeſtas egeſtatem.*

Interdum pro *Sine controverſiâ*, ſeu, dubio, certè; In affirmatione: Ohne zweiffel; Cic. Fam. 6. *Si*, &c. *tu is eſſes, qui fuiſti, ordinis tui facilè princeps.* Idem, Verr.6. *Hoc mihi facilè concedent, qui Meſſanam acceſſerunt.* Idem, de Divin. lib.2. *Eudoxus in Aſtrologiâ judicio doctiſsimorum hominum facilè princeps.* Plaut. *Facilè memini, novi.* Terent. And. *Facilè hic plus mali eſt, quàm illic boni.* Livius,

decad. 3. lib. 8. *Ita & vixi, & res gessi, ut tacitus ea opinione, quam vestra sponte conceptam animis habetis, facilè contentus sim.* Idem, decad. 1. lib. 1. *Ad id pastores quoque accesse. ant, qui omnes facilè spem facerent.*

Et cum Superlativo: Cic. pro R. b. Posth. *Plato vir unus totius Graciæ facilè doctissimus.* Idem, Tusc. lib. 1. *Perditorum hominum ita similis, ut esset facilè deterrimus.* Idem, pro Rosc. Am. *Municipij sui facilè primus, &c.*

ADVERB. *Ferè* & *Fermè.*

Significant *Propè*, propemodum, quasi, penè, ὀλίγου, ὀλίγου δεῖν, σχεδόν, bey nahe/ fast/ schier/ ohngefehr: Ac interdum minuendi vim habent, Cic. pro Cluent. *In quibus quantus splendor sit, quàm propè æquabilis, quàm ferè omnium constans, & moderata ratio vitæ, &c.* Idem, de Nat. Deor. *Exposui ferè non Philosophorum judicia: sed delirantium somnia.* Idem, in Bruto, ex Plauto. *Mihi quidem ætas acta fermè est.* Idem Att. lib. 14. *Ferè eâdem horâ.* Ibidem. lib.

7. Ferè

7. *Ferè horâ nonâ.* Et, lib. 1. Off. *Ornatu ferè militari videmus statuas.* Terent. And. *Fidelem haud fermè mulieri invenias virum.* Idem, Heaut. *Nec rei ferè sanè amplius quicquàm fuit:* Ich hab schier von meiner Nahrung nichts mehr gehabt. Livius, decad. 3. lib. 1. *Quod fermè fit, ut secundæ res negligentiam creent.*

Interdum capitur pro *Plerunque*, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ: gemeinglich. Cic. lib. 1. de Invent. *Quod ferè fieri solet, probabile est.* Idem, pro Rosc. Am. *Nam neque mandat quisquam ferè nisi amico, &c.* Idem, pro Leg. Man. *Hoc jam ferè sic fieri solere accepimus, ut Regum afflicta fortuna facilè homines alliciant ad misericordiam.* Terent. Phor. *Ferè ruri se continere*, *id est*, *non semper*, *sed plerunque* den mehren Theil

Terentij *Ferè plerunque*, pro, *Ferè semper*, conjungit Cicero in 2. de Orat. *Semper ferè cum aliquo rusticari.*

OBSERVATIO.

Forte, cum *Si*, *Nisi*, *Ne*, jungitur: cætera, non item: sed tum demum, cum aliquam multa vocabula interponuntur. Cic. pro Cœl. *Si quis fortè nunc adsit ignarus legum, judiciorumque, miretur profectò, &c.* Idem, pro Flac. *Nisi fortè, qui Cn. Pompej. fallebant, &c. Putamus.* Idem, pro Rosc. Am. *Nisi fortè expectatus, ut illa diluam.* Idem, ad Q. Fr. *Ne fortè me in Græcos, tam ambitiosum factum esse mireère.* Ibidem, de Orat. lib. 2. *Ac me fortè hoc magnum ac mirabile esse videatur, hominem toties irasci, &c.*

Forsitan, & *Fortasse*.

Serviunt Anteoccupationi. Cic. pro Rosc. Am. *Forsitan quæratis, qui iste terror sit.* Idem, Fam. lib. 2. *Quod est igitur tuum consilium? ut discederem fortasse in aliquas solitudines.*

ADVERB. Hac: *Illac.*

Hâc, id est, per eum locum, in quo sum: Illâc, à parte illius. Cic. Att. lib. 7. *Hâc video cum homine audacißimo negotium esse:*

se: Illâc omnes ignominiâ affectos, & damnatos facere; i.d. ex illâ parte Cæsaris. Terent. Eun. *Hâc atque illâc prosluo.* Plaut. Rud. *Ita nunc hâc an illâc eam incerta sum, &c.* Hin vnd her/ hiedurch/ diesen vnnd jenen Weg.

ADVERB. *Hactenus.*

Nonius ex *Hâc* & *tenus* (quod finem seu terminum significat) compositum esse censet: huc usque, ad hunc locum, μέχρι ἰῦδε: Bißher/ bißhieher/ so viel..

Interdum Absolutè ponitur, in Transitionibus potissimùm & Conclusionibus significans; de his satis huc usque esse dictum. Cic. Att. lib. 13. *Sed hac hactenus, ne videar περὶ μικρὰ σπȣδάζειν.* Ibidem, lib. 16. *Hac hactenus; illud velim in bonam partem accipias.* Ibidem, lib. 5. *Ergo hac quoque hactenus: redeo ad urbana.*

Interdum assumit *Vt* & *Quoad.* Cic. lib. 1. de Divin. *Qui hactenus aliquid legit, ut earum rationem rerum explicaret,*

quæ

qua in mari cœlovè fierent. Idem, Fam. lib. 4. *Hactenus existimo nostram consolationem rectè adhibitam esse, quoad certior fieres his de rebus, &c.*

OBSERVATIO.

Hactenus & *adhuc*, de Grammaticorum sententiâ æquè significant Continuationem: hoc tamen servato discrimine, ut *Hactenus* de re: *Adhuc*, de tempore usurpetur; Pro usque ad hoc tempus. Itaque illorum opinione, non rectè dixeris: *Hactenus ita sentio*: Sed *Adhuc ita sentio*. Jch bin noch der Zeit dieser meinung.

Cicero tamen, Fam. lib. 4. Epistolâ 3. inquit: *Hactenus existimo nostram consolationem rectè adhibitam esse, quoad certior fieres, iis de rebus, &c.* Virg. lib. 10.

Tolle fugâ Turnum, atque instantibus eripe
Hactenus indulsisse vacat, &c. (Fatis:

ADVERB. *Haud*.

Significat *Non*, οὐ, οὐκ, οὐχί: Nein/nicht. Cic. Fam. lib. 9. *Haud possem vivere, nisi in litteris viverem.* Terent. Eun. *Haud auspicatò huc me appuli.* Idem, *Homo haud impurus:*

rus: haud ferme: haud ita decet. Idem, He cyr. *Periisse me unâ, haud dubium est.* Plaut Aul. *Homo haud malus.* Livius, decad. 4. lib. 5. *Haud gravatè illi obsequutus.*

Assumta particulâ, *Quaquam*, vel, sanè vehementius negat: οὐ μὴ, nequaquam, Gantz vnd gar nicht: Cui contrarium est, *Omninò.* Cic. de Am. *Suavitas sermonum ac morum haud quaquam mediocre condimentum est amicitiæ.* Idem, de Senect. *Rom. haud sanè difficilem admirari videmini.* Id. de Univer. *Quò quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit, &c.* Livius, decad. 3. lib. 2. *Haud quaquam dux defuit.* Idem, decad. 3. lib. 9. *Prælium equestre fuit haud sanè memorando in partem ullam eventu.*

Haud, cum, *An.*

Dubitationi servit, pro fortasse. Cic. lib. 5. de Finib. *Aristotelem, excepto Platone, haud scio an rectè dixerim principem Philosophorum.* Idem, lib. 3. de Nat. Deor. *Haud scio an melius fuerit rationem huic generi non omnino dari, quàm tam munificè & tam largè*

è dari. Terent. Adelph. *Qui infelix, aud scio, an illum miserè nunc amat.* Idem, nd. *Atque haud scio, an, quæ dixit, omnia nt vera.*

Haud Paullò.

Pro, *Multò* ponitur. Cic. de Orat. *Ne e quidem haud paullò melior scriptor Plato, c.* Idem, Att. lib. 2. *Dicæarchus luculentus mo est, & civis haud paullò melior, quàm isti stri ἀδικαίαρχοι.*

ADVERB. Hic.

Notæ significationis vocabulum est, e bey mir: ἐνθάδε, ὧδε. Plaut. Amph. *ic in ædibus, ubi tu habitas.*

Sed interdum indignationem deno- t assumpto, *Etiam.* Cic. in Pis. *Hîc nos e- am crudeliores?* Idem, Fam. lib. 5. *Hîc tu iam eâ me abesse urbe miraris?* Idem, pro os. Am. *Hîc etiam sese putat aliquid posse hrysogonus? Hîc etiam potens esse vult?*

Interdum pro *Tunc* capitur. Cic. 5. err. *Hîc illi flentes rogare atque orare cœ- runt, ut, &c.* Idem, Verr. 6. *Hîc ego postulare cœpi,*

cœpi,&c. ſcilicet cum veniſſemus in I[t]
Idem, Fam. lib. 3. *Hîc ego multa ſimul cogit*[*a*]
vi. Terent. Hecyr. *Hîc animus partim uxo*[*r*]
miſericordiâ devictus. Virg. 1. Æn.

Hîc regina gravem gemmis auroque popoſci[*t*]
Implevitque mero pateram,&c,

Et Aſſumto. *Tum.* Cic. Verr. 5. *Hî*[*c*]
tum alius ex aliâ parte,&c.

Interdum, pro, *Nunc* ponitur: maxime, Iam accedente. Cic. pro Seſt. *Hî*[*c*]
ego quid prædicem? &c. Ibidem, *Hîc jam d*[*e*]
ipſo accuſatore quæro. Idem, pro L. Man[*.*]
Hîc jam plura non dicam,&c.

Nonnunquam ſignificat, *Cum ita* ſ[e]
res habeat, ſervitque concluſionibus.
Cic. pro Cœl. *Hîc primùm illud requiro, qui*[*d*]
attinuerit venenum ferri in eum locum? Idem,
pro L. Man. *Hîc miramur hunc hominem tantum excellere cæteris,&c.* Idem, Verr. 6. *Hî*[*c*]
quoque referret HS DC ſe tibi vendidiſſe. Ibidem, *Hîc nunc aut iſte reus, aut ego accuſator,*
aut hoc judicium appellabitur?

Hîc & Iſthîc opponuntur. Cic. Fam. lib. 6. *Prius hîc te nos, quàm iſthîc tu nos videbis.*

AD-

ADVERBIUM, *Hinc*.

Hinc, ἐντεῦθεν, ἔνθεν, ἐνθένδε: Von hinnen/ præter vulgatam significationem, originem & causam denotat. Cic. pro Cœl. ex Terent. *Hinc illæ lacrymæ nimirum, & hæc causa est horum omnium scelerum.* Idem, Att. lib. 7. *Boni, quod hinc expectes, nihil est.* Idem, 3. Catil. *Quidam hinc nati, &c.* Terent. Adelph. *Hinc emta est*: Idem, *Hinc civis est.* Plaut. Capt. *Animum advertas volo, quæ nuntiare hinc te volo in patriam ad patrem.* Livius. decad. 4. lib. 8. *Hinc amnis urbem munit, hinc tumuli, &c.*

Hinc, cum *Illinc*.

Pro, *Hinc inde*, von allen Seyten. Orten. Cic. de Vnivers. *Id fit cum speculorum lævitas hinc illincque altitudinem assumsit, &c.* Idem, 2. Catil. *Ex hâc parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum, &c.* Plaut. Amph. *Imperator utrinque hinc & illinc Iovi vota suscipere.* Terent. Adelph. *Virginem sedere oportet dum cognatus hinc illinc veniret expectantem, &c.* Livius, dec. 1. lib. 2.

Dextra

Dextra lævaque hinc à portâ Collinâ, illinc ab Næviâ redditus clamor. Idem, decad. 3. lib. 8. *Aliæ naves, ad incertos ventos hinc atque illinc obliqua transferentes vela, in altum evectæ sunt.*

OBSERVATIO.

Plinius Quintilianus & Martialis dicunt *Hincinde*, pro, *hinc, illinc*: Poetæ, *Hinc* & vel atque *Hinc*: Virg. 1. Æn.

Hinc atque hinc glomerantur Oreades, &c.

Idem, 4. Æneid.

Tunditur aßiduis hinc atque hinc vocibus
Heros, &c.

Mart. lib. 10. *Raros colligis hinc & hinc capillos.* Livius. decad. 3. lib. 5. *Circumventos Romanos hinc pedes, hinc eques urgebat, &c.* Ibidem, *Oppreßis nobis hinc metu, hinc fraude, &c.* Idem, decad. 3. lib. 10. *Per insequens biduum tumultuosis hinc atque illinc excursionibus invicem nihil dictu satis dignum fecerunt.* Plaut. Asin. *Alter hinc, hinc alter appellemus.* Idem, Mostell. *Ita & hinc, & illinc mihi exhibet negotium.*

AD-

ADVERB. *Huc, Illuc, Huccine.*

Huc & *Illuc* opponuntur, hin vnd wider. incertumque iter ostendunt. Cic. lib. 1. de Divin. *Tum huc, tum illuc volant alites* Idem, lib. 2. de Finib. *Huc & illuc, Torquate, vos versetis licet, nihil in hâc præclarâ epistolâ.* Idem, lib. 5. de Finib. *Verses te huc atque illuc necesse est.* Idem, Att. lib. 9. *Ne fortè aut absim, quum venies, aut cursem huc & illuc.* Idem, pro Cœl. *Suam naturam regere ad tempus atque huc atque illuc torquere & flectere, &c.* Terent. And. *Dum in dubio est animus, paullò momento huc illuc impellitur.* Virg. 4. Æn. *Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc.* Horat. Epod. 4. *Huc & huc ora vertunt.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Temerè in modum venti nunc huc, nunc illuc verso mari, velut monte præcipiti devolutus torrens rapitur.*

Huccine, assumto *Vt*, denotat Indignationem: Cic. 7. Verr. *Huccine omnia reciderunt, ut civis Romanus, &c. deligatus in foro cæderetur?* Ist es darzu kommen? &c.

ADVERB. *Iam*.

Tempus denotat præteritum. *Nunc* δὴ νῦν: jetzt/jetzunder/bald: & adjungit sibi Cùm. Cic.Fam.lib.2.*Sententiam meam facilimè perspicere potuisti, jam ab illo tempore, cùm in Cumanum mihi obviam venisti.* Idem, Verr.3.*Ego meum studium in Rempub. jam illo tempore ostendi, cùm longo intervallo veterem consuetudinem retuli.* Plaut. Bacchid. *Paulisper est libido homini suo animo obsequi, jam aderit tempus, cùm sese etiam ipse oderit.* Livius.decad.4.lib.8. *Iam nox appetebat, cùm prælio excedunt Thraces, &c.*

Iam, & *Nunc*, vel, *Nunc jam*.

Ἰσοδυναμοῦσαι λέξεις, (quas sic vocat Aristoph. Schol.) seu παράλληλοι; Denotant certum tempus, quod præsens est, jetzund/bald. Cic. Verr.6. *Patior non molestè, Iudices, eam vitam, quæ mihi sua sponte ante jucunda fuit, nunc jam meâ lege & conditione necessariam futuram.* Idem, Divinat.in Verr. *Iam nunc mente & cogitatione prospicio.* Plaut. Amph.

Amph. *Age aspice hæc sis nunc jam.* Terent. And. *Eamus nunc jam intrò.* Idem, Heaut. *Iam nunc hæc non est tua* Ovid. de arte 3.

Venturæ memores jam nunc estote senectæ.

Livius, decad. 3. lib. 3. *Qui tantas jam nunc procellas, prælia atque acies jactando inter togatos ciet, quid inter armatam juventutem censes facturum?* Idem, decad. 4. lib. 4. *Iam nunc hoc ita proponere vos animis oportet.* Vide infra, *Nunc jam.*

Iam Tum.

Significant, ex eo tempore. ſeit ein Dazumal / zur ſelben Zeit. Cic. pro Arch. *Ita se jam tum gessisse pro cive, iis temporibus quæ tu criminaris.* Ibidem, *Ego verò omnia, quæ gerebam, jam tum gerendo spargere me ac disseminare arbitrabor in orbis terræ memoriam sempiternam.* Idem, lib. 2. de Orat. *Iam tum ex me audiebas,* Idem, lib. 1. de Orat. *M. Marcellus jam tum erat adolescentulus his studiis mirificè deditus, &c.* Virg. lib. 1. Æn.

Si quâ fata sinant jam tum tenditque fovetque, &c.

Livius, decad. 1. lib. 1. *Iam tum in Palatino monte Lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt.* Idem, lib. 2. *Iam tum hostiles Spiritus gerens.*

Iam, Tum, Cum.

Eben zu der Zeit. Cic. Att. lib. 1. *Iacta ea, quæ jam tum, cum aderas offendere ejus animum intelligebam.* Idem, in Pison. *Is cum istum adolescentem jam tum cum hâ; Diis iratâ fronte vidisset, &c.* Terent. Eun. *Iam tum, cum primùm jussit, me ad se accersier.*

Iam cum *a*, vel, *ab*.

Cic. pro Mur. *Omnia, quæ per hoc biennium agitata sunt, jam ab eo tempore, quo L. Catilina consilium inivit, & in hoc tempus erumpunt.* Idem, de Orat. *Vt jam à principio videndum sit, quemadmodum velis pervenire ad extremum.* Idem. 4. Verr. *Herodorus jam abhinc triginta diebus offendit eum mensem Comitialem.* Idem, Verr. 6. *Quem Virginis raptum jam à pueris accepimus.* Plaut. Menæch. *Salutem primùm jam à principio vobis nuntio.*

Iam:

Iam: Iam verò.

In tranſitionibus locum habent, ab itio periodi. Cic.pro Mil. *Iam illud di-t, profectò quod ſuâ ſponte fecit.* Idem, pro .Man. *Iam verò virtuti Cn.Pomp. quæ poteſt tr oratio inveniri?* Idem, lib.2. de Orat. *am verò Narrationem quod jubent veriſimi-em eſſe, & apertam, & brevem, rectè nos admo-ent, &c.*

NOTA, *Iam verò*, etiam extra Tranſi-ionem uſurpari, ſecundo loco poſitum. Cic.de Cl. Orat. *Probabilis orator, jam verò etiam probatus, &c.* Vbi pro *Similiter*, po-ni videtur: vel potius, corrigendi vim habet.*q. d.* Quid dico probabilis eſt; imò jam probatus, Nun aber auch/ ꝛc.

Iam Diu.

Tam præſenti, quàm præterito tem-pori additur, & illi quidem, cum durat adhuc Actio: huic, cum longum Tem-pus indicatur. Cic.pro Cœl. *Iam diu no-biſcum in foro verſatur.* Idem, lib.1.de Orat.

Haud scio an tu primus ostenderis, qui jam diu multò dicis remissius & lenius, quàm solebas. Idem, lib. 2. de Finib. *Pyrrho, Aristo, Herillus jam diu abjecti.* Idem, 1. Catil. *Quorum ego vix à te jam diu manus contineo.* Idem. 1. Acad. *Iam diu hac tractantur à Græcis.* Idem, Att. lib. 1. *Itaque conventus qui initiò celebrabantur, jam diu fieri desierunt*, jetzt langst. Idem, pro Flacco. *Solveret invita civitas Castricio pecuniam, jam diu debitam.*

Cic. Verr. 6. *Iam diu* adjungit *Dum. De quorum religione jam diu dicimus, dum commemoro id ejus facimus.*

OBSERVATIO.

Hoc loco notandum, esse, qui negent rectè dici, (verbi causâ) jam diu est, quòd studet, Er studieret schon lang. Plautus tamen Amph. inquit, *Agite pugni, jam diu est, quòd ventri victum non datis.* schon lang / vor langst. Idem, Merc. *Syra non redit, quam accersitum patrem, jam diu est, quòd miseram, &c.*

Iam dudum.

Signi-

Significant longius temporis, sive præteriti, sive præsentis, spacium, quàm *Dudum*. Cic. Fam. lib. 3. *Vides sudare me jam dudum laborantem, quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda sunt,* jetzt newlich/ein gute weyl. Idem, Partit. *Quid? illa quæ sine arte appellantur, quæ jam dudum assumta dixisti.* Idem, de Orat. lib. 2. *Quæ jam dudum Cotta & Sulpitius expectant.* Idem. Verr. 6. *Iam dudum vereor, ne oratio mea aliena ab judiciorum ratione, &c. esse videatur.* Ibidem, *Tametsi jam dudum erro, qui tam multa de tuis emptionibus verba faciam, &c.* Ibidem, *Iactat se jam dudum de Calidio.* Plaut. Asin. *Iam dudum factum est, cum primùm bibi.* Idem, Menæch. *Iam dudum mulier tibi non imprudens adversabar.* Terent. Adelph. *Ain' patrem hinc abîsse rus? S. jam dudum.* Idem, Eun. *Iam dudum hera vos expectat domi.* Idem, Adelph. *Iam dudum aliquid ruri arbitror.* Ibidem, *Te jam dudum quæro, Mitio.* Idem, Hecyr. *Iam dudum dixi, itidemquè nunc dico.*

Iam pridem: Iam olim.

Significant Tempus quod diu præteriit:

iit: Cum præsenti, significant quidem tempus quod diu esse cæpit: sed nondum confectum est, vor langem. Cic.1. Acad. *Habeo opus magnum in manibus, quod jam pridem institui.* Idem, de Provinc. Coss. *Cum verò ille suæ gloriæ jam pridem, Reipub. nondum satisfecerit.* Idem, in Pison. *De quo jam pridem omnes mortales judicaverunt, &c.* Idem, Fam. lib. 8. *Quod si timor vestræ crudelitatis non esset, ejecti jam pridem hinc essemus.* Idem, Att. lib. 12. *Cupio equidem, & jam pridem cupio Alexandriam visere.* Plaut. Bacch. *Istud jam pridem scio, &c.* Terent. Hecyr. *Iam pridem audivi cæpisse odium tui Philumenam,* id est, jam aliquanto abhinc tempore. Idem, Eun. *Quia consimilem luserat jam olim ille ludum, &c.* Livius, decad. 3. lib. 10. *Præterea, quæ jam pridem in nostrâ potestate sunt.*

Iam inde, A, vel, *Ab.*

Significat *Inde usque à*, vel, *ab.* Cic. pro Flacco. *Huic testi patronum suum jam inde à patre, atque majoribus L. Flaccum mactandum tradidissent.* Idem, pro Balbo. *Iura, jam inde à prin-*

à principio Romani nominis à majoribus nostris comparata. Livius, decad. 3. lib. 6. *Iam inde à majoribus traditus mos Romanis colendi socios.* Terent. Adelph. *Is adeo dissimili studio est jam inde ab adolescentiâ.* Plaut. Capt. *Philocrates jam inde usque à puerò mihi amicus fuit.*

Et sine à, vel *ab.* Cic. in Vatin. *Ac tibi jam inde præscribo; ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas.*

Iam usque à, vel, *ab.*

Cic. in Divin. lib. 1. *Vetus opinio est jam usque ab Heroicis temporibus ducta, &c.* Terent. Heaut. *Amicus homo nobis est jam usque à pueritiâ.*

Iam tandem.

Cic. contra Rull. *Perficiam ut jam tandem illi fateantur.* Idem, Fam. lib. 14. *Reddita mihi jam tandem sunt à Cæsare litteræ.*

Iam jam, vel, *jamque.*

Celeritatem, denotant, pro, *Repente,* vel mox posita. Cic. in Brut. *Appius Claudius senatum jam jam inclinatum à Pyrrhi pace re-*

ce revocavit. Idem, lib.3. de Orat. *Iam jam intelligo, Crasse, quid dicas.* Idem. lib.3. de Finib. *Si longè non absunt à summo, ut jam jamque possint emergere.* Idem. Att. lib.2. *Illum ruere nunciant, & jam jamque adesse.* Idem, lib.1. Tusc. *Dies noctesque cogitandum est, jam jamque esse moriendum.* Idem, Fam. lib. 12. *Persuade tibi te & Brutum expectari: Brutum quidem jam jamque.* Terent. And. *Ni puerum tollis, jam jam ego hunc provolvam mediam in viam.* Idem, in Adelph. *Iam jam desino, &c.* Plaut. Mostell. *Iam jam optime præceptis paruisti.* Idem, Menæch. *Iam jam amabo desine ludos facere.*

ADVERB. *Identidem.*

Identidem, pro, *frequenter*, sæpenumerò, & per intervalla usurpatur; Offt/dick/eines vber das ander/bißweilen. Cic. pro Rosc. Am. *L. Cassius ille identidem in causis quærere solebat, Cui bono fuisset.* Idem, Tusc. lib.3. *Scindens dolore identidem intonsam comam.* Idem, Att. lib.13. *Itaque revolver identidem in Tusculanum.* Idem, pro Rab. Posth. *Recitabatur identidem Pompeij testi-*

testimonium. Plaut. Milit. *Cogitato identidem, tibi quàm fidelis fuerim.* Idem, Menæc. *Ne te uxor sequatur, respectas identidem.*

ADVERB. *Illico.*

Continuò, confestim, statim, παραυτίκα, εὐθέως von stundt an/ bald. Propriè in loco, ut ait Festus, ac brevitatem temporis notat. Cic. Att. lib. 2. *Illico puer abs te cum epistolis.* Idem, pro Cluent. *Illico A. Julius convalescit.* Idem, Fam. lib. 8. *Quòd Pycius eum de repetundis postulavit, magna illico fama surrexit, &c.* Idem, pro Quint. *Illicone ad Prætorem ire convenit? Continuò ne postulare?* Terent. Hecyr. *Fugêre è conspectu illico:* Plaut. Pseud. *Illico vixit amator, ubi Lenoni placet.* Idem, Epid. *Nam postquam audivi, illico ex meo servo, illam esse captam, continuò argentum dedi, ut emeretur.*

ADVERB. *Immò.*

Immò, significat, *Quin potius*, μᾶλλον δὲ, μᾶλλον μὲν οὖν, servit correctioni. Ja viel mehr: Invenitur etiam unâ M. litterâ

litterâ scriptum. Cic. Att. lib. 9. *Causa igitur non bona est, immò optima, &c.* Idem, pro Cluent. *At tum si dicerem non audirer, non quòd alia res esset, immò eadem, sed tempus aliud.* Terent. Adelph. *Cum primâ luce ibo hinc. M. immò de nocte censeo,* Idem, Heaut. *Filium unicum habeo, Ah quid dixi, habere me? immò habui, Chreme, &c.* Idem, And. *Nempe ut curentur rectè hæc. S. immò aliud, &c.* Plaut. Amph. *Quod apud hasce ædes negotium est tibi? S. Immò, quod tibi est?*

Interdum admitti t socias particulas, *certè, Enim, Etiam, Verò.* Terent. Eun. *Iam hæc tibi aderit supplicans ultro.* Thr. *Credin'. Gn. Immò certè: Novi ingenium mulierum.* Idem, And. *Dum studeo obsequi tibi, pene illusi vitam filiæ. S. Immò enim quàm maximè abs te oro, atque postulo, Chreme, &c.* Sed redundare videtur. Ibidem, *Nec te quivit hodie cogere illam ut duceres. P. Immò etiam, quo tu minus scis ærumnas meas.*

Ponitur pro, *Quod plus est*, ut vulgus loquitur. Idem, *Quid illum censes? cum illa litigat. D. Immò verò indignum, Chreme, jam facinus faxo ex me audias.* Cic. in Partit.

tit: *Omnibusne ex his locis argumenta sumemus?* C P. *Immò verò scrutabimur.* Idem, Verr.6. *Quid ergo? hoc solum auditione expetere capit, cum id ipse non vidisset? immò verò alia complura.*

Immò Enim verò. Terent. Eun. *Is, dum sequor hunc, fit mihi obviam.* P. *Incommodè herclè* C. *Immò enimverò, infeliciter.* Idem, Phorm. *Siccine hunc decipis? Immò enimverò, Antipho, hic me decipit.*

ADVERB. *Inde.*

Inde, de loco significat, ἔνθεν, von dannen. Cic. Att. lib. 9. *Qui autem veniunt inde (id est, illinc) id modo nunciant.* Livius, lib. 1. *Primò in Macedoniam venisse, inde in Siciliam, &c.* Ibidem, *Ab Antio Satricum, ab Satrico Veliterras, inde Tusculum legiones ductas esse.* Idem, decad. 3. lib. 3. *Brevi Capuam omnis Italiæ caput fore, juraque inde cum cæteris Romanum petiturum.*

Inde, pro, *Deinde*:

Significat *pòst*, hernach. Cic. pro Mur.

Quid tum inde? Idem, de Cl. Orat. *Deinceps inde multi*, viel darnach/nach einander. Livius, decad. 1. lib. 1. *Inde ordine alij rogantur.* Idem, decad. 3. lib. 6. *In hac tanto animo consensum est, ut gratia ultro consulibus agerentur: Senatu inde misso, pro se quisque aurum, argentum, & æs in publicum conferunt.*

Inde, ad Tempus relatum.

Significat, *Ab eo tempore*, von der Zeit. Cic. de Provinc. Coss. *Iam inde à principio hujus imperij, &c.* Plaut. Trin. *Inde ab eunte ætate cum animo depugnat suo*, id est, ab incunabulis, von Kindheit auff. Idem, Cass. *Vos esse mihi æquos jam inde à principio scio.* Livius, decad. 3. lib. 6. *Ad hæc jam inde ab initio præparans animos, ex quo togam virilem sumsit, &c.*

Inde, ad personam relatum.

Terent. Adelph. *Vxorem duxit, nati filij duo: inde ego hunc majorem adoptavi mihi, &c.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Ad Bargusios primùm venerunt, &c. ad Volscianos inde ventum esse.*

..nt, &c.

Inde

Inde, pro, *ob id*, ob eam rem, propterea.

Terent. Heaut. *Hæc inter nos nuper admodum notitia est: inde adeò, quòd agrum hîc in proximo mercatus es.* Livius. decad. 1. lib. 1. *Inde & civibus otij cupidis, & finitimis civitatibus facta spes, in avi mores atque instituta regem abiturum.*

Inde, Vnde.

Cic. pro L. Man. *Atque ut inde oratio mea proficiscatur, unde hæc omnis causa ducitur.* Idem, Heren. lib. 1. *Si inde incipiemus narrare, unde necesse erit.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Postero die cum classis inde retro ad Oceanum, unde venerat fugisset.*

Inde, Vbi.

Temporis habent significationem. Livius, decad. 1. lib. 1. *Inde ubi satis subisse sese ratus est.* Virg. 3. Æn. *Inde ubi prima fides pelago.* Idem, 6. Æn.

Inde ubi venêre ad fauces graveolentis Averni.

ADVERB. *Indidem.*

Indidem, ex *Inde* & *Idem*, conflatum, ἐνθένδε. Eben von dem Ort: Ab, vel ex eodem loco, parte, &c. Cic. pro Rosc. Am. *Quod si per alios fecisse dicitis, quæro servos ne an liberos? quos homines indidem Ameriâ, an hosce ex urbe sicarios?* Plaut. Cistell. *Indidem unde oritur, facito, &c.*

ADVERB. *Inibi.*

Significat quiddam majus, quàm ibi, ἐκεῖ: Componitur cum In & ibi, Eben daselbst. Cic. 14. Philipp. *Quod sperare nos quidem debemus, P. C. aut inibi esse, aut jam esse confectum.* Plaut Capt. *Et inibi emit olim amissum filium.*

ADVERB. *Interea*, & *Interim.*

Temporis utrumque significationem habet μεταξύ, ἐν τῷ μεταξύ, dar zwischen/ unter dessen/ mittler zeit/ mittler weil: Vtrumque enim interdum Absolutè ponitur; interdum assumit Dum. Cic. Fa. lib. 6. *Tu interea non cessabis, & ea quæ habes in-*

instituta perpolies. Idem, pro P. Quint. *Nec interea verbum interposuit Navius.* Idem, Att. lib. 7. *Interim velim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties.* Terent. Hecyr. *Quid interea? ibat ne ad Bacchidem?* id est, inter eos dies. Idem, And. *Interim funus procedit; sequimur, &c.*

Interea, cum, *Dum*.

Cic. pro P. Quint. *Hæc dum Romæ geruntur, interea Quintius de agro detruditur.* Terent: Heaut. *Tu hic nos, dum eximus interea: operibere.* Idem, Eun. *Vinc' interea, dum is venit, domi operiamur potiùs, quàm ante ostium?*

Interim, cum, *Dum*:

Cæsar, de bell. Gall. lib. 5. *Interim dum de conventionibus inter se agunt.* Livius, decad. 1. lib. 6. *Dum conscribitur Romæ exercitus, interim hostibus haud procul Alliâ flumine castra posita, &c.* Idem, decad. 4. lib 5. *Interim dum novi Magistratus sortirentur provincias jussus, est M. Bæbius transire, &c.*

ADVERBIUM, *Ita*.

Ita, in affirmando & respondendo usum.

ſum habet potiſſimùm. Cic. Ver.4. *Si planum ſit, hoc ita quemadmodum dico, eſſe factum.* Idem, pro Cluent. *Non eſt ita,* id eſt, *non eſt verum.* Terent. Heaut. *Ita ajunt, ita prædicant.* Ibidem, *Noſtra eſt, ita ſi eſt.*

Ita, pro, *valdè*, ſeu, *Adeò*.

Cic. de Cl. Orat. *Non ita multùm dicendi laude proceſſerat.* Idem, pro P. Quint. *Quo mortuo nec ita multò poſt* (nicht ſo gar lang hernach) *in Galliam proficiſcitur.* Terent. Hecyr. *Currere non queo, ita defeſſus ſum.* Livius, decad. 3. lib. 10. *Tybure haud ita multò antè mortuus eſt.* Idem, decad. 3 lib. 7. *Si bonum virum ducerent, quid ita pro malo ac noxio damnâſſent: Si innoxium comperiſſent, quid ita malè credito priore conſulatu, alterum crederent?*

Ita, pro, *Itaque*, ſeu, *Igitur*.

Cic. pro L. Man. *Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcripturâ vectigal conſervatur.* Idem, pro Cœl. *Ita ſi verum tibi Cœlius*

lius dixit. Idem.lib.1.de Nat.Deor. *Virtus autem actuosa est, & Deus vester nihil agens: expers virtutis igitur; ita ne beatus quidem est.* Idem, de Finib. *Ita fit ut quod bonum sit, id etiam honestum sit.* Idem, Verr. 7. *Accepisti navem contra legem, remisisti contra fœdera, ita in unâ civitate bis improbus fuisti, &c.* Ibidem, *Ita ab se invito Phaleras ablatas gratis, &c.* Idem, lib. 2. de Orat. *Ita levissimam delectationem gravissimæ, ut ipsi ferunt, utilitati anteponunt.*

Ita, in jurejurando.

Cic. Verr. 1. *Ita mihi Deos omnes propitios esse velim.* Idem Att. lib. 9. *Certè scio, me ab singulari amore, ac benevolentia quacunque scribo, tibi scribere; quod te (ita incolumi Cæsare moriar) tanti facio, ut paucos æquè ac te charos habeam.* Idem, 4. Catil. *Nam ita mihi salvâ repub. vobiscum perfrui liceat.* Terent. Heaut *Ita, me Dij amabunt, ut nunc Menedemi miseret me.* Idem, Hecyr. *L. Hem. Tu nescis. S. non, ita me Dij bene ament.* Idem. Eun. *Ita me Deus amet.* Plaut. Curcul. *Ita me Venus amet.*

Idem,

sum habet potissimùm. Cic. Ver. 4. *Si planum sit, hoc ita quemadmodum dico, esse factum.* Idem, pro Cluent. *Non est ita,* id est, *non est verum.* Terent. Heaut. *Ita ajunt, ita prædicant.* Ibidem, *Nostra est, ita si est.*

Ita, pro, *valdè*, seu, *Adeò*.

Cic. de Cl. Orat. *Non ita multùm dicendi laude processerat.* Idem, pro P. Quint. *Quo mortuo nec ita multò post* (nicht so gar lang hernach) *in Galliam proficiscitur.* Terent. Hecyr. *Currere non queo, ita defessus sum.* Livius, decad. 3. lib. 10. *Tybure haud ita multò antè mortuus est.* Idem, decad. 3 lib. 7. *Si bonum virum ducerent, quid ita pro malo ac noxio damnâssent: Si innoxium comperissent, quid ita malè credito priore consulatu, alterum crederent?*

Ita, pro, *Itaque*, seu, *Igitur*.

Cic. pro L. Man. *Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scripturâ vectigal conservatur.* Idem, pro Cœl. *Ita si verum tibi Cælius*

lius dixit. Idem.lib.1.de Nat.Deor. *Virtus autem actuosa est, & Deus vester nihil agens: expers virtutis igitur; ita ne beatus quidem est.* Idem, de Finib. *Ita fit ut quod bonum sit, id etiam honestum sit.* Idem, Verr-7. *Accepisti navem contra legem, remisisti contra fœdera, ita in unâ civitate bis improbus fuisti, &c.* Ibidem, *Ita ab se invito Phaleras ablatas gratis, &c.* Idem, lib.2. de Orat. *Ita levissimam delectationem gravissimæ, ut ipsi ferunt, utilitati anteponunt.*

Ita, in jurejurando.

Cic.Verr.1. *Ita mihi Deos omnes propitios esse velim.* Idem Att. lib. 9. *Certè scio, me ab singulari amore, ac benevolentia quæcunque scribo, tibi scribere; quod te (ita incolumi Cæsare moriar) tanti facio, ut paucos æquè ac te charos habeam.* Idem, 4. Catil. *Nam ita mihi salvâ repub. vobiscum perfrui liceat.* Terent. Heaut *Ita, me Dij amabunt, ut nunc Menedemi miseret me.* Idem, Hecyr. *L.Hem. Tu nescis. S. non, ita me Dij bene ament.* Idem.Eun. *Ita me Deus amet.* Plaut. Curcul. *Ita me Venus amet.*

Idem,

ſum habet potiſſimùm. Cic. Ver.4. *Si planum ſit, hoc ita quemadmodum dico, eſſe factum.* Idem, pro Cluent. *Non eſt ita,* id eſt, *non eſt verum.* Terent. Heaut. *Ita ajunt, ita prædicant.* Ibidem, *Noſtra eſt, ita ſi eſt.*

Ita, pro, *valdè*, ſeu, *Adeò*.

Cic. de Cl. Orat. *Non ita multùm dicendi laude proceſſerat.* Idem, pro P. Quint. *Quo mortuo nec ita multò poſt* (nicht ſo gar lang hernach) *in Galliam proficiſcitur.* Terent. Hecyr. *Currere non queo, ita defeſſus ſum.* Livius, decad. 3. lib. 10. *Tybure haud ita multò antè mortuus eſt.* Idem, decad. 3 lib. 7. *Si bonum virum ducerent, quid ita pro malo ac noxio damnâſſent: Si innoxium comperiſſent, quid ita malè credito priore conſulatu, alterum crederent?*

Ita, pro, *Itaque*, ſeu, *Igitur*.

Cic. pro L. Man. *Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcripturâ vectigal conſervatur.* Idem, pro Cœl. *Ita ſi verum tibi Cœ-*

lius dixit. Idem.lib.1.de Nat.Deor. *Virtus autem actuosa est, & Deus vester nihil agens: expers virtutis igitur; ita ne beatus quidem est.* Idem, de Finib. *Ita fit ut quod bonum sit, id etiam honestum sit.* Idem, Verr-7. *Accepisti navem contra legem, remisisti contra fœdera, ita in unâ civitate bis improbius fuisti, &c.* Ibidem, *Ita ab se invito Phaleras ablatas gratis, &c.* Idem, lib.2. de Orat. *Ita levissimam delectationem gravissimæ, ut ipsi ferunt, utilitati anteponunt.*

Ita, in jurejurando.

Cic.Verr.1. *Ita mihi Deos omnes propitios esse velim.* Idem Att. lib. 9. *Certè scio, me ab singulari amore, ac benevolentia quæcunque scribo, tibi scribere; quod te (ita incolumi Cæsare moriar) tanti facio, ut paucos æquè ac te charos habeam.* Idem, 4. Catil. *Nam ita mihi salvâ repub. vobiscum perfrui liceat.* Terent. Heaut *Ita, me Dij amabunt, ut nunc Menedemi miseret me.* Idem, Hecyr. *L.Hem. Tu nescis. S. non, ita me Dij bene ament.* Idem, Eun. *Ita me Deus amet.* Plaut. Curcul. *Ita me Venus amet.*

Idem,

sum habet potissimùm. Cic. Ver. 4. *Si planum sit, hoc ita quemadmodum dico, esse factum.* Idem, pro Cluent. *Non est ita*, id est, *non est verum*. Terent. Heaut. *Ita ajunt, ita prædicant.* Ibidem, *Nostra est, ita si est.*

Ita, pro, *valdè*, seu, *Adeò*.

Cic. de Cl. Orat. *Non ita multùm dicendi laude processerat.* Idem, pro P. Quint. *Quo mortuo nec ita multò post* (nicht so gar lang hernach) *in Galliam proficiscitur.* Terent. Hecyr. *Currere non queo, ita defessus sum.* Livius, decad. 3. lib. 10. *Tybure haud ita multò antè mortuus est.* Idem, decad. 3 lib. 7. *Si bonum virum ducerent, quid ita pro malo ac noxio damnâssent: Si innoxium comperissent, quid ita malè credito priore consulatu, alterum crederent?*

Ita, pro, *Itaque*, seu, *Igitur*.

Cic. pro L. Man. *Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scripturâ vectigal conservatur.* Idem, pro Cœl. *Ita si verum tibi Cœ-*

lius dixit. Idem.lib.1.de Nat.Deor. *Virtus autem actuosa est, & Deus vester nihil agens: expers virtutis igitur; ita ne beatus quidem est.* Idem, de Finib. *Ita fit ut quod bonum fit, id etiam honestum sit.* Idem, Verr-7. *Accepisti navem contra legem, remisisti contra fœdera, ita in unâ civitate bis improbus fuisti, &c.* Ibidem, *Ita ab se invito Phaleras ablatas gratis, &c.* Idem, lib.2. de Orat. *Ita levissimam delectationem gravissimæ, ut ipsi ferunt, utilitati anteponunt.*

Ita, in jurejurando.

Cic.Verr.1. *Ita mihi Deos omnes propitios esse velim.* Idem Att. lib. 9. *Certè scio, me ab singulari amore, ac benevolentia quacunque scribo, tibi scribere; quod te (ita incolumi Cæsare moriar) tanti facio, ut paucos æquè ac te charos habeam.* Idem, 4. Catil. *Nam ita mihi salvâ repub. vobiscum perfrui liceat.* Terent. Heaut *Ita, me Dij amabunt, ut nunc Menedemi miseret me.* Idem, Hecyr. *L.Hem. Tu nescis. S. non, ita me Dij bene ament.* Idem, Eun. *Ita me Deus amet.* Plaut. Curcul. *Ita me Venus amet.*

Idem,

ADVERB. *Indidem.*

Indidem, ex *Inde* & *Idem*, conflatum, ἐνθένδε. Eben von dem Ort: Ab, vel ex eodem loco, parte, &c. Cic. pro Rosc. Am. *Quod si per alios fecisse dicitis, quæro servos ne an liberos? quos homines indidem Ameriâ, an hosce ex urbe sicarios?* Plaut. Cistell. *Indidem unde oritur, facito, &c.*

ADVERB. *Inibi.*

Significat quiddam majus, quàm ibi, ἐκεῖ: Componitur cum In & ibi, Eben daselbst. Cic. 14. Philipp. *Quod sperare nos quidem debemus, P. C. aut inibi esse, aut jam esse confectum.* Plaut Capt. *Et inibi emit olim amissum filium.*

ADVERB. *Interea*, & *Interim.*

Temporis utrumque significationem habet μεταξύ, ἐν τῷ μεταξύ, dar zwischen/ unter dessen/mittler zeit/mittler weil: Vtrumque enim interdum Absolutè ponitur; interdum assumit *Dum*. Cic. Fa. lib. 6. *Tu interea non cessabis, & ea quæ habes in-*

instituta perpolies. Idem. pro P. Quint. *Nec interea verbum interposuit Nævius.* Idem, Att.lib. 7. *Interim velim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties.* Terent. Hecyr. *Quid interea? ibat ne ad Bacchidem?* id est, inter eos dies. Idem, And. *Interim funus procedit, sequimur, &c.*

Interea, cum, *Dum.*

Cic. pro P. Quint. *Hæc dum Romæ geruntur, interea Quintius de agro detruditur.* Terent. Heaut. *Tu bis nos, dum eximus interea operibere.* Idem, Eun. *Vune interea, dum is venit, domi operiamur potiùs, quàm ante ostium?*

Interim, cum, *Dum.*

Cæsar, de bell. Gall. lib. 5. *Interim dum de conventionibus inter se agunt.* Livius, decad. 1. lib. 6. *Dum conscribitur Romæ exercitus, interim hostibus haud procul Alliâ flumine castra posita, &c.* Idem, decad. 4. lib 5. *Interim dum novi Magistratus sortirentur provincias jussus, est M. Bæbius transire, &c.*

ADVERBIUM, *Ita.*

Ita, in affirmando & respondendo usum.

lius dixit. Idem.lib.1.de Nat.Deor. *Virtus autem actuosa est, & Deus vester nihil agens: expers virtutis igitur; ita ne beatus quidem est.* Idem, de Finib. *Ita fit ut quod bonum sit, id etiam honestum sit.* Idem, Verr-7. *Accepisti navem contra legem, remisisti contra fœdera, ita in unâ civitate bis improbus fuisti, &c.* Ibidem, *Ita ab se invito Phaleras ablatas gratis, &c.* Idem, lib.2. de Orat. *Ita levissimam delectationem gravissima, ut ipsi ferunt, utilitati anteponunt.*

Ita, in jurejurando.

Cic.Verr.1. *Ita mihi Deos omnes propitios esse velim.* Idem Att. lib. 9. *Certè scio, me ab singulari amore, ac benevolentia quæcunque scribo, tibi scribere; quod te (ita incolumi Cæsare moriar) tanti facio, ut paucos æquè ac te charos habeam.* Idem, 4. Catil. *Nam ita mihi salvâ repub. vobiscum perfrui liceat.* Terent. Heaut *Ita, me Dij amabunt, ut nunc Menedemi miseret me.* Idem, Hecyr. *L.Hem. Tu nescis. S. non, ita me Dij bene ament.* Idem.Eun. *Ita me Deus amet.* Plaut. Curcul. *Ita me Venus amet.*

Idem,

Idem, Amph. *Ita me servet Iuppiter*, als helff mir Gott/helff mir Gott. Ibidem. *Ita Dij faciant, ut tu potius sis, atque ego te ut verberem?*

Ita, cum, *Ut*, vel, *Uti*.

οὕτως, ὡς, vel, οὕτως, ὥσπερ, vel, παραπλησίως. Cic. pro L. Man. *Bellum ita necessarium est, ut negligi non possit, ita magnum, ut accuratissimè sit administrandum.* Idem, Verr. 4. *Semper ita vivamus, ut rationem reddendam nobis arbitremur.* Livius, decad. 4. lib. 4. *Circumfuso undique pavore ita obtorpuit, ut nec dicere quod in rem esset, nec audire posset.* Plaut. Capt. *Facis ita ut te facere oportet.* Idem, Amph. *Ita Displacitum, voluptatem ut mœror comes consequatur.* Idem, Capt. *Servitutem ita fers uti ferri decet.* Terent. Adelph. *Atque ita, uti decet, hilarem fac te ingnati nuptiis, &c.* Idem, And. *Atque ita, uti nuptiæ fuerant futuræ fiant.*

Ita, sequente, *Ut si*.

Pro, *Adeò ut*; *Adeò ut si*. Cic. Fam. lib. 13. *Mihi ita benevolè fideliterquè præstò fuit, ut si:*

si esset à me manu missus. Terent. Eun. *Cœpit studiosè omnia docere ita, uti si esset filia.*

Ita, cum, *Quasi.*

Cic. pro Quint. *Quâ in re ita diligens erat, quasi ij, qui magnâ fide societatem gererent*, Also/als. Idem, de Senect. *Cujus sermone ita tum cupidè fruebar, quasi jam divinarem, &c.* Plaut. Amph. *Sed ita assimilavit se, quasi Amphitruo sit.* Terent. Adelph. *Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseris.*

Ita, cum, *Tanquam*, &, *Quemadmodum.*

Cic. Verr. 6. *Neque enim ita se gessit in rebus tanquam rationem aliquando esse redditurus.* Idem, Verr. 7. *Quæsturam ita gessit, quemadmodum audivistis,* Idem, Att. lib. 13. *Quare facies, ut ita sit in libris, quemadmodum fuit.* Idem, Fam. lib. 10. *Ita porrò festinavit uterque confligere, tanquam nihil pejus timerent, quàm ne, sine maximo Reip. detrimento, bellum componeretur.* Idem, Verr. 4. *Cum rem*

rem ita exposuissem, quemadmodum nunc apud vos. Livius, decad. 3. lib. 1. *Precatus Deos, si falleret, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactâsset.*

Ita, Quomodo, vel, *Sicut.*

Cic. ad Heren. lib. 4. *Cum ita objurgamus eos qui audiunt, quomodo ipsi se cupiunt objurgari.* Idem, contra Rull. *Mihi constitutum est, ita gerere consulatum, quo uno modo geri graviter & liberè potest.* Idem, in 2. contra Rull. *Me consulem ita fecistis, quomodo pauci nobiles in hac civitate consules facti sunt.* Livius, decad. 3. lib. 1. *His paucis populis sicut lugubre, ita insigne documentum Sagunti ruina erunt, &c. ne quis P. Rom. confidat.*

Ita, sequente, *Si.*

Significat idem quod, *Hâc conditione, Si.* Cic. pro Mil. *Fingite, &c. si possim efficere, ut Milonem absolvatis, sed ita, si P. Clodius revixerit,* der gestalt/mit dem Beding. Idem, Fam. lib. 5. *Crebris nos litteris appellato, atque ita, si idem fiet à nobis.* Idem, Fam. lib. 11. *Tu me amabis ita, si hoc idem me in te facere senseris.*

Terent. Hecyr. *Haud ita decet, si perpetuam vis esse affinitatem hanc.* Livius, decad.3. lib.1. *In fœdere additum erat, ita id ratum fore, si populus censuisset.* Idem, decad.4. lib.6. *De frumentis utrisque responsum, ita, P. Romanum, usurum, si precium acciperent.*

Ita, cum *ne, ut ne, ut non.*

Plaut. Curcul. *Permittimus dum quidem herclè ita judices, ne quisquam à me argentum auferat.* Terent. Phor. *Ita fugias, ne præter casam.* Livius, decad.3. lib.6. *Vrbanas legiones ita scribere* Coss. *jussi, ne quem militem facerent, qui in exercitu Claudij, &c. fuisset.* Cic. Att. lib. 12. *Rogo ut explores, ad quam diem hîc ita possim esse, ut ne opprimar.* Idem, Fam. lib. 16. *Sed tamen ita velim (te nobiscum esse) ut ne quid properes.* Ibidem, lib. 7. *Græcos verò ita non ames, ut ne ad villam quidem tuam viâ Græcâ ire soleas.* Idem, pro Rosc. Am. *Veruntamen hoc ita est utile, ut ne planè illudamur, &c.* Idem, lib. 2. Off. *Nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit.*

Itane

Itane: *Itane verò*.

Vim habet ſciſcitandi, inſtandi, indignandi. Cic. pro Roſ. Am. *Perditiſſimi eſt igitur hominis, ſimul & amicitiam diſſolvere, & fallere eum, qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet: Itâne eſt? &c.* Idem, de Divin. lib. 2. *Itane cenſes, ante coronam extitiſſe, quàm herbarum conceptum eſſe ſemen?* Terent. Phor. *Itâne tandem uxorem duxit Antipho injuſſu meo?* Idem, And. *O Dave, itân' contemnor abs te? aut itâne tandem idoneus tibi videor eſſe, quem fallas?* Cic. lib. 1. de Divin. *Caſu, inquis, itâne verò quicquam poteſt eſſe caſu factum, quod omnes in ſeſe habet numeros veritatis?* Idem, pro Domo. *Itâne verò, quod in imperita multitudine eſt vitioſiſſimum, hoc tu ad hos transferas?* Idem, Verr. 3, *Itâne verò tu, quum quæſtor eſſes, ad exercitum miſſus ſis, &c.* Terent. And, *Itâne verò obturbat?*

Itaque, &, *Itáque*.

Itaque, penultimâ correptâ vim habet vim concludendi ſignificans. Ergo. Cic. de

de Am. *Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa breviter & commodè dicta memoriæ mandabam.* Idem, Verr. 6. *Itaque ab illis qui principes in ea civitate erant, præcipitur.*

Itáq; accẽtu in penult. significat, *Et ita* vñ alſo/auff dieſe weiß. Cic. pro Lig. *Tardiùs iter fecit: Itáque in Africam venit jam occupatam.* Terent. And. *Imò ita volo, itáque postulo, ut fiat.* Cic. Verr. 6. *Itáque brevi tempore ad Fanum ex totá urbe concurritur, &c.* Ibidem, *Venit nobis in mentem non esse vitandum illum conventum & locum. Itaque in curiam venimus, &c.*

Livius, *Itaque & Ergò* conjungit, lib. 5. de bell. Pun. *Itaque ergo ut magistratu abiêre, &c.*

Ita, pro, *Talis,* vide infrà. *Sic sum.*

ADVERBIUM, *Item.*

Item significat. *Similiter, Etiam, Quoque,* ὁμοίως, ὡσαύτως, deßgleichen/auch. Cic. pro L. Man. *Q. Catulus summis vestris beneficiis affectus, itemque summis ornamentis honoris, virtutis, ingenij præditus, &c.* Idem, Verr. 6. *Cum Taurominitanis item fœderatis navem imperâsti*

Itane: Itane verò.

Vim habet ſciſcitandi, inſtandi, indignandi. Cic. pro Roſ. Am. *Perditiſſimi eſt igitur hominis, ſimul & amicitiam diſſolvere, & fallere eum, qui læſus non eſſet, niſi crediſſet: Itáne eſt? &c.* Idem, de Divin. lib. 2. *Itane cenſes, ante coronam extitiſſe, quàm herbarum conceptum eſſe ſemen?* Terent. Phor. *Itâne tandem uxorem duxit Antipho injuſſu meo?* Idem, And. *O Dave, itân' contemnor abs te? aut itâne tandem idoneus tibi videor eſſe, quem fallas?* Cic. lib. 1. de Divin. *Caſu, inquis, itâne verò quicquam poteſt eſſe caſu factum, quod omnes in ſeſe habet numeros veritatis?* Idem, pro Domo. *Itâne verò, quod in imperita multitudine eſt vitioſiſſimum, hoc tu ad hos transferas?* Idem, Verr. 3. *Itâne verò tu, quum quæſtor eſſes, ad exercitum miſſus ſis, &c.* Terent. And, *Itâne verò obturbat?*

Itaque, & , Itáque.

Itaque, penultimâ correptâ vim habet vim concludendi ſignificans. Ergo. Cic. de

de Am. *Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa breviter & commodè dicta memoriæ mandabam.* Idem, Verr. 6. *Itaque ab illis qui principes in ea civitate erant, præcipitur.*

Itáq; accẽtu in penult. significat, *Et ita* vñ alſo/auff dieſe weiß. Cic. pro Lig. *Tardiùs iter fecit: Itáque in Africam venit jam occupatam.* Terent. And. *Imò ita volo, itáque postulo, ut fiat.* Cic. Verr. 6. *Itáque brevi tempore ad Fanum ex totá urbe concurritur, &c.* Ibidem, *Venit nobis in mentem non esse vitandum illum conventum & locum. Itaque in curiam venimus, &c.*

Livius, *Itaque & Ergò* conjungit, lib. 5. de bell. Pun. *Itaque ergo ut magistratu abiêre, &c.*

Ita, pro, *Talis*, vide infrà. *Sic sum.*

ADVERBIUM, *Item*.

Item significat. *Similiter, Etiam, Quoque*, ὁμοίως, ὡσαύτως, deßgleichen/auch. Cic. pro L. Man. *Q. Catulus summis vestris beneficiis affectus, itemque summis ornamentis honoris, virtutis, ingenij præditus, &c.* Idem, Verr. 6. *Cum Taurominitanis item fœderatis navem imperâsti*

 perâsti

Itane: Itane verò.

Vim habet ſciſcitandi, inſtandi, indignandi. Cic. pro Roſ. Am. *Perditiſſimi eſt igitur hominis, ſimul & amicitiam diſſolvere, & fallere eum, qui læſus non eſſet, niſi crediſſet: Itáne eſt? &c.* Idem, de Divin. lib. 2. *Itane cenſes, ante coronam extitiſſe, quàm herbarum conceptum eſſe ſemen?* Terent. Phor. *Itâne tandem uxorem duxit Antipho injuſſu meo?* Idem, And. *O Dave, itân' contemnor abs te? aut itâne tandem idoneus tibi videor eſſe, quem fallas?* Cic. lib. 1. de Divin. *Caſu, inquis, itâne verò quicquam poteſt eſſe caſu factum, quod omnes in ſeſe habet numeros veritatis?* Idem, pro Domo. *Itâne verò, quod in imperita multitudine eſt vitioſiſſimum, hoc tu ad hos transferas?* Idem, Verr. 3. *Itâne verò tu, quum quæſtor eſſes, ad exercitum miſſus ſis, &c.* Terent. And, *Itâne verò obturbat?*

Itaque, & , Itáque.

Itaque, penultimâ correptâ vim habet vim concludendi ſignificans. Ergo. Cic. de

de Am. *Ita que multa ab eo prudenter disputata, multa breviter & commodè dicta memoria mandabam.* Idem, Verr. 6. *Itaque ab illis qui principes in ea civitate erant, præcipitur.*

Itáq; accẽtu in penult. significat, *Et ita* vñ alſo/auff dieſe weiß. Cic. pro Lig. *Tardiùs iter fecit: Itáque in Africam venit jam occupatam.* Terent. And. *Imò ita volo, itáque postulo, ut fiat.* Cic. Verr. 6. *Itáque brevi tempore ad Fanum ex totá urbe concurritur, &c.* Ibidem, *Venit nobis in mentem non esse vitandum illum conventum & locum. Itaque in curiam venimus, &c.*

Livius, *Itaque & Ergò* conjungit, lib. 5. de bell. Pun. *Itaque ergo ut magistratu abiêre, &c.*

Ita, pro, *Talis*, vide infrà. *Sic sum.*

ADVERBIUM, *Item.*

Item significat. *Similiter, Etiam, Quoque,* ὁμοίως, ὡσαύτως, deßgleichen/auch. Cic. pro L. Man. *Q. Catulus summis vestris beneficiis affectus, itemque summis ornamentis honoris, virtutis, ingenij præditus, &c.* Idem, Verr. 6. *Cum Tauromenitanis item fœderatis navem imperâsti*

Itane: Itane verò.

Vim habet ſciſcitandi, inſtandi, indignandi. Cic. pro Roſ. Am. *Perditiſſimi eſt igitur hominis, ſimul & amicitiam diſſolvere, & fallere eum, qui læſus non eſſet, niſi crediſſet: Itáne eſt? &c.* Idem, de Divin. lib. 2. *Itane cenſes, ante coronam extitiſſe, quàm herbarum conceptum eſſe ſemen?* Terent. Phor. *Itâne tandem uxorem duxit Antipho injuſſu meo?* Idem, And. *O Dave, itân' contemnor abs te? aut itâne tandem idoneus tibi videor eſſe, quem fallas?* Cic. lib. 1. de Divin. *Caſu, inquis, itâne verò quicquam poteſt eſſe caſu factum, quod omnes in ſeſe habet numeros veritatis?* Idem, pro Domo. *Itâne verò, quod in imperita multitudine eſt vitioſiſſimum, hoc tu ad hos transferas?* Idem, Verr. 3. *Itâne verò tu, quum quæſtor eſſes, ad exercitum miſſus ſis, &c.* Terent. And. *Itâne verò obturbat?*

Itaque, &, Itáque.

Itaque, penultimâ correptâ vim habet vim concludendi ſignificans. Ergo. Cic. de

de Am. *Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa breviter & commodè dicta memoriæ mandabam.* Idem, Verr. 6. *Itaque ab illis qui principes in ea civitate erant, præcipitur.*

Itáq; accẽtu in penult. significat, *Et ita* vñ also/auff diese weiß. Cic. pro Lig. *Tardiùs iter fecit: Itáque in Africam venit jam occupatam.* Terent. And. *Imò ita volo, itáque postulo, ut fiat.* Cic. Verr. 6. *Itáque brevi tempore ad Fanum ex totá urbe concurritur, &c.* Ibidem, *Venit nobis in mentem non esse vitandum illum conventum & locum. Itaque in curiam venimus, &c.*

Livius, *Itaque & Ergò* conjungit, lib. 3. de bell. Pun. *Itaque ergo ut magistratu abiêre, &c.*

Ita, pro, *Talis*, vide infrà. *Sic sum.*

ADVERBIUM, *Item*.

Item significat. *Similiter, Etiam, Quoque,* ὁμοίως, ὡσαύτως, desgleichen/auch. Cic. pro L. Man. *Q. Catulus summis vestris beneficiis affectus, itemque summis ornamentis honoris, virtutis, ingenij præditus, &c.* Idem, Verr. 6. *Cum Taurominitanis item fœderatis navem imperâsti*

 perâsti

rem ita exposuissem, quemadmodum nunc apud vos. Livius, decad. 3. lib. 1. *Precatus Deos, si falleret, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactâsset.*

Ita, Quomodo, vel, *Sicut.*

Cic. ad Heren. lib. 4. *Cum ita objurgamus eos qui audiunt, quomodo ipsi se cupiunt objurgari.* Idem, contra Rull. *Mihi constitutum est, ita gerere consulatum, quo uno modo geri graviter & liberè potest.* Idem, in 2. contra Rull. *Me consulem ita fecistis, quomodo pauci nobiles in hac civitate consules facti sunt.* Livius, decad. 3. lib. 1. *His paucis populis sicut lugubre, ita insigne documentum Sagunti ruina erunt, &c. nequis P. Rom. confidat.*

Ita, sequente, *Si.*

Significat idem quod, *Hâc conditione, Si.* Cic. pro Mil. *Fingite, &c. si possim efficere, ut Milonem absolvatis, sed ita, si P. Clodius revixerit*, der gestalt/mit dem Beding. Idem, Fam. lib. 5. *Crebris nos litteris appellato, atque ita, si idem fiet à nobis.* Idem, Fam. lib. 11. *Tu me amabis ita, si hoc idem me in te facere senseris.*

Terent.

Terent. Hecyr. *Haud ita decet, si perpetuam vis esse affinitatem hanc.* Livius, decad.3. lib.1. *In fœdere additum erat, ita id ratum fore, si populus censuisset.* Idem, decad.4. lib.6. *De frumentis utrisque responsum, ita, P. Romanum, usurum, si precium acciperent.*

Ita, cum *ne, ut ne, ut non.*

Plaut. Curcul. *Permittimus dum quidem herclè ita judices, ne quisquam à me argentum auferat.* Terent. Phor. *Ita fugias, ne præter casam.* Livius, decad.3. lib.6. *Vrbanas legiones ita scribere* Coss. *jussi, ne quem militem facerent, qui in exercitu Claudij, &c. fuisset.* Cic. Att. lib. 12. *Rogo ut explores, ad quam diem hîc ita possim esse, ut ne opprimar.* Idem, Fam. lib. 16. *Sed tamen ita velim (te nobiscum esse) ut ne quid properes.* Ibidem, lib.7. *Græcos verò ita non ames, ut ne ad villam quidem tuam viâ Græcâ ire soleas.* Idem, pro Rosc. Am. *Veruntamen hoc ita est utile, ut ne planè illudamur, &c.* Idem, lib.2. Off. *Nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit.*

de Am. *Ita que multa ab eo prudenter disputata, multa breviter & commodè dicta memoriæ mandabam.* Idem, Verr. 6. *Itaque ab illis qui principes in ea civitate erant, præcipitur.*

Itáq; accẽtu in penult. significat, *Et ita* vñ alſo/auff dieſe weiß. Cic. pro Lig. *Tardiùs iter fecit: Itáque in Africam venit jam occupatam.* Terent. And. *Imò ita volo, itáque postulo, ut fiat.* Cic. Verr. 6. *Itáque brevi tempore ad Fanum ex totá urbe concurritur, &c.* Ibidem, *Venit nobis in mentem non esse vitandum illum conventum & locum. Itaque in curiam venimus, &c.*

Livius, *Itaque & Ergò* conjungit, lib. 5. de bell. Pun. *Itaque ergo ut magistratu abiêre, &c.*

Ita, pro, *Talis,* vide infrà. *Sic sum.*

ADVERBIUM, *Item.*

Item significat. *Similiter, Etiam, Quoque,* ὁμοίως, ὡσαύτως, deßgleichen/auch. Cic. pro L. Man. *Q. Catulus summis vestris beneficiis affectus, itemque summis ornamentis honoris, virtutis, ingenij præditus, &c.* Idem, Verr. 6. *Cum Taurominitanis item fœderatis navem imperâsti*

perâsti. Ibidem, *Te abstulisse dicebant alteras Phaleras, item nobiles, &c.* Idem, Fam. lib. 2. *Te, mi Curio, pro tua in me incredibili benevolentiâ meaque item in te singulari rogo.* Idem, Verr. 6. *Item ante hosce Deos erant tabulæ, quæ &c.* Ibidem, *Fecêre alij sæpe, item boni.* Idem, pro Balbo. *Quomodo ex eadem civitate T. Coponius civis item summa virtute & dignitate, &c.* Plaut. Amph. *Vt heri sunt, servi item sunt, vultum è vultu comparent.* Ibidem, *Nos nostras legiones nostro modo instruximus, item hostes contrà suas instruunt.* Idem, Aul. *Cogitato tibi proximam me, mihique item esse te.* Terent. Adelph. *Ille ut item contrà me habeat, facio sedulò.* Ibidem, *Cura tu alterum, ego item alterum.* Ibidem, *Emta mulieres complures, & item hinc alia, &c.* Livius, decad. 3. lib. 9. *Sociorum item Latini nominis pedites, equitesquè de exercitu Cannensi legit,*

Item, junctum, *Vt*, vel, *Vti.*

Cic. Verr. 6. *Fecisti item, uti prædones solent.* Ibidem, *Et quibus superiores Prætores item, ut cæteris, frumentum imperarant.*

rant, &c. Idem, de Orat. *Ita fit, ut non item in oratione, ut in versu, extet numerus.* Plaut. Pœnul. *Sine te verberem, item ut tu mihi fecisti, ob nullam noxiam.* Idem, Curcul. *Item genus est Lenonum, ut Muscæ.* Sallust. Iugurt. *Quos item consul uti priorē domum dimittebat.*

NOTA, interdum, *Ut* præponi. Cic. 1. Acad. *Ut enim de sensibus hesterno sermone vidistis, item faciunt de reliquis, &c.*

Item, cum, *atque.*

Cic. Att. lib. 2. *Quare, ut Numestio mandavi, tecum ut ageret, item atque eò, si potest acrius te rogo.*

Item, cum *Quàm*, *Quasi*, *Quemadmodum*, *Sicut*.

Cic. Fam. lib. 14. *Nunc quoquomodo se res habet, non est item, quàm dudum.* Plaut. Pœn. *Soror cogita, amabo, item nos perhiberi quasi falsa muriatica esse autumantur.* Cic. Verr. 4. *Causa componitur, ut item Palestrita Bidenses peterent hæreditatem, quemadmodum Syracusani petissent.* Idē, de Orat. *Nihil est quod co-*

gat homines sicut in foro non bonos oratores, item n theatro malos actores perpeti, &c.

Item & *Non*, vel potiùs, *Non item*.

In fine clausularum ad indicandam rerum diversitatem crebrò eleganterque jungi solent. Cic. de Nat. Deor. lib. 2. *Quod in libero servant, in liberâ non item.* Idem, Att. lib. 2. *O spectaculum uni Crasso jucundum, cæteris non item.* Idem. Acad. quæst, lib. 4. *Alterum, percepta & comprehensa tenere videmus: alterum, non item, &c.*

ADVERBIUM, *Itidem*.

Itidem, quasi iterum idem; Eodem modo, similiter, pariter, item, significat: *παραπλησίως*, Gleichfals. Cic. lib. 3. de Nat. Deor. *Quid vos delectat illa explicatio fabularum? exectum à filio Cœlum, vinctum itidem à filio Saturnum?* Idem, de leg. lib. 2. *Quia nunc itidem ab eodem Iove; & cæteris Diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.* Plaut. Aul. *Scio ætatem tuam esse grandem,*

dem, itidem ut pecuniam. Idem, Bacch. *Feci ego isthæc itidem in adolescentiâ.* Terent. Adelph. *Ibo ad eum atque eadem hæc, quæ tibi divi, dicam itidem illi?* Idem. Eun. *Aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet.*

Itidem, cum *Quasi*, à Plauto jungitur in Mostell. *Quasi in piscinam rete qui jaculum parat, &c. itidem est amator, &c.* Ibidem, *Itidem olent, quasi quum unà multa jura confundit coquus.*

ADVERB. *Iterum.*

Denuo, rursus πάλιν, ἂυ, Widerumb/ auffs new. Cic. pro Flac. *Iterum iste Romam seretulit.* Plaut. Pænul. *Iterum miqi natus videor, quòd te repperi.*

Iterum, pro, *Secundò*.

Zum andernmahl. Cic. de Arusp. *P. Affricanus iterum consul.* Idem, de Divin. lib. 1. *C. Flaminius consul iterum neglexit signa rerum futurarum, &c.* Idem, de Invent. lib. 1. *Primùm quidem decipi, incommodum est, iterum stultum.* Livius, decad. 1. lib. 2. *Hæc post exactos reges gesta primo anno: Inde P. Va-*

lerius iterum, T. Lucretius Coss. facti. Idem, decad 3. lib 9. *Ludos Romæ Africanus iterum consul faciebat.*

Semel iterum.

Cic. pro Domo *Audierat ex illo, se à me bis salutem accepisse, semel, separatim iterum, cum universis.* Ibidem, *Semel patria à me servata iterum, cum tuum impetum corpore meo excepi.* Cæsar, lib 3. de bell. civil. *Bis in potest item pervenisse Cæsaris, atque ab eo esse dimissum, semel ad Corfinium, iterum, in Hispaniâ.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Ianus bis post Numæ regnum clausus fuit: semel, Tito Manlio consule: iterum, post bellum Actianum, &c.*

Semel atque iterum.

Cic. pro Font. *Frumentum pecuniamque semel atque iterum, ac sæpius invitissimi dare coacti sunt.* Idem, pto Cluent. *Cognoscite eum ita reum esse citatum, ut re semel atque iterum præjudicatâ damnatus in judicium venerit.* Cæsar, lib. 1. de bell. Gall. *Cum his Hæduos, eorumque Clientes semel atque iterum armis*

mis contendisse. Livius, decad.3.lib.7. *Fabio auspicanti prius quàm egrederetur ab Tarento, aves semel atque iterum non addixerunt.*

Semel aut iterum.

Cic.de Cl.Orat. *Antistius, & Piso, sæpe dicebant, minus sæpe Pomponius, rarò, Carbo; semel aut iterum, Philippus, &c.*

Iterum &, vel, *ac sæpius.*

Cic.pro L.Man. *Testis est iterum & sæpius Italia.* Idem Fam.lib.13. *Id ut re experiatur, iterum ac sæpius te rogo*, zweymahl vnnd offter.

Iterum ac Tertiùm, seu, *Tertiò.*

Cic.2. de Divin. *Nemo est, quin sæpe jactans Venereum aliquando jaciat, non nunquam etiam iterum ac tertium*, zum zweyten oder drittenmahl. Idem, pro Dejot. *Ille iterum, ille tertiò pecuniam dedit, quâ ad bellum uterêris.* Idem, pro Rosc. Am. *Chrysogonum iterum ac tertiò nominavi*, zum zweyten vnd dritten mahl.

Iterum, pro, *antea.*

Cic. pro L. Man. *Primùm in te satis esse animi arbitror: deinde cum tantam multitudinem adesse videamus, quantam non iterum in eodem homine præficiendo videmus, &c.*

Iterum Iterumque.

Poëtæ dicere solent. Virg. 2. Æn. *Iterumque iterumque vocavi, &c.*

ADVERB. *Iuxtà.*

Iuxtà, ἐπίσης, similiter, eodem modò, est Historicorum proprium verbum. Salluſt. in Iugurt: *Iuxtà boni malique, strenui & imbelles multi obtruncati sunt, hoc est, æquè boni atque mali*, Es sind zugleich gute vnd böse/ streitbahre vnd verzagte erschlagen worden. Livius, lib. 4. bell. Pun. *Fabius omittendam rem parvam juxtà magnis difficilem, abscedendumque censebat*, id est, non minus, quàm sunt magnæ. Idem, decad. 3. lib. 4. *Adjecti sunt pœna cæteri juxtà insontes.* Ibidem. *Nocte dieque juxtà parata instructaque omnia custodiis ac vigiliis erant.*

Iuxtà, ac si, pro *non secus ac si*. Cic. post Red. *Tum reliquis officiis juxtà, ac si meus frater*

frater esset, sustentavit, id est, quasi, vel tanquam si, vel æquè ac si, &c.

Iuxtà, cum *atque*.

Livius, decad.3.lib.5. *Diomedies campos & Cannam flumen, qui militaverant in iis locis juxtà atque ipsam cladem agnoscebant*. Idem, decad.3. lib.8. *Trucidant inermes juxtà atque armatos, fœminas pariter ac viros*. Idem, decad.1.lib.1. *Absentium bona juxtà atque interemptorum divisa fuêre*.

Juxtà, & *Cum*.

Plaut Aul. *Iuxta rem mecum tenes*. Idem, Pseud. *An nescis quæ sit hæc res? S. Iuxtà cum ignarissimis*, id est, tam scio, quàm qui maximè ignorant.

ADVERB. *Longè*.

Dictio est Oratoribus atque Poëtis usitata? Hi tamen etiam *Longùm* usurpant. Vi.g.3.Eclog. *Et longùm* (ein lange zeit) *formose vale, &c* Cic.de Am. *Longè prospicere oportet futuros casus Reipub.*

Longè, pro, *Valdè*, *Multùm*.

Cic.lib.1.de Orat. *Multùm inter se distant*

absim, prodesse., Cæsar, lib. 1. de bell. Gall. *Qui non longè à Tolosatium finibus absunt.* Plaut. Bacchid. *Na tibi hercle haud longè est os ab infortunio.*

Barbari *A longè* usurpant.

Longè, cum Superlativo.

Longè, ut & *Multò* Superlativis sæpe adduntur augendi gratiâ. Cic. pro Rosc. Am. *C Fimbria homo longè audacissimus.* Idem, in Bruto. *Longè post natos homines improbissimus Glaucia.* Ibidem, *Corruncanus ingenio longè plurimum voluit.* Idem, Verr. 4. *Hujus longè primus civitatis est Epicrates.* Idem, lib. 4. de Finib. *Longè præstantissimum est, quòd honestum est, atque laudabile.* Idem, Tusc. lib. 1. *Non nasci homini longè optimum esse, proximum autem, quàm primùm mori.* Idem. lib. 1. de Orat. *Lõgè doctissimus & gravissimus Plato*, Livius, decad. 1. lib. 1. *Aggreditur pacis longè maximum opus.* Idem, decad. 3. lib. 3. *Qui tum auctoritate atque opibus longè primus erat.* (Aliàs *facilè primus*, vel princeps. Idem, decad. 3. lib. 6. *Nec deinde Panus, quo*

longè plurimùm valuerat, equitatu superior fuit. Et, decad. 3. lib. 9. *Longè maximus Rex omnium ætatis suæ*; Et, decad 3. lib. 1. *Civitas longè opulentißima.*

Longè & aliter, aut, *secus*.

Weit oder viel anders. Cic. pro Domo. *Longè aliter atque à me dicta erant, detulerunt.* Idem, pro Rosc. Am. *Majores nostri longè aliter & de illo, & de cæteris existimabant.* Ibidem, *Verùm longè aliter est, &c.* Idem, de Part. *Longè secus, omnia facienda sunt reo.* Idem, pro Balb. *Equidem longè secus sentio, &c.* Plaut. Epid. *Aliter catuli longè olent, aliter sues.* Proverb. Livius, lib. 2. ab Urbe. *Res aliter longè evenit*; Aliàs, *Longè aliter.*

Longè, & (vel) *ac latè*, *Longè lateque*.

Significat multis & variis locis, Weit und breyt. Cic. Top. *Bona longè & latè pervagata angustis anteponuntur.* Idem, lib. 2. de Nat. Deor. *Sol immenso mundo longè latequè*

tequè collucet. Idem, Tusc. lib.5. *Divina bona longè latequè se pandunt, cœlumque contingunt,* Idem, lib.2.de Finib. *Quæ est alia causa erroris tanti tam longè lateque diffusi, nisi quod is, &c.* Livius, decad.3. lib.1. *Prægressus Hannibal in promontorio quodam unde longè ac latè prospectus erat, consistere jussit milites.*

NOTA, *Longè gentium,* id est, quàm maximè longè. Cic. Att. lib.6. *Tu autem abes longè gentium*, sehr weit von dannen.

ADVERBIUM, *Magis*.

Magis, μᾶλλον, Mehr / usurpatur interdum Absolutè subintellecto, Quàm ferè. Cic. pro Rosc. Am. *Annos natus magis quadraginta.* Idem, de Am. *Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut si quisquam est, ille sapiens fuit.*

Magis, cum, *Quàm*.

Cic. de Am. *Vereor ne invidi magis, quàm amici sit.* Idem, pro Cœl. *Magis est, ut Cœlius molestè ferat, errasse se, quàm ut crimen reformidet,* Idem, Fam. lib.7. *Quod experien-*

do magis, quàm discendo cognovi. Plaut. Capt. *Non tuum tu magis videre, quàm ille suum gnatum cupit.* Terent. Adelph. *Di me oderint omnes, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos.* Livius, decad. 3. lib. 2. *Consilia se non præcepturum, quæ magis res dent hominibus, quàm homines rebus.* Idem, decad. 3. lib. 6. *Ita senatus cum, quid placeret, magis ostendisset, quàm decrevisset, dimittitur.* Idem. decad. 3. lib. 6. *Stare hinc milites legionarios, hinc classicos, per omnes Deos paratos jurare magis quæ velint, quàm quæ sciant.* Idem, decad. 4. lib. 5. *Celeritate magis in eam rem, quàm magno conatu & apparatu opus esse.*

NOTA, Distinguendum esse inter *Magis* & *Plus.*: Illud enim comparationi servit, hoc denotat Quantitatem. Itaque, etsi rectè dicitur. *Petrus magis appetit vinum, quàm Paulus*: tamen non rectè dicitur: *Petrus magis bibit vinum, quàm Paulus*: sed *plus bibit vini*: Petrus trincket mehr Weins/ als Paulus, &c.

Ma-

Magis ac magis, vel, *Magis atque Magis.*

Cic. Att. lib. 14. *De Graciâ quotidie magis ac magis cogito.* Ibidem, lib. 5. *Quotidie magis ac magis suspicor te in Epeiarum jam profectum,* Plaut. Mostell. *Quò magis ac magis cogito, &c.* Terent. And. *Non Apollinis magis verum atque hoc responsum est.* Virg. lib. 12. Æneid.

Crebrescit sævus campis magis ac magis horror.
Idem, 3 Georg.
Tum magis atque magis blandus gaudere Magistri
Laudibus, &c.

Magis Magisque.

μᾶλλον, καὶ μᾶλλον. Cic. Fam. lib. 10. *Enitar ut in dies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio.* Idem. Fam. lib. 2. *Mihi magis magisque quotidie de omnibus tuis cogitanti placet consilium tuum.* Idem. Philipp. 1. *Et quotidie magis magisque perditi homines, tectis ac templis urbis mina-*

minarentur, &c. Livius, decad. 1. lib. 1. *Magis magisque lapsi sunt.*

Magis & Minus.

Comparativè sociantur. Cic. 1. Off. *Capessentibus Remp. nihilo minus quàm Philosophis, haud scio an magis etiam despicientia adhibenda est rerum humanarum.* Idem, lib. 3. de Finib. *Cum sit verbum, quod idem declaret magis, minusve usitatum.* Terent. Adelp. *Omnes quibus res sunt minus secundæ, magis sunt naturâ quodammodo suspiciosi.*

ADVERB. *Maximè.*

Superlativi gradus est *Potissimùm*, *Admodùm*, præcipuè, significans: μάλιςα, sehr/ fast/ am aller meinsten. Cic. de Orat. *An ego Poëtis & maximè Tragicis concederem?* Idem, Fam. lib. 1. *Quod ego cum audissem ex aliis, maximè ex meo fratre cognovi.* Idem, Verr. 6. *Cæteræ gentes nationesque Ennensem Cererem maximè colunt.* Livius, decad. 3. lib. 6. *Maximè unus omnium eas sensi.* Idem, decad. 3. lib. 8. *Hoc maximè modo ductu atque*

que

que auspicio P. Scipionis pulsi Hispaniâ Carthaginenses sunt.

Maximè repetitum.

Cic. pro Balbo. *Tum verò ut quæque civitas nobiscum maximè societate, &c. conjuncta est: ita mihi maximè communionem beneficiorum, &c. continere videtur.* Idem, Verr. 4. *Quo quisque te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliquâ attingebat, ita maximè manus tua putabatur, &c.* Idem, pro Rosc. Am. *Ex quibus rebus maximè Resp. laborat, iis maximè mederi convenit.* Ibidem, *Sciunt ij, qui me norunt, me, &c. posteaquam id quod maximè volui, fieri non potuit, &c. id maximè defendisse, ut ij vincererent.* Idem, lib. 1. Off. *Id maximè quemque decet, quod est cujusque suum maximè.* Ibidem, *Colendum esse ita quemquam maximè, ut quisque maximè virtutibus erit ornatus.* Plaut. Amph. *Nam cum illi pugnabant maximè, ego fugiebam maximè.* Terent. Adelph. *Quàm estis maximè potentes, &c. tam maximè vos æquo animo æquanoscere oportet.* Idem, Phorm. *Omnes cum secundæ res sunt maximè, tum maximè medi-*

meditari secum oportet, quo pacto adversam ærumnam ferant.

Quam maximè: vel maximè.

Augendi vim habent ambo. Cic. de Orat. *Equidem probo, &c. ut dicatis quàm maximè ad veritatem accommodatè.* Terent. Adelph. *Ego verò jubeo, & in hac re, & aliis omnibus quàm maximè unam facere nos hanc familiam.* Livius decad. 1. lib. 1. *Annibal Gallis parci quàm maximè jubet.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Signa quam maximè ad lævam jubebat ferri.* Cic. lib. 2. de Nat. Deor. *Futurarum rerum prædictio mihi videtur vel maximè confirmare Deorum providentiâ consuli rebus humanis.*

Vide infra in Conjunct. vel, cum Superlativo.

Vt cum maximè.

Tempus denotat. Cic. ad Q. Fr. lib. 2. *Domus ejus celebratur ut cum maximè.* Teren. Phorm. *Non sum apud me. G. Atqui opus est, nunc, cum maximè ut sis, Antipho, &c.* Idem, Hecyr. *Pamphilus amabat, ut cum maximè.*

Quàm

Quàm qui maximè.

Cic. Fam. lib. 5. *Tam enim sum amicus Reip. quàm qui maximè.*

Vt quisque maximè, ita potißimùm.

Cic. lib. 1. Off. *Vt quisque maximè opis indiget, ita ei potißimùm opitulari.* Livius. decad. 4. lib. 4. *Vt quisque maximè laboraret locus, aut ipse accurrebat, aut aliquos mittebat.*

ADVERB. *Magnopere.*

Valdè, vehementer, Etiam, atque etiam, λίαν, μεγάλα: Sehr/ fast. Cic. Fam. lib. 2. *Cum has ad te quàm primùm litteras magnopere perferri vellemus*: Idem, pro Rosc. Com. *Non magnopere laboro*: Vulgò, non multum curo. Ich frag nicht viel darnach/ ich bekümmere mich nicht viel darumb. Idem, pro Rosc. Am. *Nihil dicendum magnopere videtur.* Terent. Heaut. *Meministin' te mihi magnopere interminatum.* Livius, decad 3. lib. 3. *De aliis rebus haud magnopere audiebatur.*

Etiam

Etiam ſeparatum occurrit. Cic.de Invent.lib.2. *Cum puerorum formas & corpora magno hic opere miraretur.* Idem, Fam. lib.13. *Magnóque opere à te peto.*

Superlativus *Maximopere*, Zum allermeinſten / etiam hoc modo uſurpatur. Cic.Fam.lib.3. *A te maximopere quæſo & peto, ut quibuscunque,&c.*

Et Diviſin. Terent.Eun.*Thaïs maximo te orabat opere,&c.*

ADVERB, *Male.*

Variis verbis eleganter jungitur, quæ congerere hoc in loco nimis eſſet longum, paucula ſaltem aff rre placet, cætera à Lexicographis petantur.

Cic. Att. lib. 6. *Malè audire*, keinen guten Nahmen (oder) Geſchrey haben.

Terent. Adelph. *Animo malè eſt*, Es wird mir ohnmächtig.

Cic. *Malè accipere aliquem*, ſubaudi, verbis, einen ſchelten.

Cæſar, *Malè cadere*,id eſt, ſuccedere, ſive accidere aliquid alicui præter ſpem, kein

kein gut End/oder Außgang bekommen/ einem etwas fehlschlagen.

Cic. de Senect. *Malè de aliquo cogitare*, id est, malevolo in aliquem animo esse, einem nicht günstig seyn/ oder wolgewogen seyn.

Terent. Heaut. *Malè te docet facilitas mea*, id est, causa est tibi, ut malè agis. Mein Lindig- oder Gütigkeit macht daß du nichts guts thust.

Plaut. Amph. *Malè formidare*, id est, multum & valde, Sich sehr fürchten.

Terent. And. *Malè me habet hæc res*, id est, angit, afficit, das verdreußt/ oder bekümmert mich.

Cic. de Finib. lib. 1. & lib. 5. *Malè mereri de aliquo*, sich übel vmb einen verdienen.

Plaut. Pseud. Terent. Hecyr. *Malè aliquem metuere*, sich vbel fürchten vor einem.

Cic. Verr. 6. *Malè multari*, tractari, id est, valde seu graviter puniri, vbel angesehen/gestrafft/oder empfangen werden.

Plaut. Casin. *Malè nupta, collocata*, die keinen guten Heyrath getroffen haben.

Idem,

dubitari possit, *quam honesta expetenda esse, &c.* Terent. Eun. *Minus potens quàm tu, minus notus, amicorum hic habens minus.* Idem, Hecyr. *Quem intellexi illam haud minus, quàm se ipsum magni facere.* Ibidem, *Hæc res non minus me malè habet, quàm te.* Livius, decad. 1. lib. 2, *Nec ad mortem minus animi est, quàm ad cædem fuit.* Idem, decad. 4. lib. 5. *Eo tempore minus ea bella, quæ gerebantur, curæ patribus erant, quàm expectatio nondum cœpti cum Antiocho belli.*

Minus, pro, *Non*.

Cic. Fam. lib. 12. *Sin aliquid dignum vestrâ gloriâ cogitabitis, velim salvis nobis: Sin id minus: Res tamen publica jus suum recuperabit.* Ibidem, *Quod si assequutus sum, gaudeo: sin minus, hoc me tamen consolabor.* Idem, lib. 2. de Orat. *Si id mihi minus contingat.* Ibidem, *Sin tibi id minus libebit.* Idem, lib. 3. de Finib. *Puto concedi nobis oportere, ut Græco verbo utamur, quando minus occurret Latinum.* Idem, de Am. *Quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitiâ, etiamsi tu eam minus sequu-*

tus sis. Terent. And. *Si sensero, te in his nuptiis quicquam fallaciæ conari, quò fiant minus, &c.* Livius, decad.1. *Quidam, in quibus minus speciosa criminatio erat futura clàm interfecti.*

Lege infrà, Si minus.

Minus, pro, *Rariùs*, & *Parùm*.

Cic. Fam. lib.12. *L. Cotta fatali quadam desperatione, ut ait, minus in Senatum venit.* Idem, Fam. lib.7. *Quod nos minus intervisis, hoc fero animo æquiore.* Ibidem, *Subinvitâras me, ut aliquid ad te hujusmodi scriberem, quô minùs te prætermisisse ludos pœniteret.* Idem, pro Balbo. *Qui si adductus gratiâ minus idoneum hominem præmio affecisset, &c.* Livius, decad.3. lib. 8. *Minus æquis animis auditus est P. Scipio.*

Minus ac Minus.

Plinius de Apibus: *Quum advesperascit, in alveo strepunt minus ac minus, donec unâ circumvolent.* Virg.3. Æn. *Haud minus ac jussi faciunt, &c.*

Minus

Minus, eo Magis.

Cic. pro Rosc. Am. *Quare hoc quò minus est credibile, nisi ostenditur, eò magis est, si convincitur, vindicandum,*

Minus atque, vel, *Et minus.*

A Poëtis potissimùm usurpatur. Virg. lib. 12. Æn.

Iam minus atque minus successu lętus equorum,
Turnus, &c.

Horat. Car. lib. 1. od. 25. *Audis minus & minus jam; &c.*

Livius, tamen, decad. 3. lib. 6. *Minusque ac minus, cum timore simul fide decrescente, conveniebat.*

Minus minusque.

Terent. Heaut. *Nam mihi jam minus minusque obtemperat.* Er gibt je länger je weniger auff mich.

ADVERB. *Minimè.*

Negandi vim habet in Oratione, Mit nichten. Cic. de Am. *Turpis est excusatio & minimè accipienda.* Idem, pro Rosc. Am.

Suscipis onus officij, &c. quod minimè videtur grave iis, qui minimè ipsi leves sunt. Idem, pro Balbo. *Hujusce ne crimen? Minimè: nisi honos ignominia putanda est.* Idem, Tusc. lib. I. *Minimè verò.* Idem, pro Lig. *Reprehendo igitur? minimè verò.* Idem, lib. 3. de Finib. *Minimè verò probatur huic disciplina, &c.* Estq; negantis in responsione. Sic, *Minimè omnium,* id est, nullo modo. Cic. pro Rosc. Am. *Ad te minimè omnium pertinebat.* Terent. Hecyr. *Minimè mirum,* pro, *non est mirum.* Idem, Eun. *Minimè gentium,* quasi, omnium gentium judicio minimè est faciendum, durchauß / oder bey Leib nicht. Plaut. Merc. *Quid si reddatur illi, unde emta est? D. minimè gentium.*

ADVERB. *Minimum.*

Huic *Plurimum* opponitur. Cic. in Orat. *Hoc in genere nervorum est vel minimum, suavitatis autem vel plurimùm.* Idem, Fam. lib. I. *Non modò non præmiis, quæ apud me minimùm valent: sed ne periculis quidem compulsus ad perditorum civium causam me adjungerem, &c.*

NO-

NOTA, hoc loco, *Minimùm* interdum usurpari, pro quo Vulgus dicit ineptè, *Ad minus*, zum wenigsten.

ADVERB. *Mirè, Mirificè.*

θαυμαςῶς, pro, mirum in modum, miris modis, sive mirabiliter, wunderbarlich. Terent. Heaut. *Ille tuus quoque Syrus mirè finxit filium.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Id mirè gratum regi, atque civitati fuit.* Cic. Att. lib. 16. *Puero municipia mirè favent.* Idem, lib. 1. de Orat. *Ac jam tum erat adolescentulus his studiis mirificè deditus.* Idem, de Leg. *Quia de re unâ solùm dissident, de cæteris mirificè congruunt.* Idem, Att. lib. 2. *Ne irasci quidem possum iis, quos valde amo, tantum doleo, ac mirificè quidem.* Idem, Fam. lib. 9. *Ego autem (existimes, licet quod lubet) mirificè capior facetiis, &c.*

ADVERBIUM, *Modò.*

Significat *Paullo*, vel Aliquantò antè. Sic enim Cicero ipse interpretatur in sextâ Verrinâ, inquiens, *Quid dico nuper? imò verò modò, ac planè paullò antè*, Allererst / jetzt erst / vor einer kleinen Weyl.

 Idem,

Idem, Off. lib. 2. *Modò enim hoc malum in Remp. invasit.* Vnlängst / jüngsthin verschienen. Idem, Fam. li. 4. *Modò tot viri clarißimi uno tempore interierunt.* Terent. And. *Davum modò timere sensi, ubi nuptias futuras esse audivit.* Idem. Adelph. *Modò quid designavit?* Plaut. Menæch. *Modò fit Leno, modò adolescens, modò senex, &c.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Templum tibi, Iupiter, iis regionibus, quas modò animo metatus sum, dedico.* Idem, decad. 4. lib. 1. *Terga dant, qui modò secuti erant.*

Modò, pro, Dummodo, vel Tantummodò.

Cic. Fam. lib. 9. *Sed hæc tu melius, modò stet vobis illud unâ vivere in studiis nostris, à quibus antea delectationem modò & solatium, nunc verò etiam salutem deesse non arbitramur.* Ibidem, lib. 6. *Litteræ, quibus semper usi fuimus, quæ secundis rebus delectationem modò habere videbantur, nunc verò etiam salutem, &c.* Idem, de Finib. *Probabo, inquit, modò istâ æquitate.* Idem, de Divin. lib. 1. *Nemo unquam*

quam aliter Philosophus sensit, in quo modò esset auctoritas. Idem, lib.1.Off. *Non reddere beneficium, bono viro non licet, modò id facere possit sine injuriâ.* Livius, decad.1.lib.1. *Mollirent modò iras, & quibus sors corpora dedisset, darent animos.*

Si modò.

Cic. Fam.lib.10. *Si nos mediocris modò fortuna Reip. adjuverit, &c.* Idem, lib.5. *Quod sine ullâ dubitatione, si Pompejus paullùm modò ostenderit sibi placere, faciet.* Idem, de Orat. lib.3. *Innumeris si paullùm modò offensum est, &c.* Idem, lib.2. *Vbi eum locum omnem cogitatione sepseris, si modò usum rerum percallueris, &c.* Virg.4.Æneid.

Si modò, quod memoras, factum Fortuna sequatur, &c

Modò ut.

Cic.Fam.lib.16. *Videtur posse opprimi, modò ut salvâ urbe.* Idem, Verr.6. *Concedo, ut impunè emerit, modò ut bonâ ratione emerit.* Idem. Fam.lib.7. *Modò ut tibi constiterit*

fructus otij tui. Idem, lib,14. *Modò ut nobis hæc loca tueri liceat.* Plaut. Perſ. *Modò ut ſciam, quanti indicet.* Terent. Phor. *ſcires iſtuc, modò ut tacere poßis.*

Modò ne.

Cic. Att. lib. 5. *Quod ſi alium ad Ver mittit, non laboro, nobis modò temporis nequid prorogetur.* Idem, in Piſ. *Quaſi verò ad rem pertineat, quâ tu portâ introieris, modò ne triumphali.* Idem, lib. 1. Off. *Si quis paullò ad voluptatem propenſior, modò ne ſit ex pecudum genere.* Idem, de Am. *Modò ne ſumma turpitudo ſequatur.* Ovid. lib. 13. Metam. *Modò ne communia ſolus occupet.*

Modò iteratum.

Cic. de Divin. lib. 1. *Carneades concertationis ſtudio, modò ait hoc, modò illud.* Idem, in Piſ. *Cum modò velles, modò nolles.* Idem, lib. 2. de Divin. *Quod ſi eorum vi cœlum modò hoc, modò illo modo temperatur.* Idem, Att. lib. 2. *Romæ videor eſſe, cum tuas litteras lego, & ut fit, in tantis rebus modò hoc, modò illud audire.* Terent. Enn. *Modò ait, modò negat, &c.*

&c. Livius, decad.3. lib.10. *Contemplantur modò suam, modò hostium aciem, &c.*

Sed *modò*, post positum particulæ *Non*, vide suo loco.

Modò, tum.

Cic. de Nat. Deor. lib.1. *Xenophon Socratem disputantem facit, modò unum, tum autem plures Deos dicere.* Ibidem, *Modò menti tribuit omnem divinitatem, modò mundum ipsum Deum dicit esse, modò alium præficit mundo: tum cœli ardorem Deum dicit esse.* Ibidem, *Et tamen modò mundum, tum mentem divinam esse putat.* Ibidem, *Theophrastus modò menti divinum tribuit principatum, modò cœlo, tum autem signis sideribusquè cœlestibus.*

ADVERBIUM, *Mox.*

Mox significat statim, postea, paullò post, εὐθὺς, αὐτίκα, bald/alsbald. Cic. de Fin. li.4. *De summo bono mox, ut dixi, videbimus.* Idem, pro Mil. *Nox nulla intercessit, mox occisus est.* Idem, de Invent. lib.2. *Ne utile quidem, quin mox judicium fiat, explicare.* Terent. Eun. *Aut jam revertere, aut noctu mox te horsum adigent somnia.*

Mox, præcedente, *Quàm*.

Significat, *Quanto pòst*, quàm citò, Wie bald. Livius, lib. 5. *Intenti, quàm mox signum daretur.* Terent. Phorm. *Dum expecto, quàm mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.* Plaut. Bacch. *Quid fit? quàm mox navigo?* Idem, Amph. *Quàm mox vapulare vis.* Idem, Rud. *Quàm mox coctum est prandium?* Idem. Asin. *Quàm mox mihi operam das?* Cic. pro Rosc. Com. *Expecto quàm mox Chærea hac oratione utatur.*

Mox ubi, Mox cùm.

Horat. lib. 2. Car. *Mox ubi publicas res ordinâris.* Plaut. Pœnul. *Mox dabo eum à re divinâ rediero.*

ADVERB. *Multò*.

Eleganter jungitur nominibus Comparativis, & Superlativis; Idem, hisce vocibus, *Alius, Aliter, secus, antè, post, præsto, malo, antecello*, & similibus Superlativam vim

vim habentibus, πολλῷ, πολὺ, μᾶλλον, &c. Cic. de Am. *Multò molestiùs.* Idem, Verr. 5. *Multò minoris vendidit, non modò quàm tu, sed etiam qui antè vendiderant.* Idem, pro L. Man. *Conspectus vester mihi multò jucundissimus est.* Ibidem, *Magna ac multò maximâ parte non modò utilitatis, sed dignitatis atque Imperij caruit.*

Terent. And. in Prolog. *Verùm aliter evenire multò intelligit.*

Cic. Fam. lib. 4. *Quod non multò secus fieret, si is Rempub. teneret.*

Ibidem, *Cognoram absens te hæc mala multò anteprovidentem.*

Idem. Att. lib. 12. *Non multò pòst, quàm tu à me discessisti.* Idem, pro Sest. *Si hoc non est satis, &c. multò mihi, multò, inquam, Iudices, præstat in eandem illam recidere fortunam.* Idem, Att. lib. 12. *Meo judicio multò stare malo, quàm omnium reliquorum.* Ibidem, lib. 6. *Multò malo hunc à Pontidiâ, quàm illum à Serviliâ.*

Cic. de Nat. Deor. *Omnis sensus hominum multò antecellit sensibus bestiarum.*

ADVERB. *Næ.*

Næ, Græca dictio, affirmandi vim habens significat, *Certè.* profectò ναὶ ὄντως: Warlich/fürwahr. Cic. pro Rc sc. Am. *Næ tu ridiculus esses accusator.* Idem, Att. lib. 6. *Næ tu me sollicitud. ne magnâ liberâris.* Idem, in Brut. *Næ ego, si ita est, velim tibi eum placere, quàm maximè.* Terent. Heaut. *Næ ille haud scit, quàm nunc surdo, narret fabulam.* Idem, And. *Næ iste haud meum sentit.* Plaut. Amph. *Næ ista ædepol, si hæc vera loquitur, examussim est optima.*

NOTA, Næ, plerunque ante Pronomen ponit à Cicerone, ab aliis, etiam sine pronomine. Terent. And. *Faciunt næ intelligendo ut nihil intelligant.* Horat. Serm. Satyr. 3.

Clarus erit fortis sapiens, justus, næ etiam Rex.

ADVERB. *Ne.*

Ne, prohibendi vim habens significat, Non, μή, ὀ, &c. Nicht. Additur Imperativo atque Subjunctivo. Cic. lib. 2. de Invent. *Meretrix Coronam auream ne habeto.* Idem, Fam. lib. 1. *Quæ me spes ne fallat, vehementer*

menter rogo. Terent. Eun. *Ne metuas.* Idem, And. *Ne nega.* Et in Hecyr. *Ne tam obstimate.* In Heaut. *Ne lacryma, ne retice, ne vere, &c.* Livius, decad. 3. lib. 10. *Ne tot annorum felicitatem in unius hora dederis discrimen.* Idem, decad. 4. lib. 4. *Ne istuc Iupiter Opt. Max. siverit, ut illa civitas sit posita in eo discrimine, &c.*

Cicero tamen hujusmodi sententias solet exprimere per *Noli* & *Cave*: Exempli gratiâ, in Bruto, *Noli putare quenquam, Brute, pleniorem & uberiorem ad dicendum fuisse.* Idem, Fam. lib. 9. *Cave, si me amas, existimes me, quòd jocosius scribam, abjecisse curam Reipub.* Idem, pro Rosc. Am. *Nolite putare, quemadmodum in fabulis, &c.* Ibidem, *Cavete per Deos immortales, Iudices, ne nova proscriptio instaurata esse videatur.*

Ne, jurantis.

Vel Asseverantis, cum obtestatione & devotione. Cic. Att. lib. 4. & 16. *Ne sim salvus, si aliter scribo ac sentio,* Gott straff mich/ Gott helff mir nicht/ rc. Sic, *Ne vivam, ne valeam, &c.*

& 2. Ne labori suo neu periculo parceret. Terent. And. *Te obsecro, ne hanc, abs te segreges, neu deseras.* Plaut, Bacch. *Imò tibi ne noceat, neu quid ob eam rem succenseat.* Livius, decad. 1. lib. 4. *Datum inde negotium ædilibus, ut animadverterent, ne qui, nisi Romani Dij neu qui alio more, quàm patrio colerentur.* Idem, decad. 3. lib. 10. *Obsides darent, arbitratu Scipionis, ne minores quatuordecim annis, neu triginta majores, &c.* Horat. Carm. lib. 1. *Albi, ne doleas, neu elegos decantes miserabiles, &c.*

Neu Neu: Et *Neve Neve* conduplicata.

Cæsar, lib. 2. de bell. Gall. *Neu se, neu Cn. Pom. Pompejum ad supplicium tradant, obsecrant.* Cic. de Leg. lib. 2. *Quæ terra fruges ferre poßit & suppeditare, eam ne quis nobis minuat neve vivus, neve mortuus.* Idem, Fam. lib. 1. *Cur laudârim, peto à te, ut id à me neve in hoc reo, neve in aliis quæras &c.* Livius, decad. 3. lib. 10. *Bellum neve in Africâ neve extra Africam injussu P. Romani gererent.*

Ne multa; Ne plura; Ne multis.

Supple *dicam*, quod tamen eleganter omittitur Demosth. 1. Olynth. ἵνα μὴ καθ' ἕκαστα λέγων διατρίβω, *ne singula enumerem.*

Serviunt hæ formæ abrumpendæ Narrationi, brevitatis causâ, Mit wenig Worten/in Summa / kürtzlich davon zureden. Cic. Verr. 6. *Ne multa, HS. CC. me poposcerunt.* Idem, *Proagoras refert rem ad Senatum, vehementer undique reclamatur: ne multa, Iterum iste ad illos venit aliquando post.* Idem, Fam. lib. 13. *Sed ne plura (dicendum enim aliquando est) Pomp. Att. sic amo, ut alterum fratrem.*

Idem, pro Cluent. *Ne multis: Diogenes emitur.* Ibidem, *Ne longum sit.* In 3. Verr. *Ne diutius vos teneam.* Hor. 1. ferm. Satyr. 3. *Ne longum faciam*: Idem, Alibi: *Non est quod multa loquamur, &c.*

Cic. in 6. Verr. *Verbo rem transigere*: Et *Multa verba facere de re aliqua, opponit, &c.*

Ne

Ne dicam.

Vide Laurent. Vallam. lib.3.cap.20. Sic veteres loquebantur, cum id maxime efferebant, quod reticere simulabant. Cic. de Am. *Plerique perversè, ne dicam impudenter, amicum talem habere volunt.* Idem, pro Dejot. *Crudelis Castor, ne dicam sceleratum & impium.* Idem, pro Domo. *Abfuit simul cum Repub. ne dicam, maximâ cum dignitate.* Idem, Philipp. 12. *Gallia Bruti nutum ipsum, ne dicam imperium sequitur*/ich geschweig/das ich nicht sag. Idem, Att. lib.9. *Qui nos hoc defendente, ne dicam gravius afflixerat.* Livius, decad. 4. lib.9. *Pro hoc studio meo erga vos ne dicam merito, utrum vos Romani aliquid adjicere oportebat? &c.*

Ne dum.

Significat, *Non modò; Non minus.* Cic. pro Domo. *In scelere religio non valeret, ne dum valeat id, quòd adolescens fecisse dicatur.* Id. Fa. lib.9. *Me verò nihil istorum ne juvenem quidem movit unquam, ne dum senem.* Idem, Fam. lib.16. *Vix in ipsis tectis frigus vitatur.*

nedum

nedum in mari & viâ sit facilè abesse ab injuria temporis. Terent. Heaut. *Satrapes si fiet amator nunquam sufferre ejus sumtus queat, nedum tu possis.* Ein grosser reicher Herr köndte nicht den Unkosten ertragen / ich geschweige daß du es bey deiner geringen Nahrung vermögest. Livius, decad. 3.lib.6. *Qui vel in pace bellum excitare possunt, nedum in bello respirare civitatem patiantur.* Idem, decad.4.lib.4. *Haud sanè movit quenquam, quia nihil usquam spei propinquæ nedum satis firmi præsidij cernebant.*

Observa, *Nedum* plerunque subjici antecedenti negationi, & servire parti deteriori: quod patet ex allatis exemplis.

Ne quidem.

Usurpatur, cum negando aliquid augendum est. Cic. 2. Tusc. *Ingemiscere nõnunquam viro concessum est, idque rarò: Ejulatus ne mulieri quidem.* Idem, lib.1. de Finib. *At id ne feræ quidem faciunt.* Idem, de Am. *Nunquam illum ne minimâ quidem re offendi.*

Idem,

Idem, Fam.lib.14. *Multa me impediêrunt, quæ ne nunc quidem expedita sunt.* Idem, Att. lib.9. *Nec interim poteſt quicquam non modò ſtatui, ſed ne cogitari quidem.* Idem, Verr.6. *Nihil in ædibus cujusquam, ne in oppidis quidem, &c.* Idem, *Ne tantillum quidem: Ne pilum quidem*, Nicht ein Häärlein/nicht das geringſte. Terent.Eun. *Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem, cum accerſor ultro?* Ibidem, *Ne hoc quidem tacebit Parmeno, &c.* Livius, decad.4.lib.9. *Quod ab illis me poſtulare quidem eſt auſus, id apud vos tanquam ab illis impetrabit, obtinebit?*

NOTA, *Ne*, cum *Quidem*, non connecti, niſi alio verbo qualicunque ſanè interjecto; cum nimirum aliquid vehementer negare volentes, id quod minus eſt, quoque negamus, quemadmodum exempla docent.

ADVERB. *Nequaquam*, & *Neutiquam*.

Utrumque penultimam productam habet, vehementerque negat, ſignificans,

cans, Minimè omnium, Nullâ ex parte, nullo pacto, μηδαμῶς, mit nichten/durchauß nicht/gantz vnd gar nicht. Cic. de Invent. lib. 1. *Nequaquam tantum inter summos Oratores, & mediocres interesse existimaretur*, Idem, pro Rosc. Am. *Ne quaquam oratio mea similiter exire atque in vulgus emanare poterit.* Idem, Att. lib. 9. *Nihil relinquitur nisi fuga, cui te socium neutiquam puto esse oportere.* Terent. And. *Ego, Charme, neutiquam officium esse liberi puto.*

ADVERB. *Nempe.*

Habet vim affirmandi & approbandi, significans, Certè, Nimirum, Videlicet. μέν τοι, Fürwar / nicht anders: Ac ponitur interdum cum interrogatione. pro Nonne?

Cic. Tusc. 5. *Nempe negas ad beatè vivendum satis esse virtutem? A. prorsus nego.* Ter. Heaut. *Nempe anui illi prodita abs te filia est planissime.*

Sed *Nempe*, ut responsio, Interrogationi subjectum, majorem vim & venustatem orationi conciliat. Cic. in Pis. *Vrbes*

bes fateris ab hostibus esse captas. Quibus autem hostibus? Nempe his, quos tu coëgisti, &c. Idem, pro Lig. *Sed hoc quaero, quis putet esse crimen fuisse in Africa Ligarium? Nempe is qui & ipse in eadem esse voluit, &c.* Ibidem, *Accepta injuriae querelam ad quem detulistis? nempe ad eum, cujus, &c.* Idem, Philipp. 4. *Decrevit Senatus D. Brutum optimè de Repub. mereri cùm Rom imperium defenderit. A quo defenderit? nempe ab hoste, &c.* Idem, pro Mil. *In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? nempè in eâ, &c.* Idem, pro Domo. *Quod est, Pontifices, jus adoptionis? Nempe ut is adoptet, &c.* Terent. And. *At jam expediam P. expedies? D. Certè Pamphile. P. nempè ut modo, &c.* Livius, decad. 4. lib. 4. *Quibus igitur rebus amicitia violatur? Nempe his maximè duabus, si socios meos pro hostibus habeas, si cum hostibus te conjungas.* Idem, decad. 4. lib. 8. *Quid? si hostes urbem eo loco haberent, & mœnibus se tenerent? Nempe oppugnandi erant.*

Nem-

cat Nempe. Certè, sine dubio, videlicet: δήπȣ, ἀμέλει. Gewißlich/ als nemblich/ freylich/ fürwar: quasi non mirum est. Cic. pro Rosc. Am. *Luxuries igitur hominem nimirùm ad hoc scelus impulit.* Idem, pro Flac. *Hoc nimirum est illud, quod non longè à gradibus hæc causa dicitur.* Idem, Verr. 4. *Is est nimirùm Soter, qui salutem dedit.* Idem, Tusc. lib. 2. *Et hic nimirùm est fletus, quem duodecim tabulæ adhiberi vetuerunt.* Idem, Verr. 6. *Nimirum didici etiam artificum nomina, &c.* Terent. Eun. *Nimirùm hic homines frigent.* Livius, decad. 3. lib. 2. *Non omnia nimirùm eidem Dij dedêre.* Horat. Epl. 1. 14.

Cui placet alterius, sua nimirùm est odio, sors.

ADVERB. *Nimiùm.*

Significat, *Nimis*, præter modum, ultra quàm satis est: plus æquo. λίαν, ἄγαν. Gar zu viel: Ei sunt contraria, Satis, Parum. Cic. 4. Acad. *De quo jam nimiùm diu disputo,* Idem, lib. 2. de Finib. *In rebus apertissimis nimiùm longi sumus.* Idem, de Orat.

Orat. lib.2. *Omittamus illam partem, quæ in excogitandis argumentis muta nimiùm est: in judicandis, nimiùm loquax.* Idem, Verr.6. *Nimiùm mihi diu videor in uno genere criminum versari.* Plaut. Epid. *Nimiùm advenisti citò.* Terent. And. *Et, quod dicendum hîc siet, Tu quoque perparcè nimiùm.* Ovid. 7. Metam. *Iussa patris nimiùm mihi dura videntur.*

Nimium Quantum.

Pro *mirum quantum*, Sehr / od ober die Massen viel. Cic. de Orat. *Huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo nimium quantum valent.* Idem, de Finib. lib. 4. *Zeno differre dicit inter honestum & turpe, nimium quantum, nescio quid immensum.*

ADVERB. *Non.*

Vocabulum est notæ significationis, οὐ, οὐκ. &c. Nein / nicht. Iungitur omnibus modis præter solum Imperativum, ac colligandæ orationis causâ, varias assumit alias voces.

Non-

Non, at.

Cic. Ver 5, *Si non virtute, non industriâ non innocentiâ, non pudore, non pudicitiâ, at sermone, at litteris, at humanitate ejus delectamini.* Idem, Att. lib. 7. *Non est, inquit, in parietibus Respub. At in aris & focis.*

Non dico, (vel) dicam, *sed.*

Cic. de Am. *Quid enim interest motu animi sublato, non dico inter pecudem & hominem, sed inter hominem & saxum, aut truncum, aut quidvis generis ejusdem?* Idem, Fam. lib. 11. *Magna ejus non dico in me officia, sed merita, eaque sunt P. Rom. notißima.*

Non modò, sed ne quidem.

Pro, *tantum abest, &c.* seu, Non modò non. *&c.* Cic. Fam. li. 1. *Regnum non modò Romano homini, sed ne Persa quidem tolerabile.* Ibidem, lib. 11. *Mihi non modò irasci, gravißimâ injuriâ acceptâ, sed ne dolere quidem impune licet.* Idem, Verr. 5. *Non modò accusator; sed ne*

ne objurgator quidem ferendus est is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipso deprehenditur. Idem, Fam. lib. 10. *Militem non modò legionarium: Sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi.* Livius, decad. 3. lib. 3. *Non modò in Italiam traducendi exercitus, sed ne manendi quidem satis tutò spem Asdrubali reliquit.* Idem, decad. 3. lib. 5. *Non modò ad animum, sed ne ad aures quidem, quod salutare esset, admittebant.*

Non modò, sed, vel, *Sed &.*

Cic. pro L. Man. *Magnâ, ac multò maximâ parte non modò utilitatis: Sed dignitatis atque imperij caruit.* Idem, de Orat. *Non modò in vitâ: sed & in oratione peccatur.* Livius, decad. 3. lib. 5. Conf. *Legiones ducunt non ad frumenta modò corrumpenda, sed ad Capuam oppugnandam.* Idem, decad. 4. lib. 4. *Pergit ire in Thessaliam, ubi non modò liberandæ civitates erant, sed ex omni colluvione & confusione in aliquam tolerabilem formam redigendæ, &c.*

Non

Non modò, sed vix.

Cic. Fam. lib. 4. *Mihi venire in mentem nihil potest, non modò quid sperem, sed vix, quid jam audeam, optare.* Livius, decad. 4. lib. 4. *Nec inops modò consilij, sed vix mentis compos est.*

Non modò, sed quoque.

Livius, decad. 3. lib. 5. *Vt spem faceret, non ipsi modò salutarem opem ferri posse, sed Romanos quoque in captâ quodammodo urbe capi.* Et, decad. 3. lib. 8. *Non militaris modò ætas, aut viri tantùm, sed fœminæ quoque, puerique supra animi corporisque vires adsunt.* Idem, decad. 4. lib. 5. *Non causa modò superiorem esse Antiochum, sed bello quoque superaturum credebat.*

Non modò, sed etiam.

Cic. de Arusp. *Gaudeo mihi de toto hoc ostento non modò justam, sed etiam necessariam causam esse dicendi.* Idem, pro Rosc. Am. *Quem non modò ætas, sed etiam leges pugnare*

prohibebant, Idem, pro L. Man. *Non modò provinciis ac portibus nostris: sed etiam Appiâ viâ carebamus.* Ibidem, *Qui antea non modò Italiam tutam habebamus, sed etiam socios nostros salvos præstare poteramus.* Idem, Att. lib. 2. *Epistolam da puero non modò actorum, sed etiam opinionum tuarum.* Idem, de Senect. *Ita mihi jucunda fuit hujus libri confectio, ut non modò omnes absterserit senectutis molestias, sed effecerit etiam mollem & jucundam senectutem.* Livius, decad. 3. lib. 5. *Turres quædam Cumis non ictæ modò fulminibus, sed etiam decussæ.* Idem, decad. 3. lib. 6. *Non liberè modò, sed etiam asperè scripsit.*

Non modò, Verùm.

Cic. Verr. 1. *Quod si non modò in causa, verùm in aliquo honesto præsidio, &c. spem aliquam collocasset, &c.* Idem, Verr. 4. *Hæc nemo dubitabat, quin non modò ex illa domo capta, & oppressa, verùm ex totâ provinciâ ad istum comportari necesse esset.* Idem, pro Rosc. Am. *Vbi scopulum offendis ejusmodi ut non modò ab hoc crimen resilire videas, verùm omnem suspicionem in vosmet ipsos recidere intelligas, &c.*

Non

Non modò, Verùm etiam.

Cic. lib.5. de Finib. *Perspicuum est, non modò carum sibi quenque, verùm etiam vehementer carum esse.* Idem, pro Mil. *Præsidia in foro collocata non modò auxilium verùm etiam silentium pollicentur.* Idem, pro Rosc. Am. *Non modò ignoscendi ratio, verùm etiam cognoscendi consuetudo jam sublata est, &c.* Idem, de Am. *Non modò præsentia, verùm etiam futura bella delevit.* Idem, de Bruto: *Sed fugiens non modò dicendi, verùm etiam cogitandi, laborem.* Idem, pro Cœl. *Non modò parenti, verùm etiam illustri municipio displiceret, &c.*

Non modò non, Sed: (vel) Sed &.

Cic. Verr.6. *Non modò in ære alieno nullo: sed in suis nummis multos esse.* Ibidem, *Ubi eorum dolorem ex illius injuriis non modò non minorem, sed propè majorem, quàm cæterorum esse cognovi.* Idem, Philipp.2. *Non modò non confidentia inter se diceret, sed maximè disjuncta, &c.* Idem, lib.1. de Invent. *Commemorando non modò non esse reprehensum judicium: sed ab omnibus approbatum, &c.* Idem, de Orat.

lib.1. *Tantum absum ab ista sententiâ, ut non modò non arbitrer subsidium senectutis in eorū, &c. multitudine esse ponendum, sed tanquā portum expectem, &c.* Id. de Orat. lib. 2. *Apparebit eas res non modo non esse communes: nec in alias causas posse transferri, sed penitus ex eâ causâ, quæ tum agatur, defluxisse.* Idem. pro Cœl. *Non modò crimen non hærebat, sed vix diserti adolescentis cohærebat oratio.* Idem, de Provin Coss. *At hi non modò illum inimicum, ex Galliâ sententiis suis non detrahebant, sed & propter rationem Gallici belli provinciam extra ordinem decernebant.*

Non modò non, sed etiam.

Cic. Fam. lib. 9. *Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut summa severitas animadversionis non modò non invidiosa, sed etiam popularis esset.* Idem, lib. 2. de Orat. *Id me non modò non hortatur ad disputandum, sed etiam deterret.* Idem, Heren. lib. 4 *Idem Verbum non modò non offendit animum, sed etiam concinniorem orationem reddit.* Idem, Att. lib. 11. *Dolor meus non modò non minuitur, sed etiam augetur.* Idem. de Orat. lib. 2. Non

mo-

modò non miserabilis, sed etiam irridenda fuisset oratio mea. Idem, Fam. lib. 6. *Aliter quidem non modò non appetendum, sed etiam fugiendum puto.* Idem, de Finib. 1. *Sentio Latinam linguam non modò non inopem, sed locupletiorem etiam esse, quàm Græcam.* Lib. 3. ad Attic. Epist. 15 *Hic mihi primùm non modò meum consilium defuit, sed etiam obfuit.* h. e. atque etiam, immò etiam, quin immò Græcè, ἀλλὰ δὴ. Sic lib. 4. Epist. *Amisimus mi Pomponi, omnem succum & sanguinem, sed etiam faciem pristinam civitatis.* Et lib. 10. *Tu quoniam quartanâ cares, & novum morbum removisti, sed etiam gravedinem.* Et Philipp. 13. *In sinu avarissimæ, sed etiam crudelissimæ uxoris.*

Non modo non, verùm etiam.

Cic. lib. 2. Off. *Iuvenili ætati non modò non invidetur: verùm etiam favetur.* Idem, de Provinc. Coss. *Non modò non repellendi sunt, verùm etiam expetendi.* Idem, Verr. 6. *Non modò non vendebant, cum judicia fiebant: verùm etiam coëmebant.* Idem, pro Rosc.

Am. *Non modò non lædetur causa nobilitatis, &c. verùm etiam ornabitur.*

Non modò non, Sed ne quidem.

Cic. Fam. lib. 10. *Cujus rei non modò non præterit tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc meo judicio fuit.* Verr. 4. *Qui non modò ipse fur non est, sed ne alium quidem passus est esse.* Ibidem, *Cognoscite hominis apertam, ac non modò non ratione, sed ne dissimulatione quidem tectam improbitatem & audaciam.* Idem, Att. lib. 10. *Horum ego summorum Imperatorum non modò res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissimâ, nos duriore conflictari videmur.* Cæsar, lib. 1. bell. Gall. *Non modò frumenta in agris matura non erant, sed ne pabuli quidem satis magna copia suppetebat.* Livius, decad. 4. lib. 5. *Ipsis certum est, non modò non recipere mœnibus, sed ne societatem quidem ullam pacisci, nisi ex auctoritate Romanorum.*

Non

Non modò non, verùm ne quidem.

Cic. pro Rosc. Am. *Quod planum facere non modò non possis, verùm ne coneris quidem.* Livius, decad. 3. lib. 5. *Ita assuetudine mali efferaverant animos, ut non modò non lacrymis, justoque comploratu prosequerentur mortuos, sed ne efferrent quidem, aut sepelirent.*

Non modò non, sed potius.

Cic. de Invent. lib. 2. *Nos verò arbitramur, non modò nullo adjumento esse, sed potius detrimento, &c.*

Non modò, postpositum, pro, *Nedum, ne dicam.*

Cic. Fam. 12. *Non nescis, quàm pro nostro amore, omnibus tuis etiam minimis commodis, non modò tanto bono gaudeam.*

Non nisi.

Cic. Att. lib. 16. *Epistolam legi, ut quid pos-*

possem providere, in mentem non venerit mihi, nisi quod præsens me ipse defenderem. Plaut. Merc. *Non vivam vesperi, nisi illam à me scelestam abigam.* Idem, Amph. *Non loquar nisi pace facta.* Idem, Pseud. *Non est justus amator quisquam, nisi qui perpetuat data, datque usque.*

Non, neque.

Terent. Phorm. *Quia non rete accipitri tenditur, neque Milvio:* Plaut. Amph. *Non ædepol faciam, neque me perpetiar probri falsò insimulatam.* Idem, Menæch. *Argumentum vobis demensum dabo, non medio, neque trimodio, verùm ipso horreo, &c.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Non enim eos neque natos in eâdem terrâ, nec ullâ secum societate junctos esse.*

Non, geminatum.

Cic. Verr. 3. *Non est, non est in hoc homine cuiquam peccandi locus &c.* Idem, pro Flac. *Non est ita, Iudices, non est profectò.* Idem, Fa. lib. 5: *Iam hoc non potest in te non honorificè esse dictum, &c.* Idem, lib. 3. de Finib. *Qui mor-*

mortem in malis ponit, non potest eam non timere, &c. Terent. Phorm. *Non sic futurum est, non potest.*

Non quin.

Cic. Fam. lib. 3. *Horum ego sermone non movebar, quin etiam (credas mihi velim) si quid tu ageres, levari me putabam molestiâ.* Idem, Fam. lib. 10. *Facere non possum, quin in singulas res meritaque tua tibi gratias agam.* Idem, Acad. 4. *Illi non dubitant, quin ea vera non sint, quæ defendunt.* Idem, de Orat. lib. 2. *De Musicis rebus non poterit quin dicat, &c.*

Non quin sed.

Cic. Fam. lib. 8. *Non quin mihi suavissimum sit tuæ memoriæ, dare operam, sed ipsum volumen, quod tibi misi, facilè, ut ego arbitror, me excusat.* Ibidem. *Primùm enim præ me tuli, me nihil malle, quàm pacem: non quin eadem timerem, quæ illi, sed ea bello civili leviora putabam.* Idem, Att. lib. 10. *Non quin in Repub. rectum, idem sit utrique nostrum: sed ea non agitur: regnandi contentio est.*

Non quin, sed quia.

Cic. Att. lib. 7. *Ego me ducem, quoad de pace ageretur, negavi esse: non quin rectum esset: sed quia, quod multò rectius fuit, id mihi fraudem tulit.*

Non quin, sed quòd.

Cic. Fam. lib. 4. *Eo te adhuc consilio usum esse intelligo ut id reprehendere non audeam: non quin ab eo ipse dissentiam: sed quòd eâ te sapientiâ esse intelligam, ut meum consilium non anteponam tuo.*

Non quòd, sed quòd.

Cic. de Orat. *Non quòd sola exornent: sed quòd antecellant.* Terent. Adelph. *Non quòd dissimilis res sit, sed quòd qui facit, &c.*

Non quòd non, sed quòd.

Cic. contra Rull. ad pop. *Mihi de meis majoribus dicendi facultas non datur: non quòd non tales fuerint, quales, &c. sed quòd laude populari caruerunt.*

Non

Non quòd non, ſed.

Cic. Top. *Non quòd non omnis ſententia proprio nomine Enthymena dicatur: ſed ut Homerus, &c. ſic cum omnis ſententia, &c.*

Non quòd, ſed quia.

Cic. de Orat. 2. *In quo ego non quòd libenter malè audiam, ſed quia cauſam non libenter relinquo.* Idem, Fam. lib. 12 *Memoriam noſtri tuam conſerves, non quòd de tuâ conſtantiâ dubitem, ſed quia mos eſt ita rogandi, rogo.*

Non quò ſed; ſed tamen.

Non quò, pro, *non quòd* ponitur, ſubſequente ſed, (aut) ſed tamen. Cic. Att. lib. 16. *Non quo ea mihi ſit quicquam carius, aut eſſe debeat, ſed deſperatis, &c.* Idem, Att. lib. 10. *In Pompejanum properabam, non quo hoc loco quicquam pulcrius: ſed interpellatores illic minus moleſti.* Idem, Brut. *Non quò illa Lælij quicquam ſit dulcius, aut quòd de re-*

legione dici poßit augustius, sed multò tamen vetustior, & horridior ille, quàm Scipio. Idem, de Orat. lib. 2. *Non quò meá quidem jam intersit, sed tamen ista tua requiro, &c.*

Non quò, sed quòd.

Cic. Fam. lib. 6. *Non quò ego certò scirem, sed quòd non difficilis erat conjectura.* Idem, de Provinc. Coss. *Non quo alienum meâ dignitate arbitrarer: Sed quòd tantum reipub. sceleris impendere à consulibus proximis non suspicabar.* Idem, Verr. 4. *Non quo istum ullo honore dignum arbitrarentur: sed quod suâ interesse putabant, se memores gratosque existimari.*

Non quò, sed quia.

Cic. Fam. lib. 5. *Non quò celandus esses, nihil scripsi: sed quia communicatio consiliis tali tempore, quasi quædam admonitio videtur esse officij.*

Non quò, sed ut.

Cic. Verr. 6. *Non quò quicquam metueret: sed*

sed ut ne multi illud perciperent oculis, &c. Idem, lib.1. de Finib. *Non quò ignorare vos, sed ut ratione, & viâ procedat oratio.* Idem, Att. lib.11. *Non quò ita perspexerint, sed totum ut hoc Balbus sustineat.* Idem, Philip.13. sub finem: *Hanc epistolam recitavi, non quò illum dignum putarem, sed ut confessionibus ipsius omnia patefacta ejus parricidia videretis, &c.*

Non quò, verùm quia.

Cic. pro Cecin. *Non quò idem sit servulus, quòd familia: verùm quia non quibus verbis quidque dicatur, quæritur, sed quæ res agatur.*

Non, Sed.

Cic. Fam. lib.6. *Quo tempore non ego caussam nostram, sed consilium improbabam.* Idem, Off. lib.1. *Benevolentiam non adolescentulorum more ardore quodam amoris, sed stabilitate potius & constantiâ judicemus.* Idem, lib.2. de Leg. *Non fani, sed duelli instrumenta, æs atque ferrum.* Idem, lib. 2. de Invent. *Non parùm cognôsse turpe est, sed in parùm cognito stultè, & diu perseverâsse.*

Non si, Proptera, iccircò.

Cic. in Top. *Non enim si sine parentibus, filij esse non possunt, propterea causa fuit in parentibus gignendi necessaria.* Idem, pro Dejot. *Neque enim, si tua res gesta cæterorum laudibus obscuritatem attulerunt, iccircò Cn. Pompeij memoriam amisimus.*

Non solùm, sed.

Cic. Fam. lib. 1. *Tu non solùm temporibus ijs, quæ per te sum adeptus, sed jam olim nascenti prope nostræ laudi virtutique præfuisti.* Ibidem, *Quæ gerantur accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit solùm, sed præfuit.* Idem, pro Lig. *Cùm à te non solùm liberationem culpæ, sed errati veniam impetravissent, &c.* Livius, decad. 3. lib. 6. *Ploratus mulierum non ex privatis solùm domibus exaudiebatur: sed undique matronæ in publicum effusæ circa Deûm templa discurrunt.*

Non solùm, sed etiam, (aut) *sed &,* (aut,) *sed quoque.*

Cic. pro Lig. *Fratres hos non solùm sibi ipsos,*

ipsos, sed etiam Reipub. condonaveris. Idem, lib. 2. de Orat. *Tantum incendium non oratione solùm, sed multò etiam magis vi concitâras, &c.* Idem, lib. 1. de Orat. *Oratoris sapientiâ & moderatione non solùm ipsius dignitatem, sed & privatorum plurimorum & universæ Reipub. salutem maximè contineri.* Livius, decad. 3. lib. 6. *Litteras scripsit, quibus non Capuam solùm traditam in manum hostibus, sed se quoque & præsidium in omnes cruciatus perditos incusabāt.*

Non solùm, sed quia.

Cic. Fam. lib. 13. *Non solùm quia me libenter arbitrabatur? sed quia libentiùs ipse loquebatur.*

Non solùm, verùm etiam.

Cic. de Senect. *Non solùm, quia nunquam deserunt, &c. verùm etiam quia conscientia bene actæ vitæ jucundissima est, &c.* Idem, de Provinc. Coss. *Non is solùm gratus esse debet, qui accepit beneficium: verùm etiam is, cui potestas accipiendi fuit.* Ibidem, *Non solùm suasit, verùm etiam rogavit.* Id. pro Mil *Non solùm fama jam de illo, sed etiam lætitia peragravit.* Id.

D ivin.

Divin. in Verr. *Vt homines te non solùm audiant; verùm etiam libenter studioseque audiant.* Idem, pro Lig. *Videsne hosce omnes, non solùm notos tibi, verùm etiam probatos viros, &c.* Ibidem, *Sed dissenserit non solùm à te; verùm etiam à fratribus, &c.*

Non tantùm, sed.

Livius, decad. 1. lib. 1. *Iam non feras tantùm subsistere sed in latrones præda onustos impetum facere, &c.*

Non tantùm: Sed etiam, vel, quoque.

Pro, *Non solùm, sed etiam*; Cic. lib. 1. de Orat. *Non tantùm parùm commodè: sed etiam turpiter, & flagitiosè dictum esse dicebat, &c.* Livius, decad. 3. lib. 4. *Cum Romani non vias tantùm, sed tecta etiam proxima portæ, occupassent, &c.* Idem, decad. 3. lib. 8. *Ita ut non præda tantùm, sed armati quoque in periculo fuerint.*

Non verùm.

Cic. Verr. 6. *Erant ænea duo signa non maxima,*

tima, verùm eximiâ venustate. Idem, de Orat. lib. 1. *Sed nos non quid nobis utile, verùm quid oratori necessarium sit, quærimus.* Terent. Phorm. *Non ratio, verùm argentum deerat.* Virg. Ecl.

Dic mihi Damœta cujum pecus, an Melibœi?
Non, verùm Ægonis, &c.

Non solùm, postpositum.

Cic. Fam. lib. 14. *Vestrum jam consilium est, non solùm meum, quid sit vobis faciendum.* Idem, pro Cluent. *Plura ne dicam, tuæ me etiam lacrymæ impediunt, vestræque Iudices, non solùm meæ.* Idem, lib. 1. Off. *Ad quod est adhibenda actio, quædam non solùm mentis agitatio.*

Non ut, sed ut.

Cic. Fam. lib. 4. *Non ut aliquid ex pristino statu nostro retineamus: sed ut quam honestissimè lugeamus.*

Non ut ne, sed ut non.

Cic. lib. 2. de Finib. *Ex quo efficitur, non ut*

ut voluptas ne sit voluptas, sed ut voluptas non sit summum bonum.

Non ut non, sed ut.

Cic. lib. 1. de Finib. *E quo efficitur, non ut nos non intelligamus, sed ut ille suo more loquatur.*

ADVERBIUM, *Num.*

An non? *μῶν, μὴ καὶ, μὴ οὖν*: Obnit / ob dann nicht. Interrogantis Adverbium, plerunque Indicativo jungitur, negatione subintellectâ, & vel ab initio poni solet, vel subjici. Cic. lib. 4. Acad. *Num censes Ennium dixisse.* Ibidem, *At quis est hîc? num Sophistes?* Idem, pro L. Manil. *Quare videte num dubitandum vobis sit, &c.* Idem, pro Lig. *Num in patria est? num potest magis carere his omnibus, quàm caret?* Ibidem, *Itáque num tibi videor Cæsar in causâ Ligarij occupatus esse? num de ejus facto dicere? &c.*

Assumto *Ne*, vel, *Nam*, majorem habet vim. Cic. lib. 1. de Nat. Deor. *Deum ipsum numne vidisti?* Plaut. Amph. *Numnam ego*

ego abolui? Idem, Aul. *Numnam compilor miser?* Terent. And. *Numnam periimus?*

Num, cum Pronomine.

Nunquis, Nunquæ, Nunquod, vel *Nunquid*. Ist nicht jemand/ist niemands? Cic. contra Rull. *Nunquis vestrum ad vim, ad facinus, ad cædem accommodatus est? nemo.* Idem, pro Dejot. *Nunquæ trepidatio? Nunqui tumultus?* Idem, ad Q. Fr. *Me adhuc nemo rogavit, nunquid in Sardiniam vellem, &c.* Idem, lib. 1. Off. *Nunquid officium aliud alio majus &c.* Terent. Eun. *Nunquid, Gnatho, dubites, quin ego nunc perpetuò perierim?* Plaut. Amph. *Nunquid causam dicis, quin te hoc multem matrimonio?*

Nunquid præterea.

Urgendi ultima. Cic. pro P. Quint. *Pecuniam petit: negamus deberi: judicium fiat statim: non recusamus: nunquid præterea?*

Huic simile, *Nunquid est aliud?* Cic. pro Rosc. Am. *Nunquid est aliud? Immò verò, inquit, &c.*

Num

Digitized by Google

Num quidnam?

Cùm à Comicis, tum ab Oratoribus usurpatur, vehementioris interrogationis causa. Cic.Fam.lib.11. *Num quidnam, inquam, novi?* Idem, lib.1.de Finib. *Num quidnam manus tua sic affecta, quemadmodum affecta nunc est, desiderat?* Idem, lib. 2.de Orat. *Quid vos tandem, Crassus? num quidnam, inquit, novi,* Ist auch etwas newes vorhanden? Terent. And. *Opperiar, ut sciam, num quidnam hæc turba tristitiæ afferat?* Ibidem, *Num quidnam amplius tibi cum illâ fuit?* Idem, Heaut. *Num quidnam de gnato meo audîsti?* Idem, Hecyr. *Ehò, num quidnam accusat virum;* Idem, Eun. *Num quidnam hîc, quòd nolis, vides?*

Nunquid vis.

Sic solent interrogare discedentes, ac si quærerent, an à se aliquid fieri vellent, qui remanent. Cic.ad Q.Fr. *Te, puto, sæpè habere, qui, nunquid Romam velis, quærant, &c.* Terent.Eun. *Adjuvabo: nunquid me aliud vis?*

vis? Ch. Quò nunc is? Idem, Adelph. *Nunquid vis. D. mentem vobis meliorem dari. S. Tu rus abis hinc, &c.* Idem, Phorm. *Nunquid, Geta, aliud ne vis? G. Vt benefit tibi, &c.* Idem, He yr. *Sed numquid vis? Non est, quod me transire ad forum jam oporteat?* Plaut. Amph. *Numquid vis, quin abeam jam intrò, & apparentur?* Idem, Asin. *Ego eo ad forum, nisi quid vis.* Me. vale, Ibidem, *Ibo, nuptias parabo. Nunquid me vis?*

ADVERB. *Nunc.*

Nunc, significat, hoc tempore, hodie, jam νῦν, Jetzund: Interdum Adversativæ conjunctionis vim habet, pro sed, acceptum: auctore Vall. lib. 2. Cic. de Divin. lib. 1. *Quæ quidem multò plura evenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino confusa & perturbata cernimus.*

Nunc, pro *Modò* accept m, & assi mens *Modò*.

Cic. de Cl. Orat. *Vidi nuper, & nunc videbam de eadem re, &c. Vbi vides præsens cum præ-*

præterito jungi. Terent. Adelph. *Nam vetus hoc quidem verbum est: Communia esse amicorum inter se omnia.* D. *facetè, nunc demum isthæc nata oratio est.* Plaut. Amph. *Qui nunc primùm te advenisse dicas, modò qui hinc abieris.*

Nunc, nunc iteratum.

Plaut.Rud. *Nunc nunc periculum est, ejecit alteram.* Idem, Bacch. *Nunc nunc ego illam me velim convenire.* Virg. 5. Æne. *Nunc nunc insurgite remis.* Horat. Epod. *Nunc nunc adeste, &c.*

Nunc, cum, *Iam* copulatum.

Cic. Fam. lib.9. *Suadeo ut te nobiscum conjungas, &c. præcipuè nunc jam inclinatâ victoria.* Idem, Verr. 7. *Paucorum cupiditatitum cum obsistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant: nunc verò jam ad emta est. non modò resistendi, verùm etiam suppeditandi facultas.* Plaut. Mostel.. *Nunc jam, [illegible] teque amov.* Terent. Adelph. *I nunc jam,* scilicet, post accepras plagas. Ibidem, *Nunc jam illicò hic consiste, &c.* Ibidem,

dem, *Intro nunc jam.* Ibidem, *Cave nunc jam oculos à meis oculis dimoveas tuos.* Idem, Heaut. *Dedo patri me nunc jam, ut frugalior sim, quàm volt.*

Nunc, Tum.

Cic. Fam. lib. 6. *Tu illum animum nunc adhibe, quæso, quo me tum esse oportere censebas.* Terent. Adelph. *Tu nunc tibi id laudi ducis quod tum fecisti inopiâ.*

Vide infrà, *Tum*, cum *Nunc* copulatum.

Nunc, olim.

Terent. Heaut. *Nunc ita tempus est mihi ut cupiam filiam: olim nihil minus.* Ibidem, *Ex sua libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit.* Plaut. Bacch. *Alij nunc sunt mores, &c. Nam olim populi prius honorem capiebat suffragio, quàm Magistro desinebat esse dicto audiens.*

Nunc, cum.

Cic. pro L. Man. *Nunc, cum & tantum auctoritatis in me sit, quantum, &c.* Idem,

Id.Fam.lib.10. *Nunc, cum Deum benignitati ab omni re simus paratiores, &c.* Terent. Heaut. *Nunc me fortunatissimum esse puto, cum te intelligo resipuisse, &c.*

Nunc, dum.

Plaut. Truc. *Nunc, dum isti lubet, dum habet tempus.* Idem, Mostell. *Nunc dum tibi jubet licetque, pota, perderem.* Terent. Adelph. *Sineres nunc facere, dum per ætatem licet.*

Nunc, quando, postquam.

Cic. Fam. lib. 13. *Nunc quando mihi amico officiosissimo tantum oneris imponitur.* Ibidem, lib. 14. *Nunc quando sperare nos amici jubent.* Plaut. Aulul. *Nunc defæcato demum animo egredior domo, postquam perspexi salva esse intus omnia.*

Nunc cum, præcedente, *Si.*

Cic. pro L. Man. *Quod si Romæ. Cn. Pompej. privatus esset hoc tempore, tamen ad bellum is erat deligendus: nunc cum ad cæteras utilitates hac quoque opportunitas adjungatur. &c.*

Nunc denique, antea.

Cic. Fam. lib. 14. *Nunc, denique amare te videor, antea dilexisse.* Idem, de Provinc. Coss. *Restitimus semper lacessiti: nunc denique est perfectum, ut, &c.*

Nunc verò, præcedente, *Si.*

Cic. lib. 1. de Invent. *Quodsi magnam in his Hermagoras habuisset facultatem; studio & disciplinâ comparatam: videretur, fretus suâ scientiâ, falsum quiddam constituisse de Oratoris officio, & non quid ars, sed quid ipse posset, exposuisse. Nunc verò ea vis est in homine, ut ei multò Rhetoricam citius quis ademerit, quàm Philosophiam concesserit.*

Nunc verò.

Cic. pro L. Man. *Vtinam hac vobis deliberatio difficilis esset, &c. Nunc verò cum sit unus Cn. Pompejus, qui, &c.* Idem, Fam. lib. 9. *Nunc verò si essent nostri potiti, valdè intemperantes fuissent.* Plaut. Amph. *Nunc verò mihi in mentem fuit, &c.*

ADVERBIUM, *Nunquam*.

Significat, Nullo tempore, οὐδέποτε, οὔποτε. Nimmermehr / Niemals: cui contrarium eſt, *Aliquando*. Plaut. Amph. *Nunquam quicquam animo meo fuit ægrius.* Ibidem, *Nunquam quicquam poſcere.* Idem, Aſin. *Nunquam ne expleri potes?* Idem, Stich. & Menæch. *Nunquam antè,* (vel) *poſt hunc diem.* Terent. Hecyr. *Quæ nunquam quidquam erga me commerita eſt, quod nollem.&c.*

Nunquam, niſi, (vel) *ni.*

Cic. Fam. lib. 6. *Nunquam, niſi honorificentiſſimè Pompejum appellat.* Idem, lib. 1. de Divin. *Nec verò unquam animus hominis naturaliter divinat, niſi cum ita ſolutus eſt, &c.* Idem, 4. Acad. *Nunquam à Philone diſceſſit, niſi poſtquam ipſe cæpit, qui ſe audirent, habere.* Terent. Phor. *Nam. nî ita eum exiſtimaſſem, nunquam tam graves inimicitias caperem ob hanc, in âeſtram familiam.*

Nun-

Nunquam, quin.

Cic. Fam. lib.2. *Equidem nunquam domum nisi unam epistolam, quin esset ad te altera.* Ibidem, lib.3. *Neque domum unquam ad meos litteras mittam, quin adjungam eas, quas tibi reddi velim.* Plaut. Amph. *Nunquam abis, quin vapules.* Terent. Adelph. *Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, usus, semper aliquid apportet novi.* Idem, Heaut. *Nunquam tam manè egredior, neque tam vespere domum revertor, quin te in fundo conspicer fodere, aut arare, aut aliquid ferre, &c.*

NOTA, *Nunquam*, in fine sententiæ, eleganter poni. Cic. 1. de Invent. *Eloquentiam verò sine sapientiâ nimium obesse plerunque: prodesse nunquam.*

ADVERBIUM, *Nusquam.*

Nusquam, i.e. nullo in loco, vel ad nullum locũ, οὐδαμοῦ, nirgend/an keinem Ort. Huic, Uspiam, vel Usquam, contrariũ est: (Nam *Nullibi*, & *Ullibi*, ineptæ & barbaræ voces sunt) Cic. 1. de leg. *Sive est lex scripta*

usspiam sive nusquam. Idem, Verr. 6. *Oculos de isto nusquam dejicere.* Idem, Att. 7. *Nullus usspiam delectus.* Ibidem, *Noster dux nusquam est.* Terent. *Næ ego homo sum infelix, primùm fratrem nusquam invenio gentium*, i.e. omninò nusquam. Plaut. Asin. *Quod huic ego dem, nusquam quicquam est.* Livius, decad. 3. lib. 10. *Me omnia audacissimè incipientem, nusquam fefellit fortuna.*

Nusquam, nisi, (vel) *quàm.*

Cic. Att. lib. 1. *Spes libertatis nusquam, nisi in nostrorum castrorum præsidiis est.* Plaut. Amph. *Immò equidem te, nisi nunc hodie, nusquam vidi gentium.* Livius, decad. 3. lib. 3. *Nusquam se malle esse dicebat, quàm in regno ejus, quem vindicem atque auctorem habeat libertatis.* Idem, decad. 3. lib. 9. *Nusquam aliò, quàm ad vos querelas detulimus, &c.* Idem, decad. 3. lib. 10. *Nusquam minus, quàm in bello eventus respondent.*

ADVERB. *Olim.*

Olim, significat Quodam tempore, *quon-*

quondam πάλαι: Habet, Nunc, & Nunc primùm, sibi contraria. Terent. Heaut. *Ex sua libidine moderantur quæ nunc est, non quæ olim fuit.* Horat. lib. 1. Carm. *Non si malè nunc, & olim sic erit.* Idem, lib. 1. Serm. *Olim truncus eram ficulnus, &c.*

Interdum ponitur pro *Quandoque*. Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 1.

Vt pueris olim dant crustula blandi
Doctores.

Bißweilen / zu Zeiten.

Olim cum.

Cic. Att. lib. 12. *De tabellariis facerem, quod suades, si essent ulla necessaria litteræ, ut erant olim, cùm tamen brevioribus diebus quotidie respondebant tempori tabellarij, &c.* Ibidem, *Alium censes esse nunc me atque olim, quum dabam.* Plaut. Bacch. *Eadémne erant hæc disciplina olim, cùm tu adolescens eras?*

Olim nunc, Olim Tum, vel, *Tunc.*

Cic. Fam. lib. 12. *Eum honorem à me olim*

lim neglectum, nunc expetendum puto. Terent. Hecyr. *Nunc mihi in mentem venit, olim qua locuta est.* Plaut. Epid. *Illum amabam olim, nunc jam alia cura impendet pectori.* Terent. Phorm. *Olim cum honestè potuit, tum non est data, nunc viduam extrudi turpe est.*

ADVERB. *Omninò.*

Omninò, penult. longâ, significat prorsus, planè, πάντως, παντάπασι, παντελῶς, ὅλως, Allerding/gäntzlich. Cic. de Orat. l. 2. *Poëtas, quasi aliâ quâdam linguâ locutos omninò non conor attingere.* Idem, de Am. *Omninò est amans sui virtus.* Idem, Att. lib. 4. *Omninò Accusatorum incredibilis insania, &c.* Idem, Fam. lib. 5. *Omninò res tota in mensem Ianuarium rejecta est.* Idem, Verr. 6. *Nomen omninò P. Scipionis delendum, tollendumque curâsse.* Terent. Hecyr. *Omninò abhorrere video huic animum à nuptiis.*

Om[illegible] *mn*[illegible]

Cic. pro Cluent. *Quinque omninò fuerunt, qui Oppianicum absolverent.* Idem, lib. 5. de Finib. *Iuncta autem & duplices expositiones summi boni, tres omninò fuerunt: nec verò plures.* *Cæsar*, lib. 1. de bell. Gall. *Erant omninò itinera duo, quibus itineribus domo exire possent.* Ibidem, *Postridiè ejus diei, quod omninò biduum superat.* Livius, decad. 4. lib. 4. *Vt dimißis, quos Senatus censuisset exercitibus, octo omninò Romanæ legiones essent.*

Omninò, aut certè.

Cic. pro Balbo *Multa præterea, quæ quotidie labore hujus & studio, aut omninò, aut certè facilius consequantur.*

Omninò, aut Magna ex parte.

[illegible] *. Cum defensionum laboribus* [illegible] *mu*[illegible] *aut omninò, aut* [illegible] *ess*[illegible] *liberatus, &c.*

Omni-

Omninò, Nequaquam, Nunquam, Nusquam.

Cic. de Am. *Q. Maximum fratrem, egregium virum, omninò sibi nequaquam parem, quòd is anteibat ætate, tanquam superiorem colebat.* Idem, pro Balbo. *Quod de jure hoc judicium constitutum sit, de eo nunquam omninò esse dubitatum.* Idem, Fam. lib. 16. *Nunquam improbi cives habuerunt paratiorem ducem omninò.* Idem pro Rosc. Am. *At quî ei venit in mentem prædia concupiscere hominis ignoti, quem omninò nunquam viderat?* Idem, lib. 2. de Orat. *Theopompus & Ephorus causas omninò nunquam attigêre, &c.* Idem, de Am. *Omninò nusquam reperiri.*

Omninò, cum *omnis* copulatum.

ἔμφασιν habet. Cic. de Invent. lib. 1. *Vis & injuria, & omninò omne, quod obfuturum est,* Ibidem, *Hoc genus & cætera necessaria & omninò omnis argumentatio, &c.* Idem, lib. 2. de Orat. *M. Antonium omninò omnium*

omnis eruditionis expertum atque ignarum fuisse. Plaut. Capt. *Non ego omninò lucrum omne esse utile homini existimo.*

Omninò nullus.

Cic. lib. 1. de Invent. *Omninò nulla constitutio nec pars constitutionis potest simul, &c.*

Omninò, pro, *ullo modo*, in negando.

Cic. Fam. lib. 1. *Scis intercessum esse, ne quis omninò regem reduceret.* Idem, lib. 1. de Nat. Deor. *Ita concludam, vestrorum Deorum non modò beneficium ullum extare, sed ne factum quidem omninò.* Idem, pro Rosc. Am. *Suspicor omninò hæc bona non venisse.* Plaut. Bacch. *Exorsa hæc tela non malè est omninò mihi, &c.*

Omninò, pro, *Nimirum.*

Cic. de Orat. lib. 2. *Antonius probabiliorem hoc populo orationem fore arbitrabatur si omninò didicisse nunquam putaretur.* Idem, Divin. in Verr. *Quod omninò Marcellorum no-*

der gleichen Zeit. 3. Æqualiter, Gleicher gestalt/(oder) Weise: Ac copulatur cum aliis particulis ut sunt *Cum*. Cic. Verr. 7. *Siculi pariter me cum molestè ferent.* Idem, de Senect. *Studia doctrinæ, quæ pariter cum ætate crescunt.* Idem, de Am. *Vt se diligant (id enim pariter cum omni animante nascitur, &c.* Idem, de Divin. lib. 2. *Ostreis & Conchyliis omnibus contingit, ut cum Lunâ crescant, pariter pariterque decrescant.*

Ac. Livius, decad. 1. lib. 2. *Vir omni vitâ pariter patribus ac plebi carus.* Idem, *Trucidant fœminas pariter ac viros.* Terent. Phorm. *Pariter nunc operâ me adjuves, ac dudum re opitulata es.* Hilff mir jetzo/ gestalt wie vorlangst. Livius, decad. 1. lib. 1. *Vt publicis pariter ac privatis consiliis bello domique interesset.*

Ac si. Sallust. Iug. *Pariter, ac si hostes adessent, incedere.*

Atque. Cic. Paradox. *Qui domi tuæ videt pariter atque accusatorum, atque judicum consociatos greges.* Plaut, Menæch. *Ecastor pariter hoc atque alias res soles, &c.* Sallust. Iugur. *Pariter atque in conspectu hostium*

quadrato agmine incedere. Virg. 4. Æneid. *Et pariter facta, atque infecta canebat.*

Atque ut. Plaut. Amph. *Pariter hoc fit, atque ut alia facta sunt.*

Et. Terent. Adelph. *Nunc tu es mihi germanus pariter corpore & animo.* Plaut. Aul. *Quin participem pariter ego te, & tu me facias.* Livius, decad. 3. lib. 4. *Vrbs pariter & portus in potestate Locrensium erat.*

Vt. Plaut. Aul. *Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc habitat, filium pariter moratum, ut pater, avusque hujus fuit.* Terent. Eun. *Vtinam pariter fieret, ut aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet, aut ego istuc abs te factum, nihili penderem.*

NOTA, sæpè absolutè poni. Plaut. Capt. *Vt ea, quæ sentio, pariter scias:* Ac consociari interdum cum Synonymis: *Æquè, Æqualiter, Simul, &c.* Cic. de Am. *Vt nostra in amicos benevolentia, illorum erga nos benevolentiæ pariter æqualiter respondeat.*

ADVERB. *Parum.*

Significat, *Modicùm, Paullùm, Paullulùm, Non satis,* μικρὸν ὀλίγον, Ein wenig: habens

beus contraria. *Multùm*, *Nimiùm*: Ac interdum absolutè ponitur. Cic. pro Cæl. *Parùm piè tractatus pater à filio.* Ibidem, *Pater parùm splendidus.* Idem, de Finib. lib. 1. *Qui tibi parùm videtur eruditus.* Idem, Att. lib. 10. *Quæ de fratre meo scribis, sunt ea quidem parùm firma.* Idem, Verr. 6. *Non enim parùm res erat clara, &c.* Idem, lib. 1. Off. *Orator parùm vehemens, dulcis tamen, &c.*

Interdum adsciscit, *Quòd*. Cic. pro Sest. *Parùmne est, Piso, quòd homines fefellisti, ut, &c.* Livius decad. 3. lib. 1. *Parùm est, quòd veterrimas provincias nostras Siciliam ac Sardiniam ademit, nisi adimat etiam Hispaniã.*

ADVERB. *Parumper*, *Paulisper*.

Referuntur ambo ad Tempus, ac significant, Parvo tempore, Aliquantùm, Ad breve, seu exiguum tempus, διὰ μικροῦ, ein kleine Zeit. Vulgus ineptè pro his, *Parùm* usurpat. Cic. Att. lib. 11. *Abducere animum parumper à molestiis.* Idem,

uspiam sive nusquam. Idem, Verr. 6. *Oculos de isto nusquam deijcere.* Idem, Att. 7. *Nullus uspiam delectus.* Ibidem, *Noster dux nusquam est.* Terent. *Næ ego homo sum infelix, primùm fratrem nusquam invenio gentium*, i. e. omninò nusquam. Plaut. Asin. *Quod huic ego dem, nusquam quicquam est.* Livius, decad. 3. lib. 10. *Me omnia audacissimè incipientem, nusquam fefellit fortuna.*

Nusquam, nisi, (vel) *quàm.*

Cic. Att. lib. 1. *Spes libertatis nusquam, nisi in nostrorum castrorum præsidiis est.* Plaut. Amph. *Immò equidem te, nisi nunc hodie, nusquam vidi gentium.* Livius, decad. 3. lib. 3. *Nusquam se malle esse dicebat, quàm in regno ejus, quem vindicem atque auctorem habeat libertatis.* Idem, decad. 3. lib. 9. *Nusquam aliò, quàm ad vos querelas detulimus, &c.* Idem, decad. 3. lib. 10. *Nusquam minus, quàm in bello eventus respondent.*

ADVERB. *Olim.*

Olim, significat Quodam tempore, *quon-*

quondam πάλαι: Habet, Nunc, & Nunc primùm, sibi contraria. Terent. Heaut. *Ex sua libidine moderantur quæ nunc est, non quæ olim fuit.* Horat. lib. 1. Carm. *Non si malè nunc, & olim sic erit.* Idem, lib. 1. Serm. *Olim truncus eram ficulnus, &c.*

Interdum ponitur pro *Quandoque*. Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 1.

Vt pueris olim dant crustula blandi
Doctores.

Bißweilen / zu Zeiten.

Olim cum.

Cic. Att. lib. 12. *De tabellariis facerem, quod suades, si essent ullæ necessariæ litteræ, ut erant olim, cùm tamen brevioribus diebus quotidie respondebant tempori tabellarij, &c.* Ibidem, *Alium censes esse nunc me atque olim, quum dabam.* Plaut. Bacch. *Eadémne erant hæc disciplina olim, cùm tu adolescens eras?*

Olim nunc, Olim Tum, vel, *Tunc.*

Cic. Fam. lib. 12. *Eum honorem à me o-*

lim neglectum, nunc expetendum puto. Terent. Hecyr. *Nunc mihi in mentem venit, olim quæ locuta est.* Plaut. Epid. *Illum amabam olim, nunc jam alia cura impendet pectori.* Terent. Phorm. *Olim cum honestè potuit, tum non est data, nunc viduam extrudi turpe est.*

ADVERB. *Omninò.*

Omninò, penult. longâ, significat prorsus, planè, πάντως, παντάπασι, παντελῶς, ὅλως, Allerding/gäntzlich. Cic. de Orat. l. 2. *Poëtas, quasi aliâ quâdam linguâ locutos omninò non conor attingere.* Idem, de Am. *Omninò est amans sui virtus.* Idem, Att. lib. 4. *Omninò Accusatorum incredibilis infamia, &c.* Idem, Fam. lib. 5. *Omninò res tota in mensem Ianuarium rejecta est.* Idem, Verr. 6. *Nomen omninò P. Scipionis delendum, tollendumque curâsse.* Terent. Hecyr. *Omninò abhorrere video huic animum à nuptiis.*

Omninò, pro, *Tantummodò.*

Nimirum, cum ad numerum refertur.

Cic.

Cic. pro Cluent. *Quinque omninò fuerunt, qui Oppianicum absolverent.* Idem, lib. 5. de Finib. *Iuncta autem & duplices expositiones summi boni, tres omninò fuerunt: nec verò plures.* Cæsar, lib. 1. de bell. Gall. *Erant omninò itinera duo, quibus itineribus domo exire possent.* Ibidem, *Postridiè ejus diei, quod omninò biduum superat.* Livius, decad. 4. lib. 4. *Vt dimißis, quos Senatus censuisset exercitibus, octo omninò Romanæ legiones essent.*

Omninò, aut certè.

Cic. pro Balbo *Multa præterea, quæ quotidie labore hujus & studio, aut omninò, aut certè faciliùs consequantur.*

Omninò, aut Magna ex parte.

Cic. Tusc. 1. *Cum defensionum laboribus, senatoriisque muneribus, aut omninò, aut magnâ eâ parte essem aliquando liberatus, &c.*

Omninò, Nequaquam, Nunquam, Nusquam.

Cic. de Am. *Q. Maximum fratrem, egregium virum, omninò sibi nequaquam parem, quòd is anteibat ætate, tanquam superiorem colebat.* Idem, pro Balbo. *Quod de jure hoc judicium constitutum sit, de eo nunquam omninò esse dubitatum.* Idem, Fam. lib. 16. *Nunquam improbi cives habuerunt paratiorem ducem omninò.* Idem pro Rosc. Am. *At quî ei venit in mentem prædia concupiscere hominis ignoti, quem omninò nunquam viderat?* Idem, lib. 2. de Orat. *Theopompus & Ephorus caussas omninò nunquam attigêre, &c.* Idem, de Am. *Omninò nusquam reperiri.*

Omninò, cum *omnis* copulatum.

ἔμφασιν habet. Cic. de Invent. lib. 1. *Vis & injuria, & omninò omne, quod obfuturum est,* Ibidem, *Hoc genus & cætera necessaria & omninò omnis argumentatio, &c.* Idem, lib. 2. de Orat. *M. Antonium omninò omnium*

omnis eruditionis expertum atque ignarum fuisse. Plaut. Capt. *Non ego omninò lucrum omne esse utile homini existimo.*

Omninò nullus.

Cic. lib. 1. de Invent. *Omninò nulla constitutio nec pars constitutionis potest simul, &c.*

Omninò, pro, *ullo modo*, in negando.

Cic. Fam. lib. 1. *Scis intercessum esse, ne quis omninò regem reduceret.* Idem, lib. 1. de Nat. Deor. *Ita concludam, vestrorum Deorum non modò beneficium ullum extare, sed ne factum quidem omninò.* Idem, pro Rosc. Am. *Suspicor omninò hæc bona non venisse.* Plaut. Bacch. *Exorsa hæc tela non malè est omninò mihi, &c.*

Omninò, pro, *Nimirum.*

Cic. de Orat. lib. 2. *Antonius probabiliorem hoc populo orationem fore arbitrabatur si omninò didicisse nunquam putaretur.* Idem, Divin. in Verr. *Quod omninò Marcellorum nomini*

 mini

der gleichen Zeit. 3. Æqualiter, Gleicher gestalt/(oder) Weise: Ac copulatur cum aliis particulis ut sunt *Cum*. Cic. Verr. 7. *Siculi pariter me cum molestè ferent.* Idem, de Senect. *Studia doctrinæ, quæ pariter cum ætate crescunt.* Idem, de Am. *Vt se diligant (id enim pariter cum omni animante nascitur, &c.* Idem, de Divin. lib. 2. *Ostreis & Conchyliis omnibus contingit, ut cum Lunâ crescant, pariter pariterque decrescant.*

Ac. Livius, decad. 1. lib. 2. *Vir omni vitâ pariter patribus ac plebi carus.* Idem, *Trucidant fœminas pariter ac viros.* Terent. Phorm. *Pariter nunc operâ me adjuves, ac dudum re opitulata es.* Hilff mir jetzo / gestalt wie vorlangst. Livius, decad. 1. lib. 1. *Vt publicis pariter ac privatis consiliis bello domique interesset.*

Ac si. Sallust. Iug. *Pariter, ac si hostes adessent, incedere.*

Atque. Cic. Paradox. *Qui domi tuæ videt pariter atque accusatorum, atque judicum consociatos greges.* Plaut. Menæch. *Ecastor pariter hoc atque alias res soles, &c.* Sallust. Iugur. *Pariter atque in conspectu hostium*

quadrato agmine incedere. Virg. 4. Æneid. *Et pariter facta, atque infecta canebat.*

Atque ut. Plaut. Amph. *Pariter hoc fit, atque ut alia facta sunt.*

Et. Terent. Adelph. *Nunc tu es mihi germanus pariter corpore & animo.* Plaut. Aul. *Quin participem pariter ego te, & tu me facias.* Livius, decad. 3. lib. 4. *Vrbs pariter & portus in potestate Locrensium erat.*

Vt. Plaut. Aul. *Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc habitat, filium pariter moratum, ut pater, avusque hujus fuit.* Terent. Eun. *Vtinam pariter fieret, ut aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet, aut ego istuc abs te factum, nihili penderem.*

NOTA, sæpè absolutè poni. Plaut. Capt. *Vt ea, quæ sentio, pariter scias:* Ac consociari interdum cum Synonymis: *Æquè, Æqualiter, Simul, &c.* Cic. de Am. *Vt nostra in amicos benevolentia, illorum erga nos benevolentiæ pariter æqualiter respondeat.*

ADVERB. *Parum.*

Significat, *Modicùm, Paullùm, Paullulùm, Non satis*, μικρὸν ὀλίγον, Ein wenig: habens

bens contraria. *Multùm*, *Nimiùm*: Ac interdum absolutè ponitur. Cic. pro Cæl. *Parùm piè tractatus pater à filio.* Ibidem, *Pater parùm splendidus.* Idem, de Finib. lib. I. *Qui tibi parùm videtur eruditus.* Idem, Att. lib. 10. *Quæ de fratre meo scribis, sunt ea quidem parùm firma.* Idem, Verr. 6. *Non enim parùm res erat clara, &c.* Idem, lib. I. Off. *Orator parùm vehemens, dulcis tamen, &c.*

Interdum adsciscit, *Quòd.* Cic. pro Sest. *Parùmne est, Piso, quòd homines fefellisti, ut, &c.* Livius decad. 3. lib. I. *Parùm est, quòd veterrimas provincias nostras Siciliam ac Sardiniam ademit, nisi adimat etiam Hispaniā.*

ADVERB. *Parumper*, *Paulisper.*

Referuntur ambo ad Tempus, ac significant, Parvo tempore, Aliquantùm, Ad breve, seu exiguum tempus, διὰ μικρῦ, ein kleine Zeit. Vulgus ineptè pro his, *Parùm* usurpat. Cic. Att. lib. II. *Abducere animum parumper à molestiis.* Idem,

Verr.6. *Abesse à domo paulisper maluit, quàm illud argentum amittere.*

Interdum assumunt, *Dum*: Terent. And. *Tu, Mysis, dum ex eo, parumper operire me hic.* Plaut. Amph. *Cui voluptas parumper data est, dum viri mei mihi potestas videndi fuit.* Livius. decad. 1. lib. 4. *Dictator cunctatus parumper dum speculatores referrent, &c.* Cic. pro Mil. *Paulisper, dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est.* Cæsar, de bell. Civil. *Ibi paulisper Cæsar ante portum commoratus, dum reliquæ naves convenirent.*

ADVERB. *Perindè.*

Significat, *Similiter*, *Ita*, *Æquè*, ὅτω, gleichsam / gleichfals / gleich wie / gerad wie. Et ponitur interdum absolutè. Cic. de Finib. lib. 1. in fine: *Vivendi artem tantam, tamque operosam, & perinde fructuosam relinqueret?*

Frequentius autem assumit certas voces, nimirum.

Ac. Cæsar, de bell. Civil. lib. 3. *Quàm maximas potuerunt pecunias mutuari: perin-*

de ac suis satisfacere vellent. Livius, decad. 1. lib. 2. *Quando perinde ac victo jam sibi leges dicerentur.*

Ac si. Cic. Att. lib. 13. *Quod ego perinde tuebar, ac si usus essem.* Idem, Fam. lib. 11. *Ajunt patriam amicitiæ præponendam esse, perinde ac si jam vicerint.* Livius, decad. 3. lib. 5. *Minoribus septem & decem annis perinde stipendia procedant, ac si septem & viginti annorum, aut majores, milites facti essent.* Et, decad. 3. lib. 1. *Cum perinde ac si alpes jam transisset.*

Atque. Cic. pro Marcell. *Vereor, ut hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio.* Idem Heren. lib. 3. *Nunc perinde atque constet in hac re multùm valere artem & præceptionem, ita de eâ re loquemur.* Livius, decad. 1. lib. 5. *Nequaquam perinde, atque in captâ urbe, vagatus est ignis.*

Quasi. Cic. pro P. Quint. *Postulas, ut, quod nunquam factum esse judicio defendimus, id perinde quasi factum sit, nostro judicio confirmemus.* Ibidem, *Atque hæc perinde loquor,*

loquor, quasi debueris, aut potueris, P. Quintium de possessione deturbare.

NOTA, Harum duarum Vocum connexionem Ironiæ servire: Cic. pro Mil. *Perinde quasi Appius ille viam munierit, ubi impunè sui posteri, latrocinarentur.*

Vt. Cic. Fam. lib. 8. *A te peto ut meas injurias perinde doleas, ut me existimas & dolere, & tuas ulcisci solere.*

NOTA, *Perinde ut*, non verò significare Prout: Cic. lib. 3. de Orat. *Sed hæc ipsa omnia perinde sunt, ut aguntur.* Idem, Philipp. 14. *Poterat ne fieri, ut non perinde homines quoque, ut quisque meretur, judicarent?* Plaut. Pseud. *Perinde res sunt, ut agas, ut eas magnifacias.*

ADVERB. *Proin & Proinde.*

Significant *Itaque*, *Propterea*, *Quamobrem, Ideo, διὰ ταῦτα*, von deßwegen/derohalben/darumb/derowegen. Cic. 2. Catil. *Proin aut exeant aut quiescant.* Idem, pro Domo. *Proin sinant aliquando me iisdem inflam-*

inflammare verbis, Idem. Fam. lib. 9. *Proinde te para: cum homine edaci tibi res est.* Terent. And. *Sperat invenisse se, proin fac apud te ut sis.* Ibidem, *Ne vacuum me esse nunc ad narrandum credas, proinde hinc vos amolimini.* Plaut. Epid. *Proin tu alium quaeras cui centones sarcias.*

NOTA, Esse, qui censeant *Proinde*, pro, *Perinde* scribi mendosè.

ADVERB. *Planè*.

Planè, *à planus a, um* deducitur ac significat. 1. *Clarè*, evidenter, aperte, προδήλως φανερῶς; klärlich. Cic. 1. de Orat. *Planè & dilucidè loqui.* Idem, l. b. 2. de Finib. *Planè & apertè loqui.* Idem, 3. de Finib. *Planè & perspicuè rem expedire docti, & intelligentis viri est*, Idem, Philip. 7. Et Verr. 6. *Planè & latinè loqui.*

2. *Certè*, Sanè, ἀληθῶς, ὄντως, Fürwahr. Cic. Fam. lib. 3. *Ego planè video fore opus nervis sapientiâque tuâ.* Idem. Fam. lib. 4. *Dicere fortasse non licet, tacere planè licet.* Terent. Heaut. *Te miror qui alia tam planè scias.*

Plaut.

Plaut. Mostell. *Ipsane ea est? S. Imò planè est*, Sie ist gewiß.

3. *Omninò*, prorsus παντελῶς, Gäntzlich. Cic. de Cl. Orat. *Nec illi hoc planè atque omninò defuit*. Ibidem, *Quod jam propemodum, vel planè penitus effecisti*. Idem, Fam. lib. 3. *Illud planè molestè tuli, quòd videbam, &c*. Terent. Phorm. *Operâ tuâ ast restim mihi quidem res rediit planissimè*.

ADVERB. *Plus*.

Plus, πλέον, mehr, quâ Adverbium est, huc refertur, significans *Abunde*. &, Plusquàm satis. Apud Plautum, *Plus minus*, occurrit: Terent. Phorm. Et Cic. Heren. lib. 1. *Plus minusve*. Cic Att. lib. 6. *Plus plusque*, pro, magis magisque: Quo etiam Plautus utitur. Aul. *Dij plus plusque sospirent istuc, quod nunc habes*: Ac geminantur hæ voces intentendæ rei gratiâ. Martial. lib. 8. *Plusve minusve*, pro, Circiter, Terent. Eun. *Accede ad ignem hunc jam calesces plus satis*. Plaut. Menæch. *Plus annis triginta natus sum*.

Dimi-

Diminutivum habet *Plusculum*, μεῖζόν τι. Cic. Fam. lib. 5. *Plusculum quàm concedit veritas amori nostro largiâre*. Idem, de Orat. lib. 2. *Causa in quibus plusculum negotij est, &c.* Plaut. Amph. *Nisi sese invitavit in cœna plusculum, hoc est, nisi bibit paulò plus, quàm par fuerit.*

De *Plus* cum *Quàm* juncto: & *Plus* cum *Quàm, quantum*: supra agitur inter Nomina.

ADVERB. *Porrò*.

Porrò, interdum Adverb. Hortandi, aut Loci, aut Ordinis, (ad continuandam orationem) Interdum conjunctionis Adversativæ & expletivæ vim habens, pro Certè, Sanè, Valdè, Deinde, Postea, Præterea, Vltra, &c. usurpatur. δὴ, γὲ, ἑξῆς, ἔπειτα, δὲ, πόῤῥω. Warlich/darnach/ aber / ferner/ vber. Cic. de Finib. lib. 5. *Ea nos mala dicimus: sed exigua, porrò & minima*, id est, longè minima: Idem, pro Rosc. Am. *Videte jam porrò, cætera, Iudices, ut intelligatis, &c.* Idem, Verr. 7. *Agè porrò tu, qui te tam religiosum existi-*

existimari voluisti. Idem, pro Marcell. *Non est porrò tuum, uno sensu solùm oculorum moveri.* Idem, Verr.6. *Qualem porrò illam fœminam fuiße putatis? &c.* Idem, de Finib. lib.4. *Perge porrò; nam de isto magna dissensio est.* Terent. And. *Move ocyus te, ut quid agam; porrò intelligas.* Ibidem, *Adeône me ignarum putas? Adeône porrò ingratum, aut inhumanum?* Virg.8. Æn. *Percipe porrò quid dubitem.* Plaut. Amph. *Quid fit deinde? porrò loquere.* Idem, Asin. *Cui ipsi nihil est in manu, Nisi quid tu porrò uxorem defraudaveris.* Idem, Bacch. *Porrò etiam ausculta pugnam, quam voluit dare. N. Etiamne est quid porro?* Livius, decad.3. lib.4. *Extemplò aliis porrò impertiebant gaudium suum.*

Porrò, cum *autem* consociatum Terent. Phorm. *Porrò autem Geta ferietur alio munere, ubi hera pepererit? Porrò alio autem, ubi erit puero natalis dies:* Ubi pro *Et verò*, vel, *porrò*, ponitur. Idem, Adelph. *Porrò autem illis dum studeo ut quàm plurimùm facerem, contrivi vitam, &c.* Sallust. in Catil. *Porrò autem anxius erat, dubitans in maximo scelere quid facto opus esset. &c.*

Adverb.

ADVERB. *Pòst*,

Pòst, sine casu, inter Adverb. Temporis refertur: habetque sibi contrarium, Initiò. Cic. Fam. lib. 7. *Mitto ad te Trebatium, atque ita mitto, ut initiò mea sponte, pòst autem, invitatu tuo, mittendum duxerim* Hernach/darnach. Idem, pro Rosc. Am. *De Capitone pòst viderimus.* Terent. Hecyr. *In culpâ non est: pòst de matre videro.*

NOTA, *Pòst* eleganter in medio duorum ablativorum poni: Interdum ante vel pòst Ablativum, etsi minimè cum eo construitur. Cic. pro Flacco. *Multis pòst annis pecunia recuperata est.* Idem, Fam. lib. 1. *Paucis pòst diebus, quàm Lucâ discesserat.* Idem, Att. lib. 4. *Horâ post, Gabinium nescio quem, &c. condemnaverunt.* Idem, 1. Catil. *Ac jam illa omitto: neque enim sunt obscura, aut non multò pòst commissa.* Idem pro Cæl. *Tanto pòst cur potius, quàm continuò quæri maluit.* Livius, decad. 3. lib. 5. *Annibal tertio pòst die, quàm venit, copias in aciem eduxit,* Idem, decad. 3. lib. 1. *Paucis pòst diebus castra communivit.* Plaut. Me-

naech. *Paucis diebus pòst Tarenti mortuus est*, Ibidem, *Multis annis pòst quem conspicor*. Idem, Persa. *Pòst principio denique*. Cæsar, 1. bell. Civil. *Pòst paullò tamen internuntiis ultro citroque missis, quæ, &c.* Horat. 3. Carm. *Pòst paullò fugies inaudax, &c.*

Pòst deindè: Post demum.

Terent. And. *Nunc primùm fac istæc ut lavet: pòst deinde, quod jussi ei dare bibere, &c.* Plaut. Menæch. *Observabo quid agat, hominem, pòst deinde adibo ego hunc, atque alloquar.* Virg. 5. Æneid. *Spacio pòst deinde relicto Tertius Euryalus, &c.* Plaut. Men. *Pòst demum cras huc adducam, &c.*

Pòst ut, vel, *Vbi.*

Cic. in Brut. *Pòst sensim incedens, Iudices ut vidit ardentes, exultavit audacius.* Virg. 5. Æneid.

Pòst ubi confecti cursus & dona peregit.

Plaut. Stich. *Pòst ubi lavero ociosus vos opperiar accubans.*

ADVERB. *Postea.*

Componitur cum *Pòst*, & *ea* significans *Posthac*, *exinde*, inde, *Deinde*, *Praeterea* εἶτα, ἔπειτα, μετὰ ταῦτα: Darnach/ darauff. Cic. Brut. *Pòst Cannensem illam calamitatem primùm Marcelli ad Nolam praelio, P. se Romanus erexit, posteáque prosperae res, deinceps multae consecutae sunt.* Idem, pro Rosc. Am. *Litteram illam ita vehementer ad caput affigent, ut postea neminem alium nisi fortunas vestras accusare possitis.*

Et cum Interrogatione. Cic. pro Rosc. Am. *Quid postea? si Romae fui.* Ibidem, *Nonne cogitas te à sectoribus huc adductum esse? Quid postea?* Idem, pro Mur. *Cedò quid postea? quid tum inde?*

ADVERB. *Posthuam*, *posteaquam*, *postea verò quam.*

Composita sunt cum *Post*, *Postea*, & *Quàm*, ἐπεὶ, ἐπειδὴ, Nach dem als. Terent. And. *Postquam ante ostium me audivit stare.* Ibid. in Prol. *Postquam Poëta sensit scripturam*

ram suam observari. Cic. Fam. lib. 4. *Posteaquam mihi renunciatum est de obitu filiæ tuæ,* Nach dem mir die Bottschafft kommen ist von deiner Tochter tödlichem Abgang.

Eleganter autem inter *Post* & *Quàm* distracta, aliquid interponitur. Cic. Fa. lib. 3. *Postea verò quàm ita & a cepi, & gessi maxima imperia, ut nihil mihi deesse putarem.* Idem, lib. 1. de Invent. *Romæ quia postea non fuisti, quàm à me discesseras, miratus fui.* Idem, Fam. lib. 5. *Postea verò quàm profectus, velim recordere &c.* Idem, Verr. 6. *Postea verò quàm intellexerunt isti virum fortem. Q. Arrium non succedere, &c.*

Postquàm, & *Posteaquàm* cum aliis particulis.

Postquàm, cum *Continuò*. Plaut. Amph. *Postquàm in cunas puer conditus est, &c. devolant angues duo, continuoque extollunt capita.*

Illicò. Terent. Hecyr. *Postquàm me aspexêre ancillæ advenisse, illicò omnes simul latæ exclamant, venit.* Plaut. Cistell. *Postquàm uxori justa fecit, illico huc commigravit, &c.*

Protinus.

Protinus. Hirtius, de bell. Aff. *Postquàm adverterunt neminem ibi esse præsidio, protinus, &c.*

Extemplò. Terent. Hecyr. *Posteaquàm introij extemplò cognovi ejus morbum.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Posteaquàm juvenes pergere ad se vidit, extemplò advocato concilio ostendit.* Idem. decad. 3. lib. 9. *Postquàm Romam est ventum, extemplò in carcerem conditi.*

Repentè. Cic. Verr. 4. *Posteaquàm ego inquirendi causâ in Siciliam veni, repente Letilij adventu, istius non modò amicus, verùm etiam cognatus factus est.*

Post. Plaut. Trin. *Postquàm ille hinc abijt, post loquendi liberè videtur venisse tempus atque occasio.*

Tum. ἐπειδὴ ἠνιπαῦτα Demosth. Livius, decad. 1. lib. 1. *Postquàm satis virium collectum ad omnes conatus videbat, tum è suis unum sciscitatum Romam mittit.* Idem, decad. 3. lib. 7. *Sed postquàm vulneratos ambos Coss. Marcellum etiam transfixum lanceâ prolabentem ex equo moribundum videre, tum & ipsi, cum Crispino consule effugerunt, &c.* Id. de-

cad.3.lib.10. *Postquàm nihil moveri ab hostibus viderunt, tum demum onerarias aggrediuntur.*

ADVERB, *Posterius.*

Est comparativi gradus significans posteriore loco: *Posteà*; atque ad tempus refertur, ὕστερον, Hernach/nachmal. habet contrarium. *Prius.* Cic. Verr.6. *Mittit Rex ad istum, si sibi videatur, ut reddat; iubet iste posterius ad se reverti.* Idem, de Cl. Orat. *Thucydides si posterius fuisset.* Plaut. Epid. *Vos priores esse oportet, nos posterius dicere.* Idem, Amph. *Ne tu posterius in me culpam transferas.* Terent. And. *Renuncio, Here, futurum, ut scis sciens. Ne tu posterius dicas Davi factum consilio aut dolis.*

ADVERB. *Posthac.*

Significat, in futurum, Inposterum, Deinde, Deinceps, τὸ λοιπὸν, μετὰ ταῦτα, Hinfürter/furthin: Cui antehac, contrarium est. Cic. Att. lib. 7. *Si modò per Remp. licebit, non accusabimur posthac, neque hercle ante negligentes fuimus.* Terent. And

Post

Posthac incolumem sat scio fore me, hoc nunc si devito malum. Idem, Hecyr. *Lacrymo, quæ posthac futura est vita, quum in mentem venit.*

ADVERB. *Præterea.*

Ordinis significationem habet interdum: Etiam, Tum, etiam, Adhæc, Insuper, πρὸς τούτοις ἔτι Cic. pro L. Man. *Magnas præterea copias multis prælijs esse deletas.* Idem, Verr. 6. *Nihil præterea cuiquam licebit habere?* Idem, 1. Philipp. *Addebat præterea Remp. conventuram Calend. Sextilibus.* Idem, 5. Philip: *Est Philosophi nobilis filius homo præterea festivus.* Idem, Fam. lib. 4. *A me sic diligitur, ut tibi uni concedam præterea nemini.* Idem, pro Balbo. *Non possumus hujus civitatis, & cujusvis præterea esse cives.* Terent. Adelph. *Tum præterea, quæ secunda ei dos erat, perijt, &c.*

NOTA, eleganter in posteriore orationis parte eo modo collocari, ut Nomini antecedenti, tanquam Relativum respondeat: Cic. pro L. Man. Hunc unũ ab hostibus metui, præterea neminem.

ADVERB, *Præterquam.*

Est dictio unica, quæ omnibus casibus præponi potest, eò quòd idem verbum subintelligatur: ac significat *Nisi*, πλὴν, πλὴν ἀλλὰ. Dann/ohne/als. Cic. 3. Catil. *Pro tantis rebus nullum insigne honoris, seu præmium postulo, præterquam hujus diei vestram memoriam sempiternam.*

Præterquàm, pro, *Aliter quàm.*

Livius, lib. 1. *Vocatâ ad consilium multitudine, quæ coalescere in populi corpus nullâ re præterquam legibus, poterat, jura dabat.*

Præterquàm quod, pro, *Nisi.*

Cic. pro Domo. *Hoc nihil aliud quàm bonorum meorum direptio, præterquàm quòd ne id quidem per legem Liciniam facere potuisti.* Terent. Heaut. *Dum abs te absum omnes mihi labores fuêre, quos cepi, leves, præterquam tui carendum quòd erat, &c.* Livius, decad. 3. lib. 8. *In exercitu suo se, præterquàm quòd*

omnes cives aut socios, Latinique nominis videat etiam eo moveri, quod nemo, &c. Ibidem, *Præterquàm quòd suâpte natura multa in eo majestas inerat.*

Præterquàm quòd, pro, *Non modò.*

Cic. 5. de Finib. *Hoc autem loco tantùm explicemus: hæc honesta præterquàm quòd eos ipsos diligamus, præterea suâpte naturâ per se esse expetenda.*

Præterquàm interdum disjungitur, interpositâ aliâ dictione. Cic. lib. 3. de Leg. *Præter enim quàm quòd comitia illa essent armis gesta servilibus, &c.* Plaut. Pers. *Virgo, atque mulier nulla erit, quin sit mala, quæ præter sapiet, quàm placet parentibus.*

ADVERB. *Pridie & postridie.*

Pridie, & *postridie* sibi sunt contraria: illud significat, Ante diem priore seu

Digitized by Google

præcedente die, τῇ προτεραίᾳ, den Tag zuvor. Hoc postero die, τῇ ὑστεραίᾳ, vel, τῇ ἐπιούσῃ. Den andern Tag/oder den andern Tag hernach. Aliâs sine casu usurpantur in oratione. Cic. Philip. 7. *Non auditis meam sententiam flagitari? cur cùm pridiè frequentes essetis assensi; postridie ad spem estis inanem pacis devoluti.*

Aliâs construuntur cum Genitivo & Accusativo, etsi hic illo ferè in crebriore usu est. Cic. Att. lib. 11. *Nunciabatur Philotimum pridie ejus diei Rhodum venisse.* Idem, Fam lib. 3. *Postridie absolutionis in theatrum Hortensius introiit,* Idem, Att. lib. 16. *Sese scripturum ajebat, ut venationem etiam, quæ postridie ludos Apollinares futura est, præscriberent.* Idem, Fam. lib. 5. *Atque ille, pridie Calend. Ianuarias magnâ me injuriâ affecit, &c.* Ibidem, lib. 3. *Castra movi ab Iconio pridie Calendas Septembris.*

Pridie, & Postridie, cum Quàm.

Cic. Att. lib. 3. *Hæc epistola, est pridie data,*

ta, quàm illa. Idem, Att. lib. 4. *Hæc ego pridie scribebam, quàm comitia fore putabantur.* Idem, Fam. lib. 1. *De his rebus pridie, quàm hæc scripsi, senatus auctoritas intercesserat.* Idem, Fam. lib. 14. *Quid causa fuerit, postridie intellexi, quàm à vobis discessi.* Idem, Att. lib. 7. *Epistolam mihi Philotimus postridie, quàm à te acceperat, reddidit.* Plaut. Mil. *Si pridie hic natus foret, quàm ille est, hic haberet regnum.* Livius, decad. 3. lib. 2. *Concio fuit pridie, quàm ex urbe proficiscerentur.* Ibidem, *Postero die, quàm hostem vidit.*

ADVERB. *Primùm.*

Πρῶτον, πρῶτα, Anfangs / erstlich / zum ersten: Interdum absolutè ponitur: interdum ad verum ordinem & Numerum indicandum usurpatur.

Primùm, Absolutè positum.

Cic. Verr. 6. *Primùm si id quòd vis, ego concedam ut emeris, &c.* Idem, pro Cœlio, *Tibi autem, Balbe, respondebo: primùm precariò; si licet, si fas est, &c.* Idem, Fam. lib. 10.

lib.10. *Vt primùm potestas data est augendæ dignitatis tuæ nihil prætermisi in te ornando.* Idem, Fam. lib.5. *Vt primùm forum attigi, spectavi semper, ut tibi possem quàm maximè esse conjunctus.*

Primùm, in enumeratione bipartitâ

Adsciscit, *Dein*, *Deinde*, *Pòst*, *Tum* (vel) *Tunc*, *Postbac*, *Præterea autem*, *Tum præterea*: Exempli causâ, Livius, decad.3.lib.3. *Exercitus primò per agros, sylvasque fugâ palatus: Dein, quò ducem fugisse fama erat, &c.* Cic. Fam. lib.6. *Quapropter primùm fac animo forti, atque magno sis, &c. Deinde spem quoque habeas firmißimam, &c.* Terent. Heaut. *Mane hoc quod cœpi primùm enarrem, ô Clitipho, pòst istuc veniam.* Cic. de Am. *Par est autem primùm ipsum esse bonum virum, tum alterum similem sui quærere.* Horat. in Arte.

Si vis me flere dolendum est primùm ipsi tibi,
Tunc tua me infortunia lædent.

Terent. Adelph. *Capite primùm in terram statue-*

statuerem, &c. post hæc præcipitem darem. Ibidem, *Seni animam primùm extinguerem, tum autem Syrum lacerarem, &c.* Ibidem, *Næ ego homo sum infelix primùm fratrem nusquam invenio gentium præterea autem, dum illum quæro, à villâ mercenarium vidi, &c.* Ibidem. *Primùm indotata est, tum præterea, quæ secunda ei dos erat, periit, &c.*

Primùm, in enumeratione tripartitâ.

Adjungit sibi, *iterùm, tertiùm*; (vel) *Deinde, tertiùm*: (vel) *Tum, pòst*, (vel) *Deinde, Præterea*: (vel) *Tum, Deinde*: (vel) *Deindè Tum*: (vel) *Deinde, Postremò*: Exempli causâ. Cic.lib.1. de Invent. *Primùm quidem decipi incommodum est: iterum, stultum: tertiùm turpe.*

2. Cic.1.Off. *In omni actione suscipienda tria sunt tenenda: primùm ut appetitus rationi pareat. Deinde, ut animadvertatur, quanta illa res sit, quàm efficere velimus: Tertium est, ut caveamus, &c.*

3. Cic.lib.1.Off. *Primùm est de honesto, sed*

Digitized by Google

ſed dupliciter, tum pari ratione, de utili, pòſt de comparatione eorum diſſerendum.

4. Idem, Fam. lib. 7. *Primùm ibi neque magnas copias offendi, neque bellicoſas, deinde extra ducem, paucoſque præterea, &c.*

5. Cic. lib. 1. Off. *Quæ primùm bene parta ſit, nullo neque turpi quæſtu, neq; odioſo: tum quàm plurimis ſeſe utilem præbeat*: Deinde *augeatur ratione, diligentiâ, parſimoniâ, &c.*

6. Idem, in Partit. *Omnis doctrina dicendi diſtribuenda eſt primùm in ipſam vim Oratoris. Deinde in orationem; Tum in quæſtionem.* Idem, pro L. Man. *Primùm mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de Imperatore deligendo eſſe dicendum.*

7. Cic. Verr. 5. *Primùm eam, &c. binis centeſimis fœneratus eſt: Deinde permultis civitatibus pro frumento nihil ſolvit omnino, poſtremò detraxit, quantum commodum fuit e* Idem, pro Mil. *Ille erat, qui odiſſet primùm defenſionem ſalutis meæ, deinde vexatorem furoris, &c. poſtremò etiam accuſatorem ſuum, &c.* Simile exemplum reperies in Cic. Orat. pro P. Sylla, &c. lege epiſtolam, 2. lib. 7. ad Fam. Et lib. 2, de Invent.

Huc

Huc pertinet bina repetitio, vocabuli. *Deinde*, cujus exemplum extat. lib. 2. de Invent. Ciceronis.

Primùm, in Enumeratione quatripartita. Adſciſcit, *Deinde, Tum, Poſtremò, Tum deinque*. Cic. de Nat. Deor. lib. 2. *Primùm docent eſſe Deos: Deinde quales ſint, tum mundum ab his adminiſtrari: poſtremò conſulere eos rebus humanis*. Lege Epiſtol. Cic. 14. lib. 15. Livius, decad. 3. lib, 3. *Indicandum autem fuiſſe primùm, Dein petendum præſidium, poſtremò ni impetraretur, tum denique quærendum fruſtra opem implorandam.*

Huc pertinet terna repetitio vocis *Deinde*. Cic. lib. 2. Invent. *In loco de abſolutâ juredicіali conſtitutione. Primùm quæri convenit, utrum fuerit utilius ex contentione: Deinde oportebit quæri, ipſum ne oportuerit judicare: Deinde interponetur ab accuſatore ſuſpicio: Deinde quæretur, potuerit nevitari, &c.* Idem, pro Roſc. Am. *Quæro, &c. Primùm, quare civis optimi bona venierint: Deinde quare hominis ejus, qui neque proſcriptus, neque apud adverſarios occiſus eſt: bona veniunt, cum in eos ſolos lex ſcripta ſit:*

Deinde quare aliquantò post eam diem venierint, quæ dies in lege præfinita est? Deinde cur tantulo venierint.

Libro autem 1. de Inventione ubi de Repræhensione agitur occurrit Enumeratio quatripartita, talis: *Primùm, deinde, deinde, postremò, &c.*

Primùm, in longioribus Enumerationibus.

Interdum assumit, *Tum, Deinde, pòst, Tum, Deinde*: *Interdum* quoties res poscit, toties assumit. *Deindè*. Illius exemplum reperies apud Cic. lib. 5. de Finib. Hujus duo in lib. 2. de Invent. Ibi, *Cum voluntas scriptoris cum scripto dissidere videtur, &c.* Et paulò post in loco de Translatione criminis, &c. Sed in extremâ oratione pro Balbo, talis instituitur Enumeratio. *Primùm, Deinde, Tum etiam*, accedit etiam, *Postremò.*

Notabis præterea omitti *Primùm* nonnunquam. Cic. lib. 2. de Invent. *Cum hæc erunt considerata, statim nostra legis expositione,*

ne, & collaudatione utemur, deinde, &c. deinde, &c.

Interdum quoque non modò *Primùm*: sed etiam *Deinde*, vel *Tum* negligi solet, & Tantummodo *Postremò* poni vel, *pòst*. Cic. Tusc.5. *Quid? Ad rectè, honestè laudabiliter, postremò ad bene vivendum, satisne est præsidij in virtute?* Cæsar. lib.7. de bell. Gall. *Id esse facile, quòd neque legiones audeant ex hibernis egregij: neque Imperator ad legiones pervenire possit: postremò interfici, quàm non libertatem recuperare.* Cic. pro Lig. *Domi unà eruditi, militiæ contubernales, pòst, affines, in omni denique vitâ familiares, &c.* Idem, pro Rosc. Am. *Ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de cœlo non queant, ita moriuntur, ut eorum ossa terram non tangant: ita jactantur fluctibus, ut nunquam alluantur: ita postremò eijciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant.*

Sub finem autem Enumerationis usurpatur sæpè. Ad Extremum, habens vim Adverbij, *Tandem* (vel) *Postremò*. Cic. de Orat. Primùm, deinde, pòst, tum ad extremum. Et lib.2. de Orat. *Quinque faciunt*

ciunt quasi membra eloquentiæ, invenire quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, pòst memoriæ mandare, tum ad extremum agere, &c.

ADVERB. *Primò.*

Quemadmodum *Primùm* ad ordinem, & Numerum: ita *Primò* ad Tempus refertur. Cui, *Pòst, Deindè, Tum, Postremò*, vel, *Posteà*, respondent. Erstlich/ anfangs. Cic. Brut. *Lysias primò profitebatur artem esse dicendi: deinde orationes ipse aliis scribebat.* Idem. Demosth. *Primò submissius: deindè pressiùs: pòst exultavit audaciùs,* Idem, de Arusp. *Primò reliquerunt, deinde prodiderunt, postremò oppugnaverunt.* Idem, pro Rosc. Am. *Primò rem procrastinare cœperunt: deinde nihil agere atque deludere: postremò insidias parare, &c.* Idem, Verr. 6. *Primò dixit se istum publicè laudare: illa simulacra se non vendidisse,* Ibidem, *Rex primò nihil metuere: dies unus: alter, plures, non referri: tum mittit rex ad istum &c.* Idem, de Orat. lib. 3. *Vestis frigoris depellendi causâ reperta*

primò

primò, pòst adhiberi cœpta est ad ornatum etiam corporis. Idem, Verr. 6. *Primò, &c. malè mulctati clavis ac fustibus repelluntur: postea demoliri signum ac vestibus labefactare conantur,* Idem, lib. 3. de Finib. *Minimè mirum est, primò nos sapientiæ commendari: pòst autem ipsam sapientiam nobis chariorem fieri,* Idem, pro Lig. *Primò salutis causâ, pòst etiam studij sui quærebant aliquem ducem.*

Primò Absolutè. Cic. Verr. 6. *Ac primò Iudices hoc signum Mercurij dicebat iste Tindaritanos huic Aserninо vendidisse, &c.* Ibidem, *Ad Syracusanos cùm venissem, sic primò existimabam,* &c. Ubi paulò post aliud sequitur, exemplum. Idem, lib. 2. de Orat. *Motus in principio totos explicare non oportebit, sed tantùm impelli primò Iudicem leniter: ut jam inclinato reliqua incumbat oratio.* Idem, de Orat. ad Brutum: *Simpliciter Isocratem primò artem dicendi esse negavisse: scribere autem aliis solitum orationes, &c.*

ADVERB. *Propè, propius, proximè.*

Propè, sine casu adverbiascit, significans,

cans Apud, ferè, Nahe/bey nahe. Cui contrarium, *Procul.* Cic. pro L. Man. *Vident eum propè esse, quò etiam carent egregius.* Idem, Verr. 4. *Propè solus.* Idem, Verr. 2. *Propè divinitus datum atque ablatum vobis summo Reip. tempore.* Terent. Adelph. *Illud rus nullâ aliâ de causâ tam malè odi, nisi quia propè est.* Livius, decad. 3. lib. 6. *Propè torpor quidam occupavit hominum mentes.*

Propè est, (vel) *adest*, junctum *ut*, (vel) *quum*, *propè ut.*

Terent. Heaut. *Ejus filiam ille amare cœpit perditè, propè jam ut pro uxore haberet.* Idem, And. *Propè adest cùm alieno more mihi vivendum est.* Es fehlet ein kleines. Livius, 5. bell. Pun. *Propè est factum, ut injussu Prætoris, in aciem exirent.* Idem. lib. 10. bell. Maced. *Iam propè erat, ut sinistrum cornu pelleretur, nî septima legio successisset.* Idem, decad. 3. lib. 6. *Docet propè esse, ut manus inter se conserant.* Plaut. Aul. *Propè adest, ut fiat palàm.*

Propè abesse, significat non longè abesse, pro quo, Barbari dicunt, *magis propè.*

Cic.

Cic. Tusc. 1. *Antiquitas quæ, quò propiùs aberat ab ortu, & divinâ, progenie, hoc melius ea cernebat, &c.*

Propiùs.

Cic. Att. lib. 6. *Propiùs factum est nihil.* Idem, ad Q. Fr. *Quòd cum Cato Pompejum privatus dictatorem appellavit, propiùs nihil est factum, quàm ut occideretur.* Idem, Verr. 1. *Nec quicquam propiùs est factum quàm ut illud Uticense exemplum de Adriano transferretur Syracusas.*

Proximè.

Significat, Nupertimè, ultimò loco, Neulich, am nächsten. Cic. Part. *Quæ paullò antè, & quæ proximè diximus.* Idem, de Nat. Deor. *Is, quem proximè nominavi.* Idem. Fam. lib. 7. *Illius temporis mihi solet in mentem venire quo proximè unâ fuimus.* Idem, Philipp. 2. *Ut eum primum nominem ex illius temporis consularibus, qui proximè est mortuus.*

Proxi-

Proximè, cum Accusativo.

Cic. Att. lib. 6. *Officium meum esse putavi, exercitum habere, quàm proximè hostem.* Ibidem, lib. 3. *Nihil est necesse, quàm proximè Italiam esse.* Idem, in Pis. *Proximè Pompejum sedebam*, So nahe/als möglich/nächst/am nächsten, Livius, decad. 3. lib. 4. sub fine. *Ordinatos proximè morem Romanum instruendo, & decurrendo signa sequi; & servare ordines docuit.* Idem, decad. 3. lib. 10. *Erant res minime certamini navali similis, proximè, speciem mures pugnantium navium.*

Proximè, pro, *Maximè*.

Cic. de Cl. Orat. *Ei proximè adjunctus Drusus fuit.* Ibidem, *Ego huic tui virtuti proximè accedo.* Idem, pro Mil. *Proximè ad Deos Clodius accessit, propiùs quàm tum, cùm ad ipsos penetrâret.* Idem, pro C. Rabin. *Vos Quirites, quorum potestas proximè ad Deorum immortalium accedit, oro, &c.* Idem, de Am. *Qui ad sapientiam proximè accedunt.*

Proximè, pro, *Postea*, vel, *Subinde*.

Re-

Relatum ad ordinem. Cic. Fam. lib. 12. *Esse etiam debent proximè hosti bari, qui studiorum tuorum sunt æmuli.* Idem, pro Clu. *Proximè autem & secundum Deos, homines hominibus utiles esse possunt.* Ibidem, *Sapientissimus est, cui quòd opus sit, ipsi veniat in mentem: proximè, accedit, qui alterius bene inventis obtemperat.* Idem, lib. 3. de Finib. *Quorum ordo proximè accedit, ut secundus sit ad regium principatum.*

Proximè, cum *atque* copulatum.

Cic. Fam. lib. 9. *Non possum ego non aut proximè, atque ille, aut etiam æquè laborare,* nächst jhme/ oder jhm gleich sich bemühen. hoc est, fermè, &c.

ADVERBIUM, *Proptera.*

Significat, ob eam rem (vel) causam, seu, ut Cic. lib. 3. Off. & alibi loquitur, Eâ re: Διὰ, τοῦτο, διότι, Auß der Vrsach: Darumb / der Vrsach halben. Ac usurpatur interdum absolutè. Terent. Hecyr.

Hecyr. *Amaræ mulieres sunt, non facilè hæc ferunt: propterea hæc ira est.*

Interdum consociatur cum particulis.

Quòd, quia, Ut.

Cic. pro Rosc. Am. *Adsunt propterea, quòd officium sequuntur.* Idem, pro L. Man. *Propterea quod istis reclamantibus vos unum illum ex omnibus delegistis, &c.* Idem, post Red. *Propterea quòd superiorem esse contra improbos minus est negotij, &c.* Terent. And. *Feci è servo, ut esses libertus mihi, propterea quòd serviebas liberaliter.* Cic. Fam. lib. 4. *Etsi genus hoc consolationis acerbum est, propterea quia per quos id fieri debet, &c. ipsi pari molestiâ afficiuntur, &c.* Idem. lib. 2. de Divin. *Mulæ partus prolatus est à te, res mirabilis, propterea quia non sæpè fit.* Cic. Att. lib. 12. *Illius librum, quem ad me misisti de Catone, propterea volo divulgari à tuis, ut ex istorum vituperatione, sit illius major laudatio.* Idem, ad Q. Fra. li. 2. *Etiam in Senatu lusit Appium collegam, propterea isse ad Cæsarem, ut aliquem tribunatum auferret: sed in alterum annū.* Terent. Hecyr.

Hecyr. *Haud propterea te rogo,ut hoc profe-ram,sed tacita ut mecum gaudeam.*

ADVERB. *Quà,*

Loci significationem habet,pro, Quâ viâ,per quem locum: Wohin durch/ wa-durch. Cic. pro Cecin. *Iste ad omnes in-troitus, quâ adiri poterat, in eum fundum,ar-matos opponit.* Virg.1'.Æn.

Perge modò, & quâ te via ducit, dirige gres-sum.

Livius, decad.3. lib. 9. *Intervalla patentia, satis late fecerunt, quâ equitatum, ubi tempus esset,emitterent.*

Quà, Quà, geminatum.

Significat. Tum,tum, Cum, tum; Tã,quàm.Quod pertinet ad,Ex eâ parte, So wol/ als/ꝛc.Cic.Att. li.2.*Quâ dominus, quâ advocati sibilis conscißi sunt.* Et, ad Q. Frat.lib.3. *Omnia convestivit hederâ, quâ basim villa, quâ intercolumnia ambulationis.* Idem, Att.lib.15.*Quoniam intelligo te disten-tißimum esse,quâ de Buthratiis, quâ de Bruto.*

Plaut.

Plaut. Trinum. *Rapire properant, quâ*
crum, quâ publicum: id est, tum sacrum, t
prophanum. Idem, Mil. *Qui consectâre*
mares, quâ fœminas. Ibidem, *Eum oderi*
quâ viri, quâ mulieres. Livius, decad. 1. lib
Omnium illo die quâ plebis, quâ patrum exi
virtus fuit. Ibidem, *Vt nihil movebant,*
Coss. ipsos, quâ exercitum intrepando. Ibide
Quâ falsa, quâ vera iacere in novitatem gene
&c.

Quâ, & *Eâ*, inter se relata.

Livius, decad. 1. lib. 5. *Quâ signa f*
videbant, eâ robore virorum opposito scan
hostem finunt. Idem, decad. 1. lib. 6. *Ve*
quâ modò simulato metu, eâ in veram fug
effusi, &c. Idem, decad. 1. lib. 1. *Consiliun*
rat quâ fortuna rem daret, eâ inclinare viri

ADVERB. *Quacunque.*

Significat, per quamcunque parte
vel locum. Wo hinauß / wohin / Gott
wo nauß / an allen Orten / wo auch h
durch. Cic. Verr. 3. *Quacunque iter fecit*

est, quacunque viâ. Idem, Att. lib. 14. *Nunc quacunque nos commovimus, revocamur.* Idem, lib. 5. de Finib. *Quacunque ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus, &c.* Idem, Agrar. 2. *Quacunque velint summo cum imperio vagari, ut liceat, conceditur,*

ADVERB. *Quam.*

Varios hæc particula usus habet: Et à nonnullis inter Conjunctiones refertur.

Quàm, præcedente *Tam*, in comparatione.

Cic. de Divin. lib. 1. *Quorum neutrum tam facilè, quàm tu arbitraris, conceditur.* Idem, Verr. 6. *Sed neque tam servi illi dominorum, quàm tu libidinum, neque tam fugitivi illi à Dominis, quàm tu à jure, & a legibus, neque tam barbari linguâ, & ratione illi, quàm tu naturâ & moribus; neque illi tam hostes hominibus, quàm tu Diis immortalibus* Id. Att. 1. *Nihil mihi nunc scito tam deesse, quam hominem eum, quî cum omnia communem.* Terent. Adelph. *Tam placidum reddo, quàm ovem.* Idem Eun.

Parmeno-

Parmenonis tam scio esse hanc techham, qu
me vivere, &c.

Quàm, pro, *Postquàm*.

Cic. de Orat. lib. 2. *Postero die, quàm*
la erant acta, Catulus venit. Idem, Fam. l
16. *Tabellarij venerunt post diem XL. & s*
tum, quàm à nobis discesserant: Livius, d
cad. 1. lib. 6. *Die vigesimo, quàm creatus e*
dictaturâ se abdicavit. Idem, decad. 3. lil
Lilybaeum tertio die, quàm inde profectus e
cum centum navibus frumento prædáque o
stis redijt. Et, decad. 3. lib. 6. *Quinto*
quàm à Senatu responsum accepissent. Id
decad. 3. lib. 7. *Exitu anni hujus die qu*
& trigesimo, quàm ab Tarracone profectus
Lælius, Romam venit.

Quàm diu, tam diu : ac vice versâ, &c.

Cic. lib. 2. de Orat. *Quorum quàm*
mansit imitatio, tamdiu genus illud dicendi
diumque vixit. Idem, Att. lib. 9. Eg

tamdiu requiesco, quàmdiu aut ad te scribo, aut tuas literas lego: tamen & ipse egeo argumento epistolarum. Idem. Fam. lib. 10. *Oppido se tam diu tenuit, quamdiu in provincia Parthi fuerunt.* Idem, Off. lib. 1. *Disces, quàmdiu voles: tamdiu autem velle debes, quoad, &c.*

Vide infra *Tamdiu, quàmdiu, &c.*

Quam dudum.

Vide de hoc suprà in *Dudum*. Plaut. Asin. *Quàmdudum tu advenisti?* Terent. Eun. *Venit Charea. Ph. fraterne? Dor. ita. Ph. quando? Do. hodie, Ph. Quàm dudum? D. modo.*

Quàm mox.

Vide supra in *Mox*. Cic. pro Rosc. Carm. *Quid expectas, quàm mox ego eos dicam esse Senatores?* Plaut. Asin. *Quàm mox mihi operam das.* Terent. Eun. *Quàm irruimus?*

Sine Interrogatione. Cic. pro Rosc. Com. *Expecto quàm mox Charea hac oratione utatur.* Terent. Adelph. *Hera, ego hinc ad hos provisam, quàm mox virginem accersant.*

 Plaut.

Plaut. Menæch. *Provisam, quàm mox vir meus redeat domum.*

Quàm pridem.

Wie långst/wie vorlångst. Cic. Verr. 6. *Demonstrat, quàm pridem sibi hereditas venisset.* Idem, pro Rosc. Com. *Quæso, quàm pridem hoc nomen, Fanni, in adversaria retulisti?*

Quàm (pro valdè) cum positivo, tam in interrogatione, quàm extra eam.

Cic. Fam. lib. 10. *Te imitabor, quàm multa, quàm paucis?* Idem, Verr. 6. *Sunt vestrum, Iudices, quàm multi, qui L. Pisonem cognoverunt.* Idem, pro Lig. *Quàm multi essent de victoribus, qui te crudelem esse vellent, &c. quàm multi impedirent clementiam tuam, &c.* Idem, pro L. Man. *Quàm multa nova in ipso Cn. Pompejo sint, recordamini.* Idem, Fa. lib. 11. *Sanè quàm sum gavisus.* Plaut. Amph. *Ego illud scio quàm doluerit mihi.* Teren. Eun.

Quàm

Quàm hoc munus Thaidi gratum arbitrâre, esse? Idem, And. *Rejecit se in eum flens quàm familiariter.* Virg. Eclog. 10.

O mihi tum, quàm molliter ossa cubabunt?

Quàm, cum Superlativo, tam in interrogatione, quàm extra eam.

Cic. Fam. lib. 13. *Te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuspius quàm maximas, quàm primum, quàm sæpissime gratias agat.* Ibidem, *Quàm maximus cumulus nostrâ commendatione accedat.* Idem, in Part. *An est, mi Cicero, quod ego malim, quàm te, quàm doctissimum esse?* Idem, de Som. *Quàm maximè se à corpore abstrahere.* Idem, Verr. 4. *Vt res quàm maximè clara ac testata esse posset.* Idem, Verr. 6. *Candelabrum quàm occultissimè deferre.* Idem, Fa. lib. 13. *Contendit P. Cuspius à me, ut tibi quàm diligentissimè L. Iulium commendarem.* Idem, de Finib. lib. 4. *Cum partibus suis omnibus quàm optimè se habere.* Ibidem, *Verbis utamur quàm usitatissimis, &*

quàm maximè aptis, id est, rem declarantibu
Idem, de Finib. lib. 5. *Natura conservatri*
est sui, idque habet propositum, se ut custodia
quàm in optimo sui generis statu. Terent. An
Quibus id maximè utile est, illum esse quàm d
terrimum. Idem, Hecyr. *Quàm minim*
precio suam explet voluptatem. Livius, deca
3 lib. 8. *Imperat Lælio, ut per colles quàm o*
cultissimo itinere circumducat equites. Iden
decad. 3, lib. 9. *Iusserunt exercitus quàm m*
ximos comparare.

Quàm, cum Superlativo, & verbo *possum*.

Cic. Fam. lib. 15. *Quàm potui maximis*
itineribus ad Amanum exercitum duxi. Iden
pro Domo. *Dico igitur, & quàm possum m*
ximâ voce dico. Sallust. Iugurth. *Quà*
maximas potest copias armat. Livius, deca
3. lib. 3. *Consulem invenerunt, quàm poter*
maximè miserabilem bonis sociis, superbis atq
infidelibus sociis spernendum. Et, decad. 3. li
4. *Quàm poterat maximè intentus, atque agm*
ne ad omnes casus composito ibat, Idem, d

ca

cad.3.lib.5. *Præmissis Numidis, quàm poterant maximè citato agmine sequi cœperunt.* Idem, decad.3. lib.6. *Cum delectus peditum equitumque, quàm poterat aptissimis ad maturandum iter in Campaniam contendit.* Plaut. Aul. *Vxorem, quàm maximâ possum tibi dabo dote.* Idem, Mil. *Hujus nunc quàm maximè opus est dolis.* Idem, Capt. *Quàm citissimè potest, tam hoc factum volo.*

Quàm, cum, *possum*, sine Superlativo.

Pro, *Quantum* ponitur. Terent. Heaut. *Quàm potero adjutabo senem.* Plaut. Menæc. *Tam consimilis est, quàm potest.*

Quàm, cum verbo, *Volo, velle.*

Ponitur pro, *Quantum.* Cic. pro Cæl. *Quis est enim qui isti ætati non possit, quàm velit, petulanter maledicere?* Ibidem, *Quàm volent in conviviis faceti, dicaces, nonnunquam ad vinum etiam diserti sint.* Ibidem, *Mulier, quàm velit, sit potens,* Sie sey so mächtig / als sie wölle. Idem, pro Rab. Posth. *Itaque obijcias*

tias licet, quàm voles, sæpè palliatum fuisse. Terent. Hecyr. *Dum ne reducam, turbent porrò quàm velint*: Vulgus diceret, *tantum, quantum, &c.*

Quàm, in admiratione.

Cic. Att. lib. 9. *At quàm honesta, ac quàm expedita tua consilia? quàm evigilatæ tuæ cogitationes! quâ itineris, quâ navigationis, quâ congressus sermonisque cum Cæsare!* Ibidem, in eâdem Epist. *In Epeirum verò invitatio quàm suavis! quàm liberalis! quàm fraterna!* Idem, Verr. 6. *At quemadmodum, Dij immortales! quàm audacter! quàm libidinosè! quàm impudenter!* Terent. Hecyr. *Sumtus, quos fecisti in eam, quàm animo æquo tuli!* Ibidem, *Pueri inter se, quàm pro levibus noxiis iras gerunt!* Livius, decad. 3. lib. 10. *Quàm vereor ne propediem sentiatis levissimo in malo vos hodie lacrymâsse!*

Quàm, in optando.

Iunctum pleiunqne cum verbis *Volo*, & *Cupio*. Cic. Fam. lib. 10. *Quàm vellem ad illas pulcerrimas epulas Idib. Martiis me invitâsses?*

Idem, de Finib. lib. 3. *Quàm vellem, inquit, ut te ad Stoicos inclinâsses?* Terent. Adelph. *Quàm vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari!* Idem, Heaut. *Quàm vellem Menedemum invitatum ut nobiscum esset hodie amplius.* Plaut. Capt. *Nimis quàm cupio.*

Quàm & Quantum.

Cic. de Orat. lib. 3. *Vt majus quiddam de L. Crasso, quàm quantum à nobis exprimetur, suspicentur.* Idem, Verr. 5. *Pluris Senatus æstimâsset, quàm quanti esset annona.* Idem. lib. 1. de Orat. *Alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex in duodecim tabulis permiserat.* Idem, Fam. lib. 6. *Ego si te intelligerem, plus conatum esse suscipere Reipub. causa muneris, quàm quantum præstare potuisses.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Major cædes fuit, quàm quantum edere levia per excursiones prælia solent.* Ibidem, *Non longius, quàm quantum vitæ humanæ spatium est, cupiditas gloriæ extenditur.*

Quàm quod. Quàm quoad.

Cic. Att. li. 11. *Nihil magis desideratur, quàm quòd in Africã nõ ierim;* subintellige id, quod non ierim, &c. Idem, pro Domo. *Id sperâsti*

Rempub. diutiùs, quàm quoad mecum expulſ. careret his mœnibus, eſſe laturam? Idem, d Orat. lib. I. *Alter iniquum putabat, plus ſ cum agi, quàm quod eſſet in actione, &c.*

Quàm, & *Quomodo* juncta.

Cic. de Orat. lib. 3. *Si quis aut Antoniu ſe juniorem, aut Craſſum pleniorem fuiſſe pute quàm quomodo à nobis uterque inductus eſt, &* Idem, de Senect. *Multa præclara in eo vi cognovi: ſed nihil eſt admirabilius quàm qu modo ille mortem M. filij tulit.*

Quàm, cum *Vt*, (vel) *Quemadmodum.*

Cic. Tuſc. lib. 5. *Plerunque dolor vehemen tior, quàm ut cauſa ſit, cur feratur.* Idem, d Orat. lib. 3. *Hoc eſt altius, quàm ut nos hum ſtrati perſpicere poſſimus.* Idem, de Orat. *Iſo crates majore ingenio eſſe videtur, quàm ut cu Orationibus Lyſiæ comparetur.* Idem, Fan lib. 11. *Tum ille nihil ſibi fuiſſe longius, quàn ut me videret.* Idem, in Piſ. *Magnificenti eſt dicere, quemadmodum geſſerimus conſulatur*

quàn

quàm quemadmodum ceperimus. Idem, post Red. *Mihi majori curæ erit, quemadmodum quidem vobis gratiam referam, quàm quemadmodum inimicorum injurias persequar.* Idem, ad Att. li. 13. *Ad Ciceronem ita scripsisti, ulli ut neque severius, neque temperatius scribi potuerit, nec magis, quàm quemadmodum ego maximè vellem.*

ADVERB. *Quando, quandoquidem.*

Notæ sunt vocabula significationis, ὅτε, πότε, ἡνίκα. Wann/zu was Zeit? Cic. Off. lib. 1. *Vtinam tunc essem natus, quando Romani dona cepissent.* Idem, de Senect. *Semper in studiis viventi non intelligitur quando obrepat senectus.*

Interdum pro *Quoniam* ponitur, & tum ad conjunctionem pertinet. Cic. Fam. lib. 10. *Quam facultatem quando complexus es & tenes, perfice, &c.* Ibidem, lib. 5. *Ego tamen ascripsisse mallem, quando te id video desiderare.* Livius, decad. 3. lib. 10. *Carthaginenses sint inclusi Africæ litoribus vos, quando*

ita Diis placuit externa etiam, terrâ marique, r
gatis imperia. Cic. in Brut. *Quandoquidem*
istos oratores tantopere laudas. Seyn einmal
Idem, Parad. *Tu, posse te, dicito, quandoquid*
potes. Idem, Philip. 2. *Quid jam quærar de ag*
Leontino? Quandoquidem hæ quondam arati
nes, &c. fructuosæ ferebantur. Idem, lib. 3.
Leg. *Sanè gaudeo, quod te interpellavi: quand*
quidem tam præclarum mihi dedisti judicij
testimonium. Virg. Eclog. 4. *Quandoquid*
in molli consedimus herbâ.

NOTA, *Quandoquidem* æquè in sol
tâ, & ligatâ oratione frequenter usurp
ri, atque *Quoniam*; contrà quàm nonnu
li opinantur.

ADVERB. *Quantum.*

Quantum, aliâs nomen est: hîc ut A
verbium Temporis aut Quantitatis co
sideratur. wie fast/wie sehr: ac ponitur i
terdum Absolutè. Cic. Paradox. *E*
quantum cuique sat est, metiantur homines di
tiarum modum. Idem, Fam. lib. 1. *Quant*
ego perspicio. Ibidem, *Quantùm divino.* Ide
Att. lib. 2. *Quantùm conjecturâ auguram*

Livi

Livius, decad. 4. lib. 5. *Cætera claßis, prætoriâ nave amißâ, quantùm quæque remis valuit, fugerunt.*

Quantùm, cum, *Tantùm* (vel) *Tantundem*.

Cic. Att. lib. 1 *Nec tantùm intelligebam ei esse offensionis, quantùm litteræ tuæ declarant.* Idem, Fam. lib. 6. *Non recuso, quin quantùm de illo libro tantundem de mei judicij famâ detrahatur.* Idem, de Leg. *Qui morte testamentóve tantundem capiat, quantùm omnes hæredes.* Idem, ad Q. Fr. lib. 1. *M. Antonio quantùm tu scripseras, Cæpioni tantundem solutum est.* Virg. 4. Æneid.

Et quantùm vertice ad auras
Æthereas, tantùm radice ad Tartara, &c.

Vide supra *Tantum, Quantum.*

Quantum possum.

So viel ich kan/so viel mir möglich/oder/ so viel ich vermag. Cic. pro Rosc. Am. *Tres sunt res quantum existimare possum.* Idem, pro Cluent. *Quantum assequi potui.* Id. Fam. lib. 5. *Vt mones, quantùm potero, me ab omni-*

bus molestiis & angoribus abducam. Idem, Fa. lib. 13. *Ego meâ facultate & gratia soleo, quantum possum, adjuvare.* Idem, pro Lig. *Quantum potero voce contendam, &c. ut hoc populus, &c.* Idem, pro Flac. *Vociferarer, & quantùm maximè possem, contenderem, si, &c.* Livius, lib. 5. bell. Pun. *Altitudinem muri quantùm proximè conjecturâ poterat, permensus.* Idem, decad. 3. lib. 8. *Imperat Lælia, ut segreget, quantùm possit, equestrem à pedestri pugnā.* Terent. Eun. *Quantùm intelligere potui ex illius gestibus.* Plaut. Amph. *I sanè, & quantùm potes, parata fac sint omnia.* Et Asin. *Quantùm poteris festina & fuge.*

Quantùm in me, te, ipso, est.

Pro; *quantùm efficere & consequi possum, &c.* per Ellipsin: Integrè; quantùm in me, te, ipso situm est, (quo Cicero utitur in exordio Archianæ) vel, positum est: ad Att. lib. 12. Epist. 26. Idem, Epist. 1. lib. 1. ad Q. Fr. *Neque te patiar, (quantùm in me erit) cum exceptione laudari.* Idem, Att. lib. 6. *Rempub. non modò emtus pecuniâ deseruit:*

ruit: sed etiam quantùm in ipsa, fuit, evertit. Id. de Nat. Deor. *Non igitur adhuc quantùm quidem in te, Balbe, est, intelligo Deos esse, quos equidem credo esse: sed nihil docent Stoici.* Idem, Tusc. lib. 5. *Omnia in omnibus, quantum in ipsis est, nulla vi impediente, perfecta sunt, &c.*

Quantulum & *Quantulumcunque.*

Diminutiva hæc, derivativa à *Quantùm, rebus extenuandis idonea sunt.* Cic. lib. 1. de Orat. *Idque ex te quærimus, ut ne plus assequamur, quàm quantulum tu in dicendo assecutus es.* Idem, de Leg. lib. 2. *Ergo quod cum religione conjunctum est? id autem quantulùm est?* Aber wie wenig (oder) gering ist es? Idem, Verr. 1. *Mulieri reddidit, quantulùm visum est.* Idem, de Orat. lib. 2. *Ex eos quod dico, quantulùm id cunque est, quid faciam, judicari potest.* Wie gering/ oder schlechtes auch seyn kan. Idem, Orat. *Nos primi, quicunque eramus, & quantulumcunque dicebamus convertimus, &c.* Plaut. Bacchid. *Quantulùm tibi nunc casum est aurum tibi? &c.*

ADVERB. *Quantopere.*

Pro, Quàm valdè usurpatur, ve quantùm, Wie fast/wie sehr: Ei inte dum respondet, Tantopere, so sehr. C Att.lib.14.*Dici non potest quantopere gaude municipia.* Idem, ad Brut. *Quantopere ter sit opprimi Dolobellam, profectò intelli* Cæsar, de bell. Gall. 7. *Quantopere eorum nimi magnitudinem admiretur, tantopere lic tiam arrogantiamque reprehenderet.*

Lege infra *Tantopere.*

ADVERB. *Quasi.*

Pro, Quodammodo, Tanquam, I capitur: ὡς ὥσπερ, ὡσεὶ, gleich/als/glei sam. Cic. Acad. lib. 4. *Illos qui omnia inc ta dicunt, quasi desperatos, relinquamus.* I dem, *Volunt probabile aliquid esse, & quasi ro simile.* Terent. Adelph. *Nunc times, qu nunquam adsueris, &c.*

Quasi, & *Quasi verò*,

Serviunt Ironiæ. Terent. And. *Q tu hujus indigeas patris.* Ibidem, *Tace, obsec*

qu

quasi verò paullùm interfiet. Cic. pro Rosc. Am. *Quasi nunc id agatur, quis ex tanta multitudine occiderit, &c.* Idem, Fam. lib. 3. *Quasi verò ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint.* Idem, Verr. 5. *Ad omnes meos impetus quasi murus quidam boni nomen Imperatoris opponitur.* Idem, pro Mil. *Perindè quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur.* Ibidem, *Perinde quasi Appius ille cæcus viam munierit, non quâ populus uteretur, sed ubi impunè sui posteri latrocinarentur.* Idem, pro Balbo, *Quasi verò levius sit, facere aliquid, quod scias non licere, an omninò nescire, quod liceat.* Ibidem, *Quasi verò priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur.* Idem, pro Rosc. Am. *Quasi verò nescias hunc & ali & vestiri à Cæcilia, &c.* Idem, in Pison. *Quasi verò non modò ego, qui multis sæpè auxilio fuissem: sed quisquam tam inops fuerit unquam.* Idem, lib. 2. de Finib. *Quasi verò perpetua oratio Rhetorum solum, non etiam Philosophorum sit.*

Quasi, cum *sic* junctum,

Cic. de Senect. *Quasi poma ex arboribus si cru-*

si cruda sunt, avelluntur, si matura & cocta, d cidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert, sen bus, maturitas.

Vide infrà *sic*, cum *Quasi* copulatum.

*Quasi*cum, *Ita*, junctum.

Cic. *Ille mecum, quasi tibi non liceret in Si ciliâ diutius commorari, ita locutus erat.* Idem pro P. Quint. *Qui quasi sua res aut honos a gatur, ita diligenter S. Nævij studio & cupidita ti morem gerunt.*

Quasi, haud secus: Quasi si, non multò secus: *Quasi uti.*

Hæ formæ apud Plautum occurrun Trinum. *Quasi canes, haud secus circumst bant navem turbines venti.* Casin. *Educav magnâ industriâ, quasi si esset ex se nata, no multò secus.* Mercat. *Qui olim à parvo pu rulo mihi pædagogus fuerat; quasi uti mihi fore custos.*

Quasi, pro ferè, penè, propè, fermè.

Terent

Terent. Heaut. *Quasi ad talenta quindecim coëgi.* Cic. 4, Acad. *Quantulus sol nobis videtur? mihi quidem quasi pedalis*, id est, pedis unius mensuram continere. Idem, de Orat. *Voluisti unumquenque nostrum, quasi quendam esse Roscium, &c.* Idem. lib. 1, de Finib. *Videris mihi Latinè Philosophiam docere, & ei quasi civitatem dare.*

ADVERB. *Quatenus.*

Accipitur pro, quantum, in quantum, quo usque, ad quem terminum, vel finem, sive Rei alicujus, sive Temporis; ἴσον ἐφ' ἴσον. So fern / so weyt / so viel. Cic. de Orat. lib. 2. *Qui memoriâ vigent, sciunt quid, & quatenus, & quomodo dicturi sunt.* Idem, Tusc. lib. 1. *Magna culpa Pelopis qui non erudiêrit filium, nec docuerit, quatenus esset quodque curandum.* Idem, lib. 4. Acad. *Rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, ut ullâ in re statuere possimus, quatenus, &c.* Idem, 14. Philipp. *Quibus auspiciis istos fasces Augur acciperem? quatenus haberem, cui traderem.*

Inter-

Interdum *Quatenus* ponitur pro Ex eâ parte quâ, vel, Quâ ex parte. Cic. 1. Off. *Animadvertendum est etiam, quatenus sermo delectationem habeat, Et ut incipiendi ratio fuerit, ita desinendi modus.* Ibidem, lib. 3. *Vulgus quid absit à perfecto, ferè non intelligit: quatenus autem intelligit, nihil putat prætermissum.*

Refertur autem *Quatenus* ad *Eatenus* de quo suprà.

ADVERB, *Quemadmodum*.

Componitur cum *Quem, ad, modum*, & significat, perinde, perinde ut, ita ut, quâ ratione, vel viâ, quomodo: ὥσπερ, καθάπερ, ὃν τρόπον, Gleich wie. Cic. 1. Catil. *Semper vigilavi & providi, quemadmodum salvi esse possimus*, Idem. post Red. *Mihi majori curæ erit quemadmodum quidem vobis gratiam referam, quàm quemadmodum inimicorum injurias persequar.*

Interdum interrogativè ponitur. Cic. pro Domo. *Sed isti, qui P. Clodij leges timuerunt, quemadmodum cæteras observaverunt?* Idem, Verr. 4. *At quemadmodum tabulas publicas*

blicas corrupisti? Idem, pro Rosc. Com. *Actionem tibi tuam reliquit, aut non, si non reliquit, quemadmodum* HS CCCLIII *ab eo postea exegisti? si reliquit, quid ab hoc petis?*

Quemadmodum, cum *Sic* junctum.

Cic. pro Rosc. Com. *Quemadmodum socius in societate habet partem, sic hares in hareditate habet partem.* Ibidem, *Quemadmodum uterque pro suâ parte petit: sic pro suâ parte dissolvit.* Idem, de Amicit. *Quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus.* Idem, post Red. *Sic ulciscar facinora singula, quemadmodum à quibus que sum provocatus.* Gleich wie/also auch. Idem, lib. 5. de Finib. *Ita parva & exigua sunt ista accessiones bonorum, ut, quemadmodum stella in radio solis, sic ista in virtutum splendore, ne cernantur quidem.* Livius. decad. 3. lib. 8. *Si, quemadmodum Q. Fabius meas res gestas elevavit, sic & ego contrà gloriam ejus eludere, & meam verbis extollere velim.*

Quem-

Quemadmodum, cum, *Ita* junctum.

Cic. Verr. 4. *Cum rem ita exposuissem, quemadmodum nunc apud vos.* Idem, Fam. lib. 1. *Ita fore, ut per te restituatur, quemadmodum senatus initio censuit.* Colum. *Quemadmodum sapientis est, fortuitos casus magno animo sustinere, ita dementis est ipsam sibi malam facere fortunam.* Livius, decad. 3. lib. 6. *Quemadmodum nemo privato consilio ad hostem transibat, ita nihil salutare in medium consulebatur.*

Quemadmodum, eodem modo.

Cic. lib. 2. de Finib. *Quemadmodum sint se ipsos animati eodem modo sint erga amicos.*

Quemadmodum, cum *sed* junctum, (vel) verùm etiam.

Cic. Verr. 1 *Quarat non solùm quemadmodum nostro criminis, verùm etiam quo pacto*

sua

suæ confeßioni poßit mederi. Idem, Fam.lib. 9. *Vellem non solùm salutis meæ, quemadmodum medici, sed etiam, ut aliptæ, virium & coloris rationem habuissent.* Idem, pro Flacco. *Nunquam laborant, quemadmodum probent, quod dicunt: sed quemadmodum se explicent dicendo.*

Quemadmodum, in Parenthesi positum.

Cic.Fam.lib.1. *Nos in Senatu (quemadmodum spero) dignitatem nostram retinebimus.* Idem, Verr.5. *Pepercit homini amico, & (quemadmodum ipsum dicere audivi) necessario.* Idem, lib.2. de Finib. *Etenim (quemadmodum tute dicebas) negat Epicurus diuturnitatem temporis ad beatè vivendum aliquid afferre.*

ADVERB. *Quidem.*

Vim affirmandi habet. μὲν, zwar. Alij conjunctionem faciunt approbativam, jungitur propriis nominibus, cum auctoritas alicujus testimoniumve affertur, tantummodò explendi causâ. Cic. de Senect.

Senect. *Cyrus quidem apud Xenophontem in eo sermone, quem moriens habuit.* Idem. de Divin. lib. 1. *Ne Pherecydes quidem ille Pythagoræ magister divinus habetur.* Idem, Tusc. lib. 1. *Dicæarchus quidem & Aristoxenus.* Ibidem, lib. 2. *Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari ait sibi necesse esse.* Idem, Verr. 6. *In Siciliâ, quidem cum essem sic audiebam, &c.* Idem, lib. 3. de Finib. *Chrysippus quidem & Diogenes detractâ utilitate, ne digitum quidem ejus (bonæ Famæ) causâ porrigendum esse dicebant.*

Quidem, cum Pronominibus junctum.

In principio; in medio; in fine. Cic. Verr. 6. *Quo quidem scelere suscepto, &c.* Idem, lib. 1. Tusc. *Romani, à græcis accepta meliora fecerunt, quæ quidem digna statuerunt, in quibus elaborarent.* Idem, pro Mil. *Quæ quidem si potentia est nominanda.* Idem, Att. lib. 8. *Quod illi quidem metuunt, nos utrumquee* Idem, Tusc. lib. 5. *Videamus qui dicendi sint beati, equidem hos existimo, qui sint in*

bonis

bonis nullo adjuncto malo. Idem, Fam. lib. 7. *Non te epistolis, sed voluminibus lacesserem, quibus quidem me à te provocari oportebat,* Terent. And. *Mihi quidem non herclè fit verisimile.* Plaut. Bacch. *Quem quidem ego hodie faciam hîc arietem Phryxi, &c.*

Quidem, cum *Sed, Tamen, verò, Veruntamen, At, Autem* junctum, vel, simili Adversativâ.

Cic. 1. Tusc. *Iam isthuc quidem nihil negotij est: sed etiam majora molior.* Ibidem, *Superbum id quidem est, sed nisi quid necesse erit malo ne roges.* Idem, Tusc. lib. 1. *Non postulo id quidem, aveo tamen audire.* Idem, Philip. 6. *Minus quidem illa severè, quàm decuit, non tamen omninò dissolutè.* Idem, de Finib. lib. 5. *Omnia quidem scire, cujusmodi sint, cupere, curiosorum; duci verò majorum rerum contemplatione ad cupiditatem scientiæ, summorum virorum est putandum.* Idem, Fam.

Fam.lib.12. *Non dubitabam equidem, veruntamen multò notiorem mihi amorem tuum effecit Chreippus.* Idem.Att.lib.6. *Est magnum illud quidem: Veruntamen multiplex pueri ingenium.* Idem, Fam.lib.9. *Cæteri quidem, Pompejus, Lentulus tuus, Scipio Africanus fœdè perierunt; At Cato, præclarè.* Idem, de Cl. Orat. *Q. Mutius enucleatè quidem dixit, & politè, ut solet, nequaquam autem ea vi atque copiâ, quam genus illud judicij, & magnitudo causa postulabat.* Livius, decad.2.lib.1. *Eunt inclinatis quidem ad credendum animis: tamen nisi gladiis deprehensis, cætera vana existimaturi.* Idem, decad.3.lib.5. *Ingens quidem & luctus & pavor civitatem capit, sed tamen, quia Coss. ad id locorum, ubi summa rerum esset, prosperè gererent, minus his cladibus commovebantur.*

Quidem & *certè*, pro, Saltem, vel, Tamen.

Subijciuntur rebus dubiis antecedentibus. Cic. pro Balbo. *Sicariorum hominum mentes nullâ ratione placare possumus, vestros quidem animos certè confidimus esse placatos:* Idem,

Idem, pro Sest. *Statuebam sic boni nihil magis ab illis esse expectandum: mali quidem certè nihil pertimescendum.* Idem, Fam. lib. 10. *Et tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & benevolo certè usus esses.* Idem, Verr. 6. *Hujus domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certè, & nostris hominibus apertissima.*

Quidem, & *profectò* juncta

Vehementiùs putantur affirmare, Cic. lib. 1. ad Q. Fr. *Nunc quidem profectò isti provinciæ contingit, ut is in eâ summam potestatem haberet, cui, &c.* Idem, Att. lib. 6. *Nunc quidem profectò Romæ es, quò te, si ita est, salvum venisse gaudeo.*

Quidem cum *Ne* consociatum reperies suprà in Ne. Cic. lib. 3. de Finib. *Ne de eorum quidem veritate dubitandum est.* Livius, decad. 4. lib. 9. *Iam ne à legatis quidem, qui jure gentium sancti sint, violandis abstinere.*

Adverb. *Quin*.

Quin, varios habet usus. Nam I. sumitur pro *Cur non?* In Interrogando.

Fam.lib.12. *Non dubitabam equidem, veruntamen multò notiorem mihi amorem tuum effecit Chreippus.* Idem. Att.lib.6. *Est magnum illud quidem: Veruntamen multiplex pueri ingenium.* Idem, Fam.lib.9. *Cæteri quidem, Pompeius, Lentulus tuus, Scipio Africanus fœdè perierunt; At Cato, præclarè.* Idem, de Cl. Orat. *Q. Mutius enucleatè quidem dixit, & politè, ut solet, nequaquam autem ea vi atque copiâ, quam genus illud judicij, & magnitudo causa postulabat.* Livius, decad.2. lib.1. *Eunt inclinatis quidem ad credendum animis: tamen nisi gladiis deprehensis, cætera vana existimaturi.* Idem, decad.3. lib.5. *Ingens quidem & luctus & pavor civitatem capit, sed tamen, quia Coss. ad id locorum, ubi summa rerum esset, prosperè gererent, minus his cladibus commovebantur.*

Quidem & *certè*, pro, Saltem, vel, Tamen.

Subijciuntur rebus dubiis antecedentibus. Cic. pro Balbo. *Sicariorum hominum mentes nullâ ratione placare possumus, vestros quidem animos certè confidimus esse placatos:* Idem,

Idem, pro Sest. *Statuebam sic boni nihil magis ab illis esse expectandum: mali quidem certè nihil pertimescendum.* Idem, Fam. lib. 10. *Et tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & benevolo certè usus esses.* Idem, Verr. 6. *Hujus domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certè, & nostris hominibus apertissima.*

Quidem, & profectò juncta

Vehementiùs putantur affirmare, Cic. lib. 1. ad Q. Fr. *Nunc quidem profectò isti provinciæ contingit, ut is in eâ summam potestatem haberet, cui, &c.* Idem, Att. lib. 6. *Nunc quidem profectò Romæ es, quò te, si ita est, salvum venisse gaudeo.*

Quidem cum *Ne* consociatum reperies suprà in Ne. Cic. lib. 3. de Finib. *Ne de eorum quidem veritate dubitandum est.* Livius, decad. 4. lib. 9. *Iam ne à legatis quidem, qui jure gentium sancti sint, violandis abstinere.*

ADVERB. *Quin.*

Quin, varios habet usus. Nam I. sumitur pro *Cur non?* In Interrogando.

Fam.lib.12. *Non dubitabam equidem, verumtamen multò notiorem mihi amorem tuum effecit Chreippus.* Idem. Att.lib.6. *Est magnum illud quidem: Veruntamen multiplex pueri ingenium.* Idem, Fam.lib.9. *Cæteri quidem, Pompejus, Lentulus tuus, Scipio Africanus fœdè perierunt; At Cato, præclarè.* Idem, de Cl. Orat. *Q. Mutius enucleatè quidem dixit, & politè, ut solet, nequaquam autem ea vi atque copiâ, quam genus illud judicij, & magnitudo causa postulabat.* Livius, decad.2. lib.1. *Eunt inclinatis quidem ad credendum animis: tamen nisi gladiis deprehensis, cætera vana existimaturi.* Idem, decad.3. lib.5. *Ingens quidem & luctus & pavor civitatem capit, sed tamen, quia Coss. ad id locorum, ubi summa rerum esset, prosperè gererent, minus his cladibus commovebantur.*

Quidem & *certè*, pro, Saltem, vel, Tamen.

Subjiciuntur rebus dubiis antecedentibus. Cic. pro Balbo. *Sicariorum hominum mentes nullâ ratione placare possumus, vestros quidem animos certè confidimus esse placatos:* Idem,

Idem, pro Sest. *Statuebam sic boni nihil magis ab illis esse expectandum: mali quidem certè nihil pertimescendum.* Idem, Fam. lib. 10. *Et tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & benevolo certè usus esses.* Idem, Verr. 6. *Hujus domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certè, & nostris hominibus apertissima.*

Quidem, & *profectò* juncta

Vehementiùs putantur affirmare, Cic. lib. 1. ad Q. Fr. *Nunc quidem profectò isti provinciæ contingit, ut is in eâ summam potestatem haberet, cui, &c.* Idem, Att. lib. 6. *Nunc quidem profectò Romæ es, quô te, si ita est, salvum venisse gaudeo.*

Quidem cum *Ne* consociatum reperies suprà in *Ne*. Cic. lib. 3. de Finib. *Ne de eorum quidem veritate dubitandum est.* Livius, decad. 4. lib. 9. *Iam ne à legatis quidem, qui jure gentium sancti sint, violandis abstinere.*

ADVERB. *Quin*.

Quin, varios habet usus. Nam I. sumitur pro *Cur non*? In Interrogando.

Fam.lib.12. *Non dubitabam equidem, veruntamen multò notiorem mihi amorem tuum effecit Chreippus.* Idem. Att.lib.6. *Est magnum illud quidem: Veruntamen multiplex pueri ingenium.* Idem, Fam.lib.9. *Cæteri quidem, Pompejus, Lentulus tuus, Scipio Africanus fœdè perierunt; At Cato, præclarè.* Idem, de Cl. Orat. *Q. Mutius enucleatè quidem dixit, & politè, ut solet, nequaquam autem ea vi atque copiâ, quam genus illud judicij, & magnitudo causa postulabat.* Livius, decad.2. lib.1. *Eunt inclinatis quidem ad credendum animis: tamen nisi gladiis deprehensis, cætera vana existimaturi.* Idem, decad.3. lib.5. *Ingens quidem & luctus & pavor civitatem capit, sed tamen, quia Coss. ad id locorum, ubi summa rerum esset, prosperè gererent, minus his cladibus commovebantur.*

Quidem & *certè*, pro, Saltem, vel, Tamen.

Subijciuntur rebus dubiis antecedentibus. Cic. pro Balbo. *Sicariorum hominum mentes nullâ ratione placare possumus, vestros quidem animos certè confidimus esse placatos:* Idem,

Idem, pro Sest. *Statuebam sic boni nihil magis ab illis esse expectandum: mali quidem certè nihil pertimescendum.* Idem, Fam. lib. 10. *Et tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & benevolo certè usus esses.* Idem, Verr. 6. *Hujus domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certè, & nostris hominibus apertissima.*

Quidem, & *profectò* juncta

Vehementiùs putantur affirmare, Cic. lib. 1. ad Q. Fr. *Nunc quidem profectò isti provinciæ contingit, ut is in eâ summam potestatem haberet, cui, &c.* Idem, Att. lib. 6. *Nunc quidem profectò Romæ es, quô te ssi ita est, salvum venisse gaudeo.*

Quidem cum *Ne* consociatum reperies suprà in *Ne*. Cic. lib. 3. de Finib. *Ne de eorum quidem veritate dubitandum est.* Livius, decad. 4. lib. 9. *Iam ne à legatis quidem, qui jure gentium sancti sint, violandis abstinere.*

ADVERB. *Quin*,

Quin, varios habet usus. Nam I. sumitur pro *Cur non?* In Interrogando.

Seneƈt. *Cyrus quidem apud Xenophontem in eo ſermone, quem moriens habuit.* Idem. de Divin. lib. 1. *Nc Pherecydes quidem ille Pythagoræ magiſter divinus habetur.* Idem, Tuſc. lib. 1. *Dicæarchus quidem & Ariſtoxenus.* Ibidem, lib. 2. *Neoptolemus quidem apud Ennium philoſophari ait ſibi neceſſe eſſe.* Idem, Verr. 6. *In Siciliâ, quidem cum eſſem ſic audiebam, &c.* Idem, lib. 3. de Finib. *Chryſippus quidem & Diogenes detractâ utilitate, ne digitum quidem ejus (bonæ Famæ) causâ porrigendum eſſe dicebant.*

Quidem, cum Pronominibus junƈtum.

In principio; in medio; in fine. Cic. Verr. 6. *Quo quidem ſcelere ſuſcepto, &c.* Idem, lib. 1. Tuſc. *Romani, à græcis accepta meliora fecerunt, quæ quidem digna ſtatuerunt, in quibus elaborarent.* Idem, pro Mil. *Quæ quidem ſi potentia eſt nominanda.* Idem, Att. lib. 8. *Quod illi quidem metuunt, nos utrumquee* Idem, Tuſc. lib. 5. *Videamus qui dicendi ſint beati, equidem hos exiſtimo, qui ſint in*

bonis

bonis nullo adjuncto malo. Idem, Fam. lib. 7. *Non te epistolis, sed voluminibus lacesserem, quibus quidem me à te provocari oportebat,* Terent. And. *Mihi quidem non herclè fit verisimile.* Plaut. Bacch. *Quem quidem ego hodie faciam hîc arietem Phryxi, &c.*

Quidem, cum *Sed, Tamen, verò, Veruntamen, At, Autem* junctum, vel, simili Adversativâ.

Cic. 1. Tusc. *Iam istbuc quidem nihil negotij est; sed etiam majora molior.* Ibidem, *Superbum id quidem est, sed nisi quid necesse erit malo ne roges.* Idem, Tusc. lib. 1. *Non postulo id quidem, aveo tamen audire.* Idem, Philip. 6. *Minus quidem illa severè, quàm decuit, non tamen omninò dissolutè.* Idem, de Finib. lib. 5. *Omnia quidem scire, cujusmodi sint, cupere, curiosorum; duci verò majorum rerum contemplatione ad cupiditatem scientiæ, summorum virorum est putandum.* Idem, Fam.

Idem, pro Sest. *Statuebam sic boni nihil magis ab illis esse expectandum: mali quidem certè nihil pertimescendum.* Idem, Fam. lib. 10. *Et tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & benevolo certè usus esses.* Idem, Verr. 6. *Hujus domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certè, & nostris hominibus apertissima.*

Quidem, & *profectò* juncta

Vehementiùs putantur affirmare, Cic. lib. 1. ad Q. Fr. *Nunc quidem profectò isti provinciæ contingit, ut is in eâ summam potestatem haberet, cui, &c.* Idem, Att. lib. 6. *Nunc quidem profectò Romæ es, quò te si ita est, salvum venisse gaudeo.*

Quidem cum *Ne* consociatum reperies suprà in Ne. Cic. lib. 3. de Finib. *Ne de eorum quidem veritate dubitandum est.* Livius, decad. 4. lib. 9. *Iam ne à legatis quidem, qui jure gentium sancti sint, violandis abstinere.*

ADVERB. *Quin.*

Quin, varios habet usus. Nam I. sumitur pro *Cur non?* In Interrogando.

Cic.Fam.lib.7. *Quin tu urges occasionem istam, & facultatem, quâ melior nunquam reperietur?* Idem, de Somn. *Quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero?* Terent. Phorm. *Quid conterimus operam frustra? quin abeam, &c.* Plaut. Menæch. *Quin cum refers pallam domum?* Idem, Merc. *Quin is ocyus?* Warumb gehestu nicht geschwinder. Livius, decad.1.lib.1. *Quin accingeris?* Idem, decad.3.lib.7. *Quin imus ipsi cum equitibus paucis exploratum?*

II. *Quin*, pro, *Quod non*: (vel) *Quo minus.*

Cic.pro Syll. *Nullus locus est, quo in loco Reipub. nomen sit, quin eodem perscriptum hoc judicium pervenerit.* Terent. Adelph. *Nunquam ita quisquam bene subductâ ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, usus semper aliquid apportet novi.*

III. *Quin*, pro, *Qui non*: *Quæ non*: *Quod non.*

Cic. Fam. lib.6. *Nemo nostrum est, quin vota victoria sua fecerit, nemo quin, ut Cæsar supe-*

superaretur, optârit Id. Verr. 6. *Quis est, Iudices, vestrum, quin intelligat?* Ibid. *Nego ullam gemmam aut margaritam fuisse, quin,* (id est, quam non) *quæsiêrit, inspexerit, abstulerit.* Idem. pro Qu nt. *Cum in alterâ re causa nihil esset, quin secus judicaret ipse de re, &c.* Teren. Hecyr. *Vestrarum nulla est, quin gnatum velit ducere uxorem.*

IV. *Quin*, pro, *Immò*.

Cic. Fam. lib. 3. *Quin nisi ego successor essem, quem tu cuperes videre, te antequàm tibi successum esset, decessurum fuisse.* Idem, Att. lib. 1. *Fuit mihi sæpe gratulatio tua & consolatio grata, quin mihi nunc te absente consilium deest.* Terent. And. *Quin tu uno verbo dic.* Idem. Heaut. *Quin nolo mentiâre.*

V. *Quin etiam*, pro, Immò etiam, Quinimmo atquè etiam, Insuper, Præterea.

Cic. Att. lib. 8. *Epistolam meam quod pervulgatam scribis esse, non fero molestè, quin etiam ipse multis dedi describendam.*

Idem, Att.lib. 13. *Equidem incredibile non est, quantum scribam die, quin etiam noctibus, nihil est enim somni.* Idem, Verr.6. *Quin etiam hoc memoriæ proditum est,&c.* Idem, lib.5. de Finib. *Quin etiam feræ sibi injecto terrore mortis horrescunt.* Ibidem, *Quin etiam cum decreverit esse moriendum.* Idem, Fa. lib.3. *Horum ego sermone non movebar, quin etiam levari me putabam molestiâ.* Idem, pro Cæl. *Quinetiam Herennium dicere audîstis, verbo se molestum non esse futurum, &c.* Plaut. Menæch. *Quin etiam nunc pallam habet,&c.*

Quin, verbis junctum, *Possum, Dubito, Prætermitto, dubium non est.*

Cic. Att.lib.15. *Teneri non potui, quin tibi apertiùs illud idem iis litteris declararem.* Idem, Att.lib.12. *Facere non possum, quin ad te mittam quotidie litteras.* Idem, Att.lib. 3. *Non dubitant verò, quin ab Areopagitis impetrari non posset.* Idem, de Orat.lib.2. *Neque est dubium quin exordium dicendi vehemens & pugnax sæpe esse debeat.* Idem, Att. lib.11.

De

De me non dubito, quin ad Balbum scripserit. Idem, lib.13. *Prorsus non videbatur esse dubium, quin ante eum diem venturus esset.* Idem, ad Q.Fr.lib.3. *De aquâ & viâ nihil prætermisi quâdam epistolâ, quin ad te enucleatè perscriberem.* Idem, ad Octa. *Non prætermittam, quin, quoniam coràm id fieri prohibeor, absens prosim, &c.* Livius, decad.4. lib.7. *Cui dubium est, quin hostes extracturi demersas moles sint.*

OBSERVATIO.

Dubito, pro, Audeo positum, requirit Infinitivum, non *Quin*. Cic.1.Catil. *Non dubitat homo mitissimus P. Lentulum æternis tenebris, vinculisque mandare.* Idem, de Senect. *Non dubitavit dicere illa, quæ versibus persecutus est Ennius.* Idem, de Am. *Non dubitat illum in omni sermone appellare sapientem, &c.*

DUBITO autem cum animi hæsitationem, metum, dubitationémve significat, abhorret ab Infinitivo. Non enim aptè dixeris (exempli causâ) *Non dubitat brevi Trojam perituram*: Sed, *Non dubitat,*

quin brevi Troja sit peritura: ut Cicero loquitur de Senect. Sic ineptè dixeris. *Non dubito te meliorem & diligentiorem fore* : sed hoc modo : *Non dubito, quin sis melior & diligentior futurus.*

Quod si autem nulla præcedat negatio, assumit *An*, De, *Hoc*, *Quid*, *utrum*. Exempli causâ. Cic. lib.1. Off. *Quibus ex rebus intelligi potest, non solùm id homines solere dubitare, honestum ne, an turpe sit : sed etiam duobus propositis honestis, utrum honestius.* Idem, de Nat. Deor. lib.5. *Tum ille fidenter sanè, nihil tam verens, quàm ne dubitare de aliquâ re videretur, &c.* Et, lib..2. *Nemo de divinâ ratione dubitaret.* Idem, lib.3 Off. *Hoc non turpe est dubitare Philosophos, quod ne rustici quidem dubitant.* Idem, Fam.lib.5. *Illud cave dubites, quin ego omnia faciam, quæ interesse tuâ, aut etiam velle te existimem, si ullo modo facere possum.* Idem, pro P. Quint. *Dubitabitur utrum sit probabilius.* Idem, de Orat. *Cui dubium est, utrum orationem nostram tolerabilem tantum, an etiam admirabilem esse cupiamus.*

ADVERB. *Quippe.*

Vox *Quippe*; aliâs inter Adverbia: aliâs inter Conjunctiones à Grammaticis refertur: Eò quòd vel antecedentis rei orationem reddit, vel etiam planiùs exponit: ponitur pro *Immò, etiam, nempe, certè, &c.* Ja freylich / fürwar. Cic. pro Cecin. *Rectè igitur diceres te restituisse? quippe, Quid enim facilius est?* Idem, de Finib. lib. 4. *Ista à te quidem aptè & rotundè: quippe, habes enim à Rhetoribus, &c.* Idem, lib. 5. de Finib. *Quem hunc appellas Zeno? Beatum inquit; Etiam beatißimum? quippe, inquiet.* Virg. 1. Georg.

Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas & jura sinunt, &c.

Et in eodem libro sub finem, &c. Terent. Phorm. *Adolescenti nihil est, quod succenseam: si illum minus norat: quippe homo jam grandior, &c,* Livius, decad. 3. lib. 6. *Mea quippe fides exoluta est, &c.*

Quippe & *Cum*, copulata.

Cic. de Finib. lib. 3. *Majorem habent*

Stoici quàm Peripatetici rerum omnino discrepantiam, quàm verborum: Quippe cùm Peripatetici omnia, quæ ipsi bona appellant, pertinere dicant ad beatè vivendum, &c. Idem. Philip. 3. *Flagitabam quotidiè, &c. quippe cùm bellum nefarium viderem.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Quippe cùm præ te feras, tentare magis quàm consulere senatum*, pro, Utpote, cùm. &c.

Quippe & *Quòd*; *Quippe* & *Quia*, consociata.

Cic. Fam. lib. 1. *Ibi multa de meâ sententiâ questus est Cæsar: quippe quòd etiam Crassum antè vidisset.* Terent. Heaut. *Ego verò laudo: G. rectè sanè. C. quippe quia magnarum id remedium ægritudinum est.*

Quippe, pro, *Utpote*, *quia*, *nam*.

Cic. de Orat. lib. 2. *Leve nomen habet, utraque res, quippe leve est totum hoc, risum movere, &c.* Idem, Att. lib. 6. *Ac primùm illud, quod maximè angebat, non quòd me aliquid juvare posses: quippe res est in manibus: tu autem abes longè gentium.* Terent. Heaut. *Vobis*

expedit,

expedit, non nobis, quippe formâ nostrâ impulsi, nos colunt, &c.

Quippe Qui, Quæ, Quod.

Pro, *Vtpote qui, Vtpote quæ, Vtpote quod*: vel, *nempe qui, ut quæ, &c.* Cic. Philipp.3. *Quippe qui in hospitiis tectis optimos cives jugulari jussit.* Idem, pro Rosc. Am. *Convivia cum patre non inibat, quippe qui ne in oppidum quidem, nisi perrarò veniebat.* Idem, de Nat. Deor. *Facilè me à te vinci posse certò scio: Quippe*, inquit, Vellejus, *qui etiam somnia putet ad nos mitti à Iove, &c.* Idem, pro Mil. *Liberatur Milo, non eo consilio profectus esse, ut insidiaretur Clodio, quippe qui ei obvius futurus omnino non erat.* Idem, lib.2. de Finib. *Epicurus interdum nimis etiam voluptatem novit, quippe qui testificetur, &c.* Ibidem, *Quippe qui ne in expetendis quidem rebus numeret voluptatem.* Livius. decad.1. lib.4. *Quippe quibus nec - domi - spes prolis, nec cum finitimis connubia essent.* Idem, decad.3. lib.6. *Non estis extremi Syracusanorum, quippe qui aliis humilitatem objiciatis.* Idem, decad3. lib.8. *Quippequi, cùm & in hostium terrâ, va-*

riâ fortunâ bellum gereret, &c. Plaut. Amph. *An etiam id tu scis? Al. Quippe quæ ex te audivi, ut urbem maximam expugnavisses, &c.*

ADVERB. *Quò.*

Loci significationem habet, ποῖ, Wohin. Et pro, *In quem Finem* ponitur. Cic. Fam. lib. 6. *Tu velim scribas ad me quid agas, & ubi futurus sis, ut aut quò scribam, aut quò veniam, scire poßim.* Idem, Att. lib. 8. *Quâ autem & quò fugiamus, nihil scimus.* Ibidem, *Quò spectat ista oratio?* Idem, pro Cœlio. *Dixit, quò vellet aurum.* Idem, Verr. 6. *In quâ Insulâ oppidum est eodem nomine, quò iste nunquam acceßit.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Quin mihi ne hodie quidem scire videmini, quò amentiæ progreßi sitis.* Ibidem, *Quin quò jussus erat adduceret Masanissam.* Idem, decad. 4. lib. 2. *Extra Italiam, quò Senatus censuisset, Cn. Domitio provincia evenit.* Plaut. Amp. *Quonam te avertisti uxor?* Et, Aul. *Quónam abis?* Idem, Cistel. *Quò avecta est, eò sequemur.* Idem, Bacch. *Quò gentium te sequar?* Idem, Merc. *Quò quò hinc abducta est gentium,*

tium. Idem, Pseud. *Quò quò hic spectabit, eò tu spectato simul.*

ADVERB. *Quoad.*

Ἕως οὗ, μέχρις οὗ; Biß daß/ so lang biß ponitur pro *donec*, *dum*, *quo usque*, *usque dum*, *Eatenus*. Quibus in oratione respondet. Cic. Att. lib. 15. *Permulta mihi de nostro itinere in utramq; partem occurrunt: Quousque? inquies, Quoad erit integrum, Erit autem usque dum ad navem.* Idem, lib. 1. Off. *Tamdiu velle debebis, quoad te, quantum proficias non pœnitebit.* Idem, Att. lib. 7. *Ego me ducem in civili bello, quoad de pace ageretur, voluiesse.* Idem, Fam. lib. 13. *Operam des, quoad tibi æquum & rectum videbitur.* Idem, li. 1. de Legib. *Iureconsulti hoc civile jus, quod vocant, eatenus exercuerunt, quoad populo præstare voluerunt.* Idem, pro Lig. *Eas ces laureatos tenui, quoad tenendos putavi.* Idem, lib. 1. Off. *Eos omnes Censores quoad quisque eorum vixit, qui pejerâssent, in ærariis reliquerunt.*

Quoad, pro, *Interim-dum.*

Cic. de Senect. *Quoad munus exequi*

& tueri poßis. Idem, Verr.5. *Quoad per me licitum est, id est, quantum licuit mihi, & potui.* Livius, decad.3.lib.6. *Publicas sibi inimicitias & hostiles esse, & futuras dixit, quoad alieno animo in P. Romanum esse sciret.* Ibidem, *Quoad sine jactarâ Reip. fieri posset.* Et decad. 3.lib,7. *Iußis prosequi quoad vellet, equitibus, puerum dimisit.*

NOTA Interdum ad *Quoad*, assumi *Ejus*, elegantiæ causâ. Cic. Att.lib.11. *Tu tamen, velim ne intermittas, quoad ejus facere poteris, scribere ad me, &c.* Idem, Fam.lib.5. *Velim tuis præcipias, ut operâ & consilio meo sic utantur in omnibus negociis, ut, quoad ejus fieri poßit, præsentiæ tuæ desiderium meo labore minuatur.* Livius, lib.9.bell. Maced. *Quoad ejus potest, &c.*

ADVERB, *Quomodo.*

Alij divisim scribunt. *quo modo*, pro, *Quemadmodum, Sicut, Vt*, quâ ratione, quo pacto, &c. πῆ, πῶς, ὃν τρόπον. Auff was weiß/ıc. Cic.2. de Orat. *Vt enim quæras omnia quomodo Græci ineptum appellent, non reperias.* Idem, ad Qu.Fr.lib.2. *Locutus sum*

cum

cum Cincio quomodo se res habet. Idem.Fam. lib.3. *Si Respub.tibi narrare potuisset,quomodo sese haberet,non facilius,&c.*

In Interrogando & Admirando.

Cic.de Am. *Quomodò (ut alia omittam) mortem tulit?* Idem,Att.lib.8. *Is me ab Optimatibus ait conscindi: quibus Optimatibus, Dij boni? qui nunc quomodo occurrunt? quomodo autem se venditant Cæsari?* Idem, pro Quint. *Nimirum in eo causa consistit, Quomodo?&c.* Idem, Verr.6. *Iussit Timarchidem æstimare argentum,quo modo? quo qui unquam tenuissimè in donatione histrionum æstimavit.* Idem,proLig. *Quomodo tu de Repub. bene meritus esses, si tot,sceleratos incolumi dignitate esse voluisses?*

Quomodo, sic: Et, *Quomodo*, ita.

Cic.lib.3. de Finib. *Et quomodo hominum inter homines juris esse vincula putant? sic homini nihil juris esse cum bestiis.* Idem. Tusc. lib.5. *Et quomodo hoc sit consequens illi,sic illud*

huic. Idem, ad Herenn.lib.4. *Et quomodo quatuor de causis, sumitur: ita quatuor modis dicitur.* Plaut. Cistel. *Necesse est; quo tu me modo voles esse, ita esse, mater, &c.*

Quomodo nunc, pro, *Vt nunc* usurpatum,

Cic.pro Quint. *Quem, quomodo nunc intendit, ne in vivorum quidem numero demonstrat fuisse.* Idem, de Nat.Deor lib.3. *Quomodo nunc quidem est* (wie es jetzo beschaffen ist/) *non video quo pacto ille in domum patris pervenerit.* Idem, Att.lib.8. *Quod non dubitas si Coss. transeant, quid nos facere oporteat, certè transeunt, vel, quomodo nunc est, transiêrunt.*

Quomodocunque.

Quomodocunq;, ponitur pro, *utut, utcunque, quomodo, quocunque modo:* Gott geb auff was Weiß (oder) wie es wölle. Cic.Fam. lib.14. *Quomodocunque nunc se res habet, vel mecum, vel in nostris prædiis esse poteritis.* Idem, de Orat. *Indicabit quid cuique opus sit, & poterit quocunque modo postulabit causa, dicere, &c.*

Inter-

Interdum ei respondet *Tamen.* Cic. de Divin. *Quocunque enim modo nos gesserimus, fiet tamen illud, quod futurum est.* Idem, de Finib. 5. *Quomodocunque dicitur, intelligi tamen quicquid dicatur, potest.*

ADVERB. *Quoquoversum,* vel, *Quoquoversus.*

Hoc est, *versus quemcunque locum, in omnem partem.* πάντῃ, auff allen Seyten/ Orten/allenthalben hin. Cic. in fine Philipp. 9. *Ut locum sepulcro in Campo Esquilino C. Pansa Consul, seu, quo alio in loco videtur, pedes X X X. quoquo versus assignet, &c.* Cæsar. li. 1. de bell. civil. *Ejus imperio classem quoque versus dimittunt;* wohin sie wollen. Alij *Quoquo versum legunt.* Columell. lib. 2. cap. 5. *In plano pedes, quoquo versus octo, &c.*

ADVERB. *Quorsum,* vel, *Quorsus.*

Etiam loci significationem habet, pro versus quem locum: *Interdum,* ad quam rem, vel ad quem finem: Et modò inter-

interrogativè ponitur. ut Cic. Tusc.1. *Quorsum igitur hæc spectat oratio? Quæ sit illa vis, & unde sit intelligendum puto.* Idem, Fa. lib.11. *Quorsum igitur hæc oratio longior, quàm putâram? Quia sum admiratus te credidisse, &c.* Idem, de Leg. lib.1. *Quorsum tandem aut cur ista quæris?*

Modò indefinitè. Cic. Att. lib.2. *Hæc paucis diebus intelligentur quorsum evasura sunt.* Idem, lib.9. *Sed videamus quid agat, & illius orationes quorsum fluant.* Terent. And. *Quorsum nam istuc?* Idem, Adelph. *Quorsum istbuc? D. Ego me continuò ad Chremetem,* Horat.2. serm. Sat.7. *Quorsum hæc tandem?* id est, ad quid tandem hæc dicis.

NOTA, *Quorsum* crebrius usurpari, quàm *Quorsus*: etsi tribus in locis eo Cic. utitur, quos quidem ego observavi.

ADVERB. *Quoties.*

Dicitur etiam *Quotiens*, hoc est, quot vicibus, ὁσάκις, πόσάκις, Wie offt: ac usurpatur Absolutè. Cic. Fam.7. *Quoties mihi certorum hominum potestas erit, &c.* Idem, pro Mil. *Quantæ quotiens occasiones quàm*

præclaræ

præclara fuerunt? Terent. Hecyr. *Hic Pamphilus quotiens jurabat* Bacchidi, *quàm sanctè?*

Interdum refertur ad *Toties.* Cic. pro Mar. *De nobis quotiens cogitabis, totiens de liberalitate, toties de singulari sapientiâ tuâ cogitabis, &c.* Idem, lib. 1. de Orat. *Hoc si nos facere velimus, ante condemnentur ij quorum causas receperimus, quàm toties, quoties præscribitur, &c.* Idem, pro Rab. Posth. *Quoties eorum quippiam dices, toties unum dices, &c.*

ADVERB. *Quotiescunque.*

Ex *quoties* & *cunque* compositum, *πoσακισȣν.* Wie offt. Cic. 1. Catil. *Quotiescunque me petîsti, per me tibi obstiti.* Ei respondet, *Toties.* Cic. pro Domo. *Senatus quidem quotiescunque de me consultus est, totiens eam* (legem) *nullam esse judicavit.* Idem, de Orat. lib. 2. *Quotiescunque is receptus non erit, totiens causa nova nascetur.*

ADVERB. *Quotidie.*

Id est, singulis diebus, in dies, in dies singulos, *ἑσημέραι*: Täglich / alle Tag. Cic. pro

pro Leg. Man. *Equitibus Rom. afferuntur ex Asiâ quotidie litteræ.*

Gaudet Comparativis nominibus, *Magis, Plus,* & aliis. Ter. Heaut. *Nam mihi quidem quotidie augescit magis de filiis ægritudo, &c.* Cic. ad Brut. *Obdurescunt enim magis quotidiè boni viri ad vocem tributi.* Idem, Att. lib. 12. *Ne ego hîc essem libenter, atque id quotidie magis, ni esset causa, &c.* Idem, ad Q. Fr. lib. 3. *Quod scribis te à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.* Idem, lib. 4. de Finib. *Alter valet quotidie plus, alter videt, &c.* Idem, pro Domo. *Cùm mihi summa & quotidie majora præmia in Rep. fore putabas.* Idem, Att. lib. 11. *Quotidie Balbi ad me litteræ languidiores, &c.*

ADVERB. *Quousque.*

Hoc est, *usque ad quod tempus*, quamdiu, seu, quem ad finem, & quem ad locum, μέχρι τίνος, wie lang/ wie fern. Cic. Att. li. 1. *Quousque hunc regem feremus?* Idem, pro Planc. *Atque etiam clamitas, Laterensis, quousque ista dicis?*

Ei respondet *Quoad* (de quo suprà) Et, usque

que. Plaut. Asin. *Nam quousque? L. usque ad mortem volo.*

Cic. 1. Catil. primo loco ponit, & *quasi ex abrupto profert. Quousque tandem, Catilina, abutêre patientiâ nostrâ? quamdiu, &c.*

ADVERBIUM, *Satis.*

Pro *Satis*, sæpenumero *Sat*, per apocopen usurpari solet: Ac significat Abundè quantum opus est, sufficit: ἅλις, ἱκανῶς, &c. genug/genugsam. Cui *Parùm* opponitur. Cic. pro Marcell. *Parúmne igitur gloriam magnam relinquemus? immò verò aliis, quamvis multis satis, tibi uni parùm.* Ibid. *Et illam vocem tuam invitus audivi, satis te diu vel naturæ, vel gloriæ vixisse: At, quod maximum est, patriæ certè parùm.* Id. Orat. *Apelles pictores eos peccare dicebat, qui non sentirent, quid esset satis.* Ibidem, *Sed ad id quod agitur, illud satis, &c.* Id. pro Rosc. Am. *Te pugna Cannensis accusatorem sat bonum fecit.* Id. pro P. Quint. *Ad vincendum satis est fuisse procuratorem.* Idem, Verr. 5. *Exigis tantum pecuniæ, quantum ad eum numerum frumenti satis sit.*

Comici in interrogando, *Satin'* (pro *Satisne*?) usurpant. Terent. Eun. *Sa-*

tis

tin' id tibi placet? Idem, And. *Satin' ſanus es, qui id me rogites?* Idem, Phorm. *Quid ſi aſſimulo? Satin' eſt? A. Vultum contemplamini, Satin' ne ſic eſt? Quid ſi ſic? ſat eſt.* Plaut. Amph. *Satin' parva res eſt voluptatum in vitâ, &c. præquam moleſtum eſt,*

Satis, cum Nominibus.

Cic. lib. 1. Off. *Satis magna pecunia.* Idem, Fam. lib. 11. *Satis multa me dixiſſe arbitror.* Idem, de Cla. Orat. *Brutus, cum litteris Latinis, tum etiam Græcis ſatis eruditus.* Plaut. Menæch. *Accerſe homines qui illum ad me deferant. S. Quot ſunt ſatis?* Terent. And. *Temulenta eſt mulier, & temeraria, nec ſatis digna cui committas primo partu mulierem.* Idem, Heaut. *Satis jam, ſatis pater durus fui, &c.* Virg. 1. Georg. *Imber ſatis largus.*

Satis. Interdum Genitivo jungitur inſtar Nominis alicujus. Cic. pro Quint. *Temporis quidem certè vix ſatis habui.* Idem, lib. 2. de Finib. *Teſtium ſat eſt.* Plaut. Rud. *Sat litium.* Idem, Trucul. *Satis hiſtoriarum eſt.* Terent. And. *Nec ſatis ad objurgandum cauſæ.* Ibidem, *Satis periculi cæpi adire, &c.*

Satis

Satis, cum Verbis.

Cic.4. Acad. *Non satis intelligo.* Idem, pro P. Quint. *Cùm hominem nomino, satis mihi videor dicere.* Horat. lib.1. Epist,2.

Quod satis est, cui contingit, nil amplius optet.

Livius. *Nec satis stolidæ crudelitati fuit.*

Satis cum adverbiis.

Cic. Att. lib.16. *Illud satis opportuni.* Idem, lib.1. de Finib. *Hoc conclusum est contra Cyrenaicos satis acutè.* Idem, lib.2. de Finib. *Videor habere bene cognitam voluptatem, & satis firmè conceptam animo, atque comprehensam, &c.* Ibidem, *Sine hoc quidem satis amplè, satis honestè dici putas.* Ibidem, *Non satis planè dicit, quid sit dissolutum.* Terent. Eun. *Satis diu hoc jam saxum volvo.* Idem, Heaut. *Satis certè, (vel) certò scio.* Idem, Hecyr. *Ei ludos, si ullus est, magistram hanc esse satis certò scio.* Ibidem, *Si metuis, satis ut meæ domi curetur diligenter.* Livius, decad. 3. lib.7. *Inter cornua & mediam aciem intervalla patentia satis latè fecerunt.* Idem, decad.4.

cad.4.lib.6. *Sibi gloria in omnem vitam illo die satis quaesitum esse.*

Satis superque.

Hoc est *Satis & plus quàm satis.* Cic. Tusc. 1. *Vita acta perficiat, ut satis superque vixisse videamur.* Idem, pro Rosc. Com. *Sed satis superque habere dicit, quod sibi arbitro tribuatur.* Idem, Att. lib.16. *Sed id satis superque: tecum me non esse, &c.* Horat. Epod. 1. *Satis superque me tua benignitas ditavit.* Livius, decad.3. lib.5. *Et spes erat satis superque ad id virium esse.* Idem, decad.4. lib.7. *Satis superque poenarum dederunt.* Plaut. Amph. *Noctesque diesque assiduo satis superque est.*

ADVERBIUM, *Scilicet.*

Affirmandi & Explicandi vox significat, *Nempe*, nimirum, utpote, videlicet, quippe, certè: δῆπε: freylich / ja freylich / als nemblich / gewißlich / &c. Ac dici videtur, quasi *scire licet.* Cic. pro Cael. *Cum scires quantum ad facinus aurum hoc quaeretur, ad necem scilicet legati, &c.* Idem, pro Quint. *Quid ad haec Naevius? ridet scilicet nostram amentiam,*

mentiam. Idem, Fam. lib. 13. *Peto à te tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me.* Idem, Att. 11. *Quid tu in eo potes? nihil scilicet.* Id. 2. Catil. *Quibus hoc præcipiendum videtur, unũ scilicet & idem, quod cæteris omnibus, ut desperent se id, quod conantur, consequi posse.* Teren. Adelph. *Et nova nupta eadem hæc discet? M. scilicet.* Ibid. *Da te hodie mihi, exporrige frontem. D. scilicet, ita tempus fert, faciundum est.*

Scilicet, Ironiæ serviens.

Terent. And. *Rumor est meum filium amare, D. Id populus curat, scilicet*, q. d. id populus non curat. Repetitur à Cic. lib. 13. Ep. Ad Att. Idem, Philip. 10. *Scilicet hæc Pansa aut non videt (hebeti enim ingenio est) aut negligit, &c.* Idem, pro P. Quint. *Iam ille de fundo expulsus, jam, &c. violatus esset, corrigeres hæc scilicet.* Idem, de Divin. lib. 2. *Ex eo significationem rerum consequentium quærimus? scilicet si ista Iuppiter significaret, tam multa frustra fulmina mitteret.*

ADVERB. *Secus.*

Secus significat *Contrà, aliter*, ἄλλως.

λως, anders: Cic. pro P. Quint. *Cùm in alterâ re causæ nihil esset, quin secus ipse judicaret de se.* Idem, Partit. *Longè secus.* Idem, pro Mil. *Fit obviam horâ ferè undecimâ, aut non multò secus.* Idem, de Cla. Orat. *Nemo dicit secus.*

Etiam interdum significat *Malè.* Cic. lib. 3. de Finib. *Nobis aliter videtur; rectè secus ne, postea.* Ibidem, Fam. lib. 6. *Magna consolatio est, quum recordâre, etiamsi secus acciderit, te tamen rectè verèque sensisse.*

Secus cum *Ac*: *Ac si.*

Cic. de Orat. lib. 2. *Illud quod dixi in causâ Scævolæ, non dixi secus, ac sentiebam.* Idem, ad Q. Fr. lib. 1. *Quibus illi non multò secus, ac servis imperabant.* Idem, pro Muren. *Tecum agam, Servi, non secus ac si meus esses frater.* Idem, Fam. lib. 4. *Mea in te officia constabunt, non secus ac si te vidissem.* Idem, Att. lib. 4. *Scribas velim ad tuos domum, ut mihi libri tui pateant, non secus ac si domi adesses.* Ibidem, *Qui quidem Q. Fr. meum quemadmodum tractârunt? Non secus ac si ego essem Imperator.* Terent. Hecyr. *Nunquam secus habui illam, ac si ex me esset nata, &c.*

Secus

Secus atque; Secus quàm.

Sic usurpantur tam sequente consonante, quàm nullâ. Cic. de Orat. lib. 3. *Eadem sunt membra in utrisque disputationibus: sed paullò secus à me, atque ab illo partita, atque distributa.* Idem, de Orat. *Sed aliquantò secus atque in tradendâ arte dici solet.* Idem, de Fato. *Non sequitur esse causas aeternas, quæ prohibeant quicquam secus cadere, atque casurum erat.* Sallust. Iugurt. *Neque secus, atque si hostes adessent.* Virg. 11. Æn. *Haud secus, atque alto in luco, &c.* Cic. pro Cæl. *Si matrem familiâs secus, quàm matronarum sanctitas postulat, nominamus, &c.* Idem, Att li. 8. *Significas enim aliquantò secus, quàm solebas, ut etiam Italiâ si ille cedat, putes cedendum esse.* Terent. Phorm. *Si tu illam attigeris secus, quàm dignum est liberam, &c.* Plaut. Amph. *Non secus est, quàm si ab Acherunte veniam:* Livius, decad. 1. lib. 12. *Haud secus, quàm si in insidias incidisset, &c.* Idem, decad. 3. lib. 2. *Omnia ei hostium haud secus, quàm sua, nota erant.* Ibid. *Haud secus pavidi, quàm si victorem Annibalē, cernerent, jurant.* Et, l. 3.

Cæteras naves metus haud secus, quàm tempestas disjecit. Et, decad.3.lib.7. *Haud secus, quàm puerum elusit.*

ADVERB. *Sic*, & *sicut*.

Sic, Affirmand, significat. *Ita, Eo modo*, οὕτως, ὡς, Alſo/ja. Cic.Philipp.2. *Vis ne igitur te inspiciam à puero? Sic opinor.* Idem, de Divin.lib.2. *Sive sic est, sive alio modo videri possunt permulta somniantibus falsa pro veris.* Idem, pro Rosc.Am. *Sic se res habet Iudices, magnam vim possidet, &c.* Plaut.Amph. *Sic est, vera prædico*, Terent. Adelph. *Sic est factum.* Idem. Phorm. *Sic est, vera prædicas.* Ibidem, *Phanium relictam solam ais? G. Sic.*

Sic, cum *Vt*, in similitudine.

Cic.pro Planc. *Hujus præfectura plena est virorum fortissimorum, sic ut nulla totâ Italiâ frequentior dici possit.* Idem, Fam.lib.9. *Orationem pro Dejotaro velim sic legas, ut causam tenuem.* Idem, Fam. lib.7. *Sic te Cæsari commendavi & tradidi, ut gravissimè diligentissimèque potui.* Idem, Philipp.5. *Sic erant disposita*

dispositæ præsidia, ut quomodo aditus hostium prohibetur castellis, &c. ita, &c. Idem, Att. lib. 7. *Vt bos armenta, sic ego bonos viros, aut eos, quicunque dicentur boni, sequar, &c.* Idem, Fam. lib. 2. *Ejus negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea.* Idem, pro L. Man. *Mithridates ex suo regno sic profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur.* Terent. And. *Quid vos? quo pacto hic? Satin' rectè? M. nos ne? Sic, ut quimus, aiunt, quando, ut volumus, non licet.* Livius, decad. 3. lib. 7. *Vt parentum sævitiam, sic patriæ patiendo ac ferendo leniendam esse.*

Sic, cum, *Quasi* copulatum.

Sic. de Senect. *Litteras Græcas sic avidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens.* Idem. Fam. lib. 10. *Sic enim vidi, quasi ea, quæ oculis cernuntur, me à te amari.* Idem. Fam. lib. 15. *Sic velim enitare, quasi eo sint mihi omnia.* Idem, Verr. 6. *Ædificiis omnibus sic pepercit, quasi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda venisset.* Plaut. Amph. *Sic salutas atque appellas, quasi dudum non videris*

Terent. Adelph. *Sic vita hominum est, quasi cum ludas tesseris.*

Lege supra *Quasi* cum, *Sic* junctum.

Sic, cum, *Tanquam* junctum,

Cic. Fam. lib. 13. *Apud eum ego sic Ephesi fui, quotiescunque fui tanquam domi meæ,* Idem, Brut. *Nam & Odyssea latina est sic, tanquam opus aliquod Dædali, &c.*

Sic & *Quemadmodum*: *Sic Secus*.

Cic. post redit. ad Quir. *Sic ulciscar singula genera quemadmodum à quibusque sum provocatus.* Idem, lib. 1. de Leg. *Illa, quæ aliis sic, aliis secus, nec iisdem semper uno modo videntur, ficta esse dicimus.*

Sic ne; *Sic ut ne quidem.*

Columel. lib. 1. *Stabula sic ordinentur, ne quis humor influere possit.* Cic. pro P. Quint. *Quem tu à puero sic instituisti, ut nobili ne gladiatori quidem cederet.*

Sicut, pro, *Adeò ut*.

Cic.

☌ c. Att. lib. 14. *A ducendâ uxore sic abhorret, ut quidquam libero lectulo neget esse jucundius.* Idem, de Orat. *Omnis pars orationis debet esse laudabilis, sic ut nullum verbum, nisi elegans excidat.* Idem, pro Planc. *Sic ab illo gravissimo viro dilectus est, ut ejus pudor postulabat, &c.* Idem, lib. 1. de Finib. *Agam sic, ut ipsi auctori hujus disciplinæ placet.*

Sic sum ; Sic est.

Pro, Hoc ingenio, vel, his moribus. Cic. pro Rosc. Am. *Sic vita hominum est, ut ad maleficium nemo conetur sine spe, atque emolumento accedere.* Idem, pro Rosc. Com. *Sic est, vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa, æstimat.* Terent. And. *Sic, Crito, hic est.* Ibidem, *Sic vita erat: facilè omnes perferre ac pati, cum quibus erat, &c.* Idem, Hecyr. *Homo voluptati obsequens fuit, dum vixit: & qui sic sunt, haud multum hæredem adjuvant.* Idem, Phorm. *Sic sum, si placeo, utere.* Ibidem, *Sic est ingenium.* Idem. Aul. *Sic sum, ut me vides.* Idem, Bacch. *Te neminem deterriorem vidi: Ph. ita sum,* pro, talis sum.

Sic, in Optando.

Horat. lib. 1. Carm. ad 3. *Sic te Diva potens Cypri: sic fratres Helenæ, ventorumque pater regat, &c.* Ibidem. Oda. 28. *Sic quodcunque minabitur Eurus fluctibus, plectantur sylvæ, &c.* Virg. 10. Æn.

Sic pater ille Deûm faciat, sic magnus Apollo, &c.

ADVERB. *Sicut, sicuti.*

Sicut, aut *Sicuti*, similitudini serviunt, pro, *Ita ut, tanquam, quemadmodum velut*, ὡς, ὥσπερ, gleich wie. Cic. Fam. lib. 5. *Me, sicut alterum parentem & observat, & diligit.* Ibidem, *Si me, sicut soles, amas, suscipe me totum.* Idem, pro L. Man *Sinite me, sicut Poëtæ solent, præterire nostram calamitatem, &c.* Idem, Fam. lib. 6. *Cæsar me amplectitur, sicuti neminem.*

Interdum copulatur cum *Ita, Item, Sic, & aliis.*

Sicut, Ita.

Cic. pro Mil. *Hæc sicut gesta sunt, ita exposui.* Cæsar lib. 3. bell. civil. *Sicut mari, portu-*

portubusque Cæsarem prohibebat, ita ipse omni terrâ earum regionum prohibebatur. Plaut. Asin. *Sicut tuum jus unicum gnatum tua superesse vita, &c. ita & obtestor.* Livius, decad. 3. lib. 2. *Cùm malis, sicut ingentibus, ita ignotis, ne consilium quidem satis expedirent.* Idem, decad. 3. lib. 3. *Sicut coronatus laureâ coronâ & oraculum adiisset, & rem divinam fecisset, ita coronatum navim ascendere jussit.* Idem, decad. 4. lib. 5. *Prætor Achæorum sicut terrestrium certaminum arte quemvis clarorum Imperatorum vel usu, vel ingenio æquabat, ita rudis in re navali erat.*

Sicut, Item.

Cic. pro P. Quint. *Sicut tu semper summè concupisti: item volebat Alphenus.* Idem, in Orat. *Omnium magnarum artium, sicut arborum altitudo nos delectat, radices, stirpesque non item.*

Sicut, Sic.

Cic. Fam. lib. 16. *Sicut olim matrem nostram facere memini, &c. sic tu etiam, si quod*

cad. 4. lib. 6. *Sibi gloria in omnem vitam illo die satis quæsitum esse.*

Satis superque.

Hoc est *Satis & plus quàm satis.* Cic. Tus. 1. *Vita acta perficiat, ut satis superque vixisse videamur.* Idem, pro Ros. Com. *Sed satis superque habere dicit, quod sibi arbitro tribuatur.* Idem, Att. lib. 16. *Sed id satis superque: tecum me non esse, &c.* Horat. Epod. 1. *Satis superque me tua benignitas ditavit.* Livius, decad. 3. lib. 5. *Et spes erat statis superque ad id virium esse.* Idem, decad. 4. lib. 7. *Satis superque pœnarum dederunt.* Plaut. Amph. *Noctesque diesque assiduo satis superque est.*

ADVERBIUM, *Scilicet.*

Affirmandi & Explicandi vox significat, *Nempe*, nimirum, utpote, videlicet, quippe, certè: *δήπου*: freylich / ja freylich / als nemblich / gewißlich / &c. Ac dici videtur, quasi *scire licet.* Cic. pro Cæl. *Cum scires quantum ad facinus aurum hoc quæretur, ad necem scilicet legati, &c.* Idem, pro Quint. *Quid ad hæc Nævius? ridet scilicet nostram amentiam,*

mentiam. Idem, Fam.lib.13. *Peto à te tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me.* Idem, Att.11. *Quid tu in eo potes? nihil scilicet.* Id. 2.Catil. *Quibus hoc præcipiendum videtur, unũ scilicet & idem, quod cæteris omnibus, ut desperent se id, quod conantur, consequi posse.* Teren. Adelph. *Et nova nupta eadem hæc discet? M. scilicet.* Ibid. *Da te hodie mihi, exporrige frontem. D. scilicet, ita tempus fert, faciundum est.*

Scilicet, Ironiæ ſerviens.

Terent. And. *Rumor est meum filium amare, D. Id populus curat, scilicet*, q.d. id populus non curat. Repetitur à Cic.lib.13. Ep. Ad Att. Idem, Philip.10. *Scilicet hæc Pansa aut non videt (hebeti enim ingenio est) aut negligit, &c.* Idem, pro P.Quint. *Iam ille de fundo expulsus, jam, &c. violatus esset, corrigeres hæc scilicet.* Idem, de Divin.lib.2. *Ex eo significationem rerum consequentium quærimus? scilicet si ista Iuppiter significaret, tam multa frustra fulmina mitteret.*

ADVERB. *Secus.*

Secus ſignificat *Contrà, aliter*, ἄλλως.

λως, anders: Cic. pro P. Quint. *Cùm in alterâ re causæ nihil esset, quin secus ipse judicaret de se.* Idem, Partit. *Longè secus.* Idem, pro Mil. *Fit obviam horâ ferè undecimâ, aut non multò secus.* Idem, de Cla. Orat. *Nemo dicit secus.*

Etiam interdum significat *Malè.* Cic. lib. 3. de Finib. *Nobis aliter videtur; rectè secus ne, postea.* Ibidem, Fam. lib. 6. *Magna consolatio est, quum recordâre, etiamsi secus acciderit, te tamen rectè verèque sensisse.*

Secus cum *Ac: Ac si.*

Cic. de Orat. lib. 2. *Illud quod dixi in causâ Scævolæ, non dixi secus, ac sentiebam.* Idem, ad Q. Fr. lib. 1. *Quibus illi non multò secus, ac servis imperabant.* Idem, pro Muren. *Tecum agam, Servi, non secus ac si meus esses frater.* Idem, Fam. lib. 4. *Mea in te officia constabunt, non secus ac si te vidissem.* Idem, Att. lib. 4. *Scribas velim ad tuos domum, ut mihi libri tui pateant, non secus ac si domi adesses.* Ibidem, *Qui quidem Q. Fr. meum quemadmodum tractârunt? Non secus ac si ego essem Imperator.* Terent. Hecyr. *Nunquam secus habui illam, ac si ex me esset nata, &c.*

Secus atque; Secus quàm.

Sic usurpantur tam sequente consonante, quàm nullâ. Cic. de Orat. lib. 3. *Eadem sunt membra in utrisque disputationibus: sed paullò secus à me, atque ab illo partita, atque distributa.* Idem, de Orat. *Sed aliquantò secus atque in tradendâ arte dici solet.* Idem, de Fato. *Non sequitur esse causas aeternas, quae prohibeant quicquam secus cadere, atque casurum erat.* Sallust. Iugurt. *Neque secus, atque si hostes adessent.* Virg. 11. Æn. *Haud secus, atque alto in luco, &c.* Cic. pro Cael. *Si matrem familiâs secus, quàm matronarum sanctitas postulat, nominamus, &c.* Idem, Att li. 8. *Significas enim aliquantò secus, quàm solebas, ut etiam Italiâ si ille cedat, putes cedendum esse.* Terent. Phorm. *Si tu illam attigeris secus, quàm dignum est liberam, &c.* Plaut. Amph. *Non secus est, quàm si ab Acherunte veniam:* Livius, decad. 1. lib. 12. *Haud secus, quàm si in insidias incidisset, &c.* Idem, decad. 3. lib. 2. *Omnia ei hostium haud secus, quàm sua, nota erant.* Ibid. *Haud secus pavidi, quàm si victorem Annibalẽ, cernerent, jurant.* Et, l. 3.

Cæteras naves metus haud secus, quàm tempestas disjecit. Et, decad.3.lib.7. *Haud secus, quàm puerum elusit.*

ADVERB. *Sic, & sicut.*

Sic, Affirmand, isignificat. *Ita, Eo modo*, οὕτως, ὡς, Also/ja. Cic.Philipp.2. *Vis ne igitur te inspiciam à puero? Sic opinor.* Idem, de Divin.lib.2. *Sive sic est, sive alio modo videri possunt permulta somniantibus falsa pro veris.* Idem, pro Rosc.Am. *Sic se res habet Iudices, magnam vim possidet, &c.* Plaut.Amph. *Sic est, vera prædico*, Terent. Adelph. *Sic est factum.* Idem, Phorm. *Sic est, vera prædicas.* Ibidem, *Phanium relictam solam ais? G. Sic.*

Sic, cum *Ut*, in similitudine.

Cic.pro Planc. *Hujus præfectura plena est virorum fortissimorum, sic ut nulla tota Italiâ frequentior dici possit.* Idem, Fam.lib.9. *Orationem pro Dejotaro velim sic legas, ut causam tenuem.* Idem, Fam. lib.7. *Sic te Cæsari commendavi & tradidi, ut gravissimè diligentissimèque potui.* Idem, Philipp.5. *Sic erant*

disposita

dispoſita præſidia, ut quomodo aditus hoſtium prohibetur caſtellis, &c. ita, &c. Idem, Att. lib. 7. *Ut bos armenta, ſic ego bonos viros, aut eos, quicunque dicentur boni, ſequar, &c.* Idem, Fam. lib. 2. *Ejus negotium ſic velim ſuſcipias, ut ſi eſſet res mea.* Idem, pro L. Man. *Mithridates ex ſuo regno ſic profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur.* Terent. And. *Quid vos? quo pacto hic? Satin' rectè? M. nos ne? Sic, ut quimus, aiunt, quando, ut volumus, non licet.* Livius, decad. 3. lib. 7. *Ut parentum ſævitiam, ſic patriæ patiendo ac ferendo leniendam eſſe.*

Sic, cum, *Quaſi* copulatum.

Sic. de Senect. *Litteras Græcas ſic avidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens.* Idem. Fam. lib. 10. *Sic enim vidi, quaſi ea, quæ oculis cernuntur, me à te amari.* Idem. Fam. lib. 15. *Sic velim enitare, quaſi eo ſint mihi omnia.* Idem, Verr. 6. *Ædificiis omnibus ſic pepercit, quaſi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda veniſſet.* Plaut. Amph. *Sic ſalutas atque appellas, quaſi dudum non videris*

Terent. Adelph. *Sic vita hominum est, quasi cum ludas tesseris.*

Lege supra *Quasi* cum, *Sic* junctum.

Sic, cum, *Tanquam* junctum,

Cic. Fam. lib. 13. *Apud eum ego sic Ephesi fui, quotiescunque fui tanquam domi meæ.* Idem, Brut. *Nam & Odysséa latina est sic, tanquam opus aliquod Dædali, &c.*

Sic & Quemadmodum: Sic Secus.

Cic. post redit. ad Quir. *Sic ulciscar singula genera quemadmodum à quibusque sum provocatus.* Idem, lib. 1. de Leg. *Illa, quæ aliis sic, aliis secus, nec iisdem semper uno modo videntur, ficta esse dicimus.*

Sic ne; Sic ut ne quidem.

Columel. lib. 1. *Stabula sic ordinentur, ne quis humor influere poßit.* Cic. pro P. Quint. *Quem tu à puero sic instituisti, ut nobili ne gladiatori quidem cederet.*

Sic ut, pro, *Adeò ut.*

Cic.

c. Att.lib.14. *A ducendâ uxore sic abhorret, ut quidquam libero lectulo neget esse jucundius.* Idem, de Orat. *Omnis pars orationis debet esse laudabilis, sic ut nullum verbum, nisi elegans excidat.* Idem, pro Planc. *Sic ab illo gravissimo viro dilectus est, ut ejus pudor postulabat, &c.* Idem, lib.1.de Finib. *Agam sic, ut ipsi auctori hujus disciplina placet.*

Sic sum; Sic est.

Pro, Hoc ingenio, vel, his moribus. Cic. pro Rosc. Am. *Sic vita hominum est, ut ad maleficium nemo conetur sine spe, atque emolumento accedere.* Idem, pro Rosc. Com. *Sic est, vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa, æstimat.* Terent. And. *Sic, Crito, hic est.* Ibidem, *Sic vita erat: facilè omnes perferre ac pati, cum quibus erat, &c.* Idem, Hecyr. *Homo voluptati obsequens fuit, dum vixit: & qui sic sunt, haud multum hæredem adjuvant.* Idem, Phorm. *Sic sum, si placeo, utere.* Ibidem, *Sic est ingenium.* Idem. Aul. *Sic sum, ut me vides.* Idem, Bacch. *Te neminem deterriorem vidi: Ph. ita sum,* pro, talis sum.

portubusque Cæsarem prohibebat, ita ipse omni terrâ earum regionum prohibebatur. Plaut. Asin. *Sicut tuum jus unicum gnatum tua superisse vita, &c. ita & obtestor.* Livius, decad. 3. lib. 2. *Cùm malis, sicut ingentibus, ita ignotis, ne consilium quidem satis expedirent.* Idem, decad. 3. lib. 3. *Sicut coronatus laureâ coronâ & oraculum adiisset, & rem divinam fecisset, ita coronatum navim ascendere jussit.* Idem, decad. 4. lib. 5. *Prætor Achæorum sicut terrestrium certaminum arte quemvis clarorum Imperatorum vel usu, vel ingenio æquabat, ita rudis in re navali erat.*

Sicut, Item.

Cic. pro P. Quint. *Sicut tu semper summè concupisti: item volebat Alphenus.* Idem, in Orat. *Omnium magnarum artium, sicut arborum altitudo nos delectat, radices, stirpesque non item.*

Sicut, Sic.

Cic. Fam. lib. 16. *Sicut olim matrem nostram facere memini, &c. sic tu etiam, si quod*

scribas non habebis, scribito tamen,&c. Idem, Att.lib.9. *Sicut* ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς *alienantur immunda: sic illius fugæ, negligentiaque deformitas avertit ab amore,&c.* Livius, decad.3. lib.10. *Sicut tibi curæ est sentire cives tuos, quanto per te onere leventur: sic mihi laborandum est,ne,quæ tunc pepigerunt,&c.*

Non sicut, Sed ut,(vel) *Sed tanquam.*

Cic.de Am. *Nec sicut vulgus, sed ut eruditi solent appellare sapientem.* Idem,ad Heren.lib.4. *Hic locus non est à totâ causâ separatus sicut membrum aliquod,sed tanquam sanguis perfusus,&c.*

ADVERB. *Similiter.*

Significat,*Pariter*, eodem modo,item, simili ratione,uno eodemque modo, etiam, &c. ὁμοίως,παραπλησίως, Gleich/ gleicher weiß/also: Ac ponitur aliquando absolutè. Cic.pro Rosc. Am. *Etiamsi liberè dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit.* Idem,

dem, lib.2. de Orat. *Similiter arbitror in hâc sive ratione, sive exercitatione dicendi.* Id. Tusc.lib.4. *Similiterque cæteri morbi, &c.*

Similiter ac.

Cic.de N.Deor.lib.3. *Tu autem, qui id quæris, similiter facis, ac si me roges, cur te duobus contuear oculis, & non altero tantùm, cum idem uno assequi possim.*

Similiter atque.

Cic.contra Rull. *Hic excipit Pompejum similimè, ut mihi videtur, atque in illâ lege, quâ peregrini Româ ejiciuntur, excipitur Glaucippus.* Idem, Philip.1. *Neque verò illum similiter atque ipse eram, commotum esse vidi.*

Similiter, ut, (vel) *ut si.*

Cic.1.de Orat. *Similiter nunc petes à Crasso, ut eam copiam suorum ornamentorum, &c, in lucem proferat.* Idem, lib.1.Off. *Similiter faciunt, ut si nautæ certarent, quis eorum potissimùm gubernaret.* Idem, Tusc.lib.4. *Qui modum vitio quærit, similiter facit, ut si pos-*

se putet eum, qui se è Leucade præcipitaverit, sustinere se cum velit.

ADVERB. *Simul.*

Significat, *Pariter*, *unâ*, communiter, ὁμῶς, ὁμόσε, ἅμα, zumal/zugleich, Ei *Separatim* interdum opponitur, Livius, decad.3.lib.1. *Maluit adversus singulos separatim, quàm adversus duos simul rem gerere.* Cic. Att. lib.1. *Demonstravi hæc Cæcilio: simul & illud ostendi.* Ibidem, *Quæris ex me, quid acciderit, &c. Et simul vis scire, &c.* Livius, decad.1.lib.6. *Quod ubi auditum est, simul hostes à mœnibus recessêre.* Idem, decad.3.lib.3. *Contemtâ simul senectute patris, simul Romanâ societate, ad Pœnos defecit.* Plaut. Merc. *Duas res simul nunc agere decretum mihi est*, pro eâdem operâ.

Simul, alias pro *Simulac* ponitur, vel *simul atque*, vel *Postquàm*, Cic.4. Acad. *Itaque simul experrecti sumus, visa illa contemnimus, &c.* Ibidem, *Et simul inflavit tibicen, à perito carmen agnoscitur.* Horat. lib.1. Carm. od.4 *Quò simul mearis, nec regna vini sortière talis, &c.* Id. lib.2. *Otium Divos rogat, prensus Ægæo, simul atra nubes condidit Lunam, &c.*

Simul

Simul, pro, *Deinde*, Item, *Praeterea*; *&c.* Cic. Fam. lib. 5. *Cives Romanos occidit, abripuit, disperdidit, simul verò semißis homo contra me arma tulit.* Sallust. de Catil. *His amicis, sociisquè confisus Catilina, simul quòd aes alienum per omnes terras ingens erat.* Terent. And. *Et nunc id operam do, ut, &c. vera causa objurgandi sit, si deneget: simul sceleratus Davus, &c. ut consumat nunc, cum nihil obsit doli.*

Simul ac.

ὡς. Cic. de Arusp. *Hominem furentem, exultantemque continui, simul ac periculum judicij intendi.* Idem, lib. 2. Off. *Simul ac juvenes esse caeperimus.* Idem, Verr. 4. *Qui simul ac profugit, &c.* Idem, Ver. 3. *Verres simul ac tetigit provinciam, statim Messanam litteras dedit.* Idem, Verr. 6. *Simul ac successum isti audiverunt.* Idem. lib. 5. de Finib. *Omne animal simul ac ortum est, id agit, ut se conservet.* Idem, de Orat. *Ad instituendos adolescentulos magis aptum est, ut, simulac posita sit causa, habeant quò se referant.* Idem, 4. Acad. *Quis enim cum sibi fingit aliquid, &c.*

non simul ac se ipse commovit, atque ad se revocavit, sentit quid intersit, &c. Livius, decad. 3. lib. 5. *Simul ac turbarum auditus est cantus.* Idem, decad. 5. lib. 6. *Simul ac Romanum exercitum in Graciâ viderint.*

Simul ac primùm.

Cic. Verr. *Simul ac potestas primùm data est adeunt hi, quos dixi.* Ibidem, *Simul ac primùm ei occasio visa est.*

Simul atque.

Ἄμα, aût, ἅματε. Cic. pro Mur. *Simul atque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostra conticescunt.* Idem, in Pison. *Admissarius iste simul atque audivit à Philosopho voluptatem tantopere laudari.* Idem, Philipp. 8. *Ego Q. Scævolam augurem memoriâ teneo, cùm esset summâ senectute, & perditâ valetudine, quotidie simul atque liceret, facere omnibus conveniendi sui potestatem.* Idem, Verr. 4. *Qui simul atque ei sorte provincia obvenit, statim Romæ quærere cœpit, &c.* Ibidem, *Nam simul atque è navi egressus est, dedit operam, ut Dion ad se continuò veniret.* Ibidem, *Simul atque ego*

go in Siciliam veni. Idem, Verr. 6. *Qui simul atque in Oppedum quoppiam venerat.* Idem, Fam. lib. 3. *Gratissimum mihi feceris, si ad me, simul atque adeptus eris, litteras miseris.* Idem, Att. lib. 1. *Alij simul atque hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto, retardantur.* Idem, lib. 1. de Orat. *In iis offenditur, simul atque imminuitur aliquid de voluptate.* Livius, decad. 3. lib. 6. *Ille simul atque praeceps cum armis procidit ante proram.*

Simul ut.

Cic. Fam. lib. 6. *Simul ut accepi à Saleuco tuo litteras, statim quæsivi è Balbo.* Idem, lib. 2. de Orat. *Qui simul ut discus increpuit, in mediâ oratione, disputantem Philosophum relinquunt.* Idem. lib. 2. de Finib. *Omne animal simul ut ortum est, & seipsum, & omnes partes suas diligit. &c.* Idem, Tusc. 4. *Facilè ut appareat nostros omnia consequi potuisse, simul ut velle cœpissent.* Idem, Att. lib. 10. *Ego ad te statim habebo quod scribam, simul ut videro Curionem.* Idem, Verr. 6. *Qui simul ut me viderunt, ubi sunt, inquiunt? &c.*

OBSERVATIONES.

I. Si ad vocem *Simul*, *statim*, *illico*, *continuò*, *confestim*, *Protinus*, addatur, tunc major exprimitur celeritas.

II. Ad *Simul* assumuntur interdum *Quòd Quia*, *Vt*, *Ne*, *&c.* Cic.Fam.lib.1.*Simul quòd video non, ut antehac putabam, novitati esse invisum meæ.* Cæsar, de bell. Hisp. *Simul que quòd tabellarij dispositi essent.* Sallust. conjurat. *Simul quia boni complures præsidium in eo putabant.* Cic. in Verr. 1. *Simul ut esset pœna, quod alterius patroni testamento obtemperâsset.* Sallust. Iugurt. *Simul ne per insolentiam existimet, memet studium meum laudando extollere.*

III. *Simul*, per Epanaphoram repetitum eandem penè vim habet, quàm *Cum* & *Tum*, vel, *Partim*. Livius, decad.1.lib.1. *Nusquam benignè legatio audita est: adeò omnes simul spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant, &c.*

ADVERBIUM, *Sodes*.

Blandiendi, aut blandè adhortandi vox

vox est, quam alij ad Interjectiones referunt: Conflata ex *Si* & *Audes*: teste. Cic. de Oratore. Priscanus censet esse verbum defectivum: & significare, *Quæso, Amabo te, ἄγε, δεόμαί σε*, Ey lieber. Semel (ut opinor) tantùm à Cic. lib. 7. ad Att. epistolâ. 3. usurpatur. Bis ab Horat. Semel lib. 1. Satyr. 9. Iterum, lib. 1. epist. 7. Terent. Phorm. *Sed transi sodes ad forum, atque, &c.* Ibidem, *Censeo, eamus, duc nos sodes. &c.* Idem, Adelph. *Dic sodes pater, &c.* Idem, Hecyr. *I sodes intrò, consequar jam te, mea mater.* Plaut. Bacch. *Dic sodes mihi, bellane videtur specie mulier?*

ADVERB. *Statim*.

Significat Continuò, Illicò, Mox, Confestim, sine morâ, εὐθὺς, εὐθέως, ἐυ-θὺ, ohn verzug / als (oder) so bald / von Stund an. Cic. Att. lib. 9. *Omnem tibi illius, meumque sermonem omnibus verbis expressum, statim mittam.* Idem. in Orat. *Confestim verba concurrunt, quæ mens eadem, quâ nihil est celerius, statim dimittit, ut, &c.*

Ac

Ac ſolet crebrò cum *Vt* jungi. Cic. Fam. lib.1. *Statim, ut ille Prætor factus eſt.* Idem, Att.lib.12. *Philippus, ut heri me ſalutavit, ſtatim Romam profectus eſt.*

Copulatur etiam cum *Simulac*, &, *Simul* ut, de quibus paulò ante, &c.

ADVERB. *Suprà.*

Supra, Accuſativum regens præpoſitio, huc non pertinet: ſed ſine caſu poſita, hoc in loco conſideratur: Ei opponitur *ſub, ſubter, intrà.* Cic.lib.3.de Orat. *Veteres omnia hæc quæ ſuprà & ſubter, unum eſſe, & unâ via, tque unâ conſenſione natura conſtricta eſſe, dixerunt.* Idem, de Nat.Deor.lib.2. *Draco ſubter, ſupràque revolvens, ſeſe, &c.*

Suprà, pro, *Antè*, *Antea.*

Pro *Suprà*, alij ineptè, *Superius dicunt*, zu vor/droben. Cic.Fam.lib.6. *Iſta polliceor, quæ ſuprà ſcripſi.* Idem, de Orat.ad Brut. *Movebant me etiam illa, quæ ſuprà dixeram.* Cæſar.5.bell.Gall. *Suprà demonſtravimus.*

Nil ſuprà.

Non vice verſâ (*ſuprà nihil*) eſt elegans

gans locutio, cùm quid efferre volumus adeò, ut eo nihil sit majus, vel elegantius. Cic. Att. lib. 13. *Dialogos confeci, & absolvi, nescio quàm benè: sed ita accuratè, ut nihil possit suprà.* Idem, Fam. lib. 14. *Pisonis amor in omnes nos tantus est, ut nihil suprà possit esse.* Terent. And. *Vultu adeò modesto, adeò venusto, ut nihil suprà.* Idem, Eun. *Facetè, lepidè, lautè, nihil suprà.*

Suprà, cum *Quàm* consociatum.

Videtur poni pro Comparativo. Cic. Top. *Sæpè citra licet, dummodò suprà sit, quod sumitur, quàm id, ad quod sumitur.* Id. de Orat. *Sæpè rem dicendo subjiciet oculis, sæpe suprà feret, quàm fieri possit, &c.* Sallust. Catil. *Corpus inediæ, algoris, vigiliæ suprà quàm cuique credibile est.*

ADVERB. *Tam*.

Significat *Adeò*, tam valdè, *ἴσον*, So sehr. Ac interdum absolutè ponitur, ut. Cic. Att. lib. 7. *Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare?* Idem, in Orat. *Demosthenes.*

nes, &c. cujus non tam vibrarent fulmina, illa: nisi numeris contorta ferrentur. Idem, Verr.6. *Cum u L. Sisennâ defensore tuo tam familiariter uteretur.* Idem, Fam. lib.8. *Nunc furit tam gavisos esse hominem suum dolorem.* Idem, pro Rosc.Am *Res tam scelesta, tam atrox, tam nefaria credi potest.* Ibidem, *Si tantum facinus tam immane, tam acerbum credituri sunt.* Virg.1. Æn. *Quæ te tam læta tulêre secula?*

Tam, & *Quàm* uno verbo consociata.

In comparatione maximè locum habent, *Tam* & *Quàm* ? vide suprà *Quàm*, præcedente *Tam*. Quibus adde plura exempla, in Cic. Oratione, pro L.Man.sub finem ferè. *Quid tam novum, quàm adolescentulum? quid tam præter consuetudinem, quàm, &c. quid tam singulare, quàm, &c.* Idem, pro Mil. *Nec vobis tam salutarem litteram, quàm illam tristem dedissent.* Idem, pro Lig. *Nihil est tam populare quàm bonitas,* Terent. Adelph. *Tam placidum, quàm ovem reddo.* Plaut. Capt. *Tam fui ego ante liber, quàm gnatus tuus.* Ibidem, *Quàm tu filium tuum,*

tam

tam pater me meus desiderat. Ibidem, *Equidem tam sum servus, quam tu.* Livius, decad.3.lib.5. *Non tam suâ ullâ spe, quàm militum impetu fortuitò tractus.*

Tam & *Quàm* cum ejusdem verbi iteratione.

Cic. Fa. lib.7. *Utinam tam facilè eum tenere potuissemus, quàm facilè adhuc tenuimus.* Idem, Att.lib.8. *Nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcisè negavi, quàm hic mihi planè sine ullâ exceptione negavit.* Livius, decad.3. lib.3. *Bellum tam integrum habemus, quàm habuimus, quâ die Annibal Italiam est ingressus.* Plaut. Capt. *Tam ille apud nos servis, quàm ego nunc apud te servio.*

Tam & *Quàm* cum diversis verbis copulata.

Cic. pro Rosc. Am. *Quas inimicitias si tam cavere potuisset, quàm metuere solebat viveret.* Ibidem, *Ne non tam prohibere, quàm*

quàm admonere videretur. Id. Att. lib. 9. *Non tam ut illa adjuvem, quàm ut hæc ne videam, cupio discedere.* Idem, Att. lib. 15. *Nec tam statui ex Italiâ exire, quàm istuc non venire.* Idem. lib. 1. de Orat. *Dixisti non tam ea, quæ recta essent probari, quàm quæ prava sunt, fastidiis adhærescere, &c.* Sallust. Iugur. *Quàm quisque pessimè fecit, tam maximè tutus est.* Livius, decad. 3. lib. 6. *Non tam ob iram, quæ in nullam unquam civitatem justior fuit; quàm quòd urbs tam nobilis & potens, sicut defectione suâ traxerat aliquos populos, ita recepta, inclinatura rursus animos videbatur ad veteris Imperij respectum.*

Tam, &, *Quam si*, copulata.

Cic. Fam. lib. 16. *Xenomenes hospes tam te diligit, quàm si vixerit tecum.* Idem, Att. lib. 8. *Sed planè quicquid mali hic Pisistratus non fecerit, tam gratum futurum est, quàm si alium facere perhibuerit.*

Tam ut: *Tam uti*: *Tam ut ne.*

Cic. Att. lib. 14. *Ego nunc tam sim stultus, ut hunc ipsum facilem hominem putem mihi esse ami-*

amicum? Idem, Verr.6. *Hoc Siculis tam persuasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse videatur.* Idem, de Orat, lib.2. sub finem: *Non essem tam inurbanus, ac penè inhumanus, uti ego gravarer, quod vos cupere sentirem, &c.* Idem, pro Sest. *Nunquem enim tam erit oppressus Senatus, ut ei ne supplicandi quidem, ac lugendi sit potestas.*

Tam ut non, Tam, quin.

Cic. Att. lib.13. *Non puto tam expeditum negotium futurum, etiamsi est futurum, ut non aliquid habeat moræ.* Idem, pro Balb. *Etenim quis est tam demens, quin sentiat jus hoc Gaditanis esse relinquendum.*

Tam, sequente, *Qui*, pro, *Ut*.

Cic.Fam.lib.9. *Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? nusquam incurrat?* Idem, pro Sest. *Quem unquam virum tam immortali virtute præditum vidimus, qui nullo præmio proposito, &c.* Plaut. Trinum. *An ille tam esset stultus, qui mihi mille nummûm crederet?*

Non

Non tam ut, Quam út (vel) *ut ne.*

Cic. Att. lib. 9. *Eundum igitur est; nec tam ut belli, quàm ut fugæ socij simus.* Idem, de Orat. lib. 2. *Non tam ut prosim causis, elaborare soleo, quàm ut ne quid obsim.* Idem, Fa. lib. 1. *Non tam ut te impedirent, quàm ut ne quis propter exercitus cupiditatem Alexandriam vellet ire.*

Non tam causâ, quàm ut (vel) *Quia.*

Cic. Brut. *Neque tam ulciscendi causâ, quàm ut in præsens sceleratos cives ab oppugnandâ patriâ deterrerem.* Idem, Top. *Non tam vitandi mei laboris causâ, quàm quia tua id interesse arbitrabar.*

Non tam proptèr, quàm propter.

Cic. Fam. lib. 9. *Non tam propter periculum meum, quàm propter vitia multa, quæ ibi offendi.*

Tam diu.

Ponitur pro, *tantisper*, tanto tempore, usque

usque eò, ἐπὶ τοσοῦτο, ὅσον χρόνον. so lang. Absolutè. Cic. Varr. 7. *Tam diu fuit in carcere Apollonius.* Idem, lib. 2. de Invent. *In generali constitutione tam diu propter ejus partium multitudinem commoramur.* Terent. Hecyr. *Vnde ira inter eas intercessit, quæ tam permansit diu.* Plaut. Asin. *Hæccinet e esse oblitum in ludo qui fuisti tam diu?* Livius, decad. 1. lib. 1. *Nec ubi tantus, ac tam diu paupertati ac parsimoniæ honos fuerit.*

Tam diu, Quàm diu.

Vide suprà in *Quàm diu, &c.* Cic. Verr. 4. *Ignominia illa gravis tam diu in illo homine fuit, quàm diu iste in provincia mansit.* Idem, pro Balbo. *Contentio tam diu sapiens est, quàm diu aut proficit aliquid, aut si non proficit, non obest civitati.* Idem, in Pis. *Tam diu humanus est, quàm diu cum aliis est, aut ipse secum.* Idem, lib. 2. de Finib. *Manebit ergò amicitia tam diu, quàm diu sequetur utilitas.*

Tam diu, Quàm.

Cic. de Cl. Orat. *Vivit tam diu, quàm in civitate benè beateque vivere licuit.*

Colu-

Columell. *Donec* sociat cum *Tamdiu*: Cicero, *Quoad*, in proœmio officiorum: *Tamdiu* (discere) *velle debebis, quoad te quantum proficias, non pœnitebit.*

Tam diu, dum.

Cic.Fam.lib.9. *Nisi fortè tibi assentantur, & tam diu, dum tu ades, sunt oblitæ sui.* Idem, Verr.6. *Vsus est hoc cupidine tam diu, dum forum habuit ornatum.* Idem, pro Flacco. *Valuit tam diu, dum huc prodiret.* Idem, pro Rosc. Am. *Ne tam diu quidem dominus erit in suos, dum ex iis de patris morte quæratur?*

ADVERB. Tandem.

Significat *Aliquando*; Ad extremum post longam moram Demum, *Τέως* Zu lezt/endlich: Habetque vim vehementer urgendi & Instandi. Cic. contra Rull. *Perfice etiam, ut jam tandem illi fateantur.* Idem, lib.3. de Finib. *Cum ipse tantum librorum habeas, quos hîc tandem requiris?* Idem, in Partit. *Quorsum tandem, aut cur ista quæris?* Idem, lib. 1. de Finib. *Quem tandem hoc statu aut præstabiliorem, aut magis expetendum*

dum possumus dicere? Id. pro Rosc.Am. *Quid tandem tibi videtur, ut ad Fabulas veniamus.* Idem, pro Mil. *Locus, ubi congressi sunt, utri tandem aptior fuit?* Ibidem. *Deinde si quid esset quid tandem erat, quod eâ nocte consequi posset?* Idem, Verr. 6. *Vtrum tandem abstulisti? an emisti?* Ibidem, *Quid tum? mediocri ne tandem dolore eos affectos esse arbitramini? &c.* Plaut. Amph. *Prælium diremit tandem nox interventu suo.* Idem, Menæch. *Quid tandem admisi in te, ut loqui non audeam?* Terent. Adelph. *In quâ civitate tandem te arbitrâre vivere?* Livius, decad. 3. lib. 6. *Inventus est tandem quidam Numida, &c.* Ibidem, *Inita tandem ratio est, ut quod viribus deerat arte aquaretur.* Idem, decad. 3. lib. 9. *Quâ tantâ clade edoctus est tandem superbissimus rex esse Deos.* Virg. 3. Æn. *Depositâ tandem formidine fatur.*

Vide supra, *Aliquando.*

ADVERB. *Tanquam.*

Similitudinem indicat, pro, *Quasi, Ac si, Vt,* Quemadmodum, velut, &c. ὡς, ὡσανεὶ, gleich / gleichsam: Usurpatur aliâs

Absolutè. Cic. 1. Tus. *Gloria virtutem tanquam umbra corpus sequitur.* Idem, lib. 2. de Orat. *Tanquam ad aliquem libidinis scopulum appellere.* Livius, decad. 3. lib. 5. *Clamorem pugnantium, crepitumque armorum exaudimus resides ipsi ac segnes tanquam nec manus, nec arma habeamus, &c.*

Tanquam, cum *Sic*, vel, *Ita*, vel, *Itidem*, vel *si*, sociatum.

Vide suprà, *Sic tanquam*, Cic. lib. 2. de Finib. *Quid necesse est tanquam meretricem in matronarum cœtum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere?* Idem, Fam. lib. 12. *Tanquam clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos.* Idem, ad Q. Fr. *Neve te obrui tanquam fluctu? sic magnitudine negotij sinas.* Ibidem, li. 3. *Omnia tanquam si tu esses, ita fuerunt.* Idem, pro Cecin. *Qui tanquam si arma militis inspicienda sint, ita probet armatum.* Idem, pro Rosc. Am. *Qui tanquam si offusa Reipub. sempiterna nox esset, ita ruebat in tenebris, omniaque miscebat.* Terent. Eun.

Tan-

Tanquam Philosophorum habent disciplinæ ex ipsis vocabula, parasiti itidem ut Gnathonici vocentur. Cic. Philipp. 2. *Vt istum tanquam si consul esset, salutarent, &c.* Idem, Fam. lib. 2. *De Dolabellâ quod scripsi, suadeo videas tanquam si res tua agatur.*

ADVERB. *Tantisper.*

Significat, *Interim*, Tamdiu, Tanto tempore, ὥς, τέϕρα, hier zwischen / so lang. Ac ponitur absolutè. Cic. 2. de Invent. *Sed video quid efficiat, tantisper hoc magni æstimabo.* Idem, Att. lib. 12. *Totos dies scribo, non quo proficiam quid, sed tantisper impedior.* Plaut. Bacch. *Tantisper nunquam te morabitur, quin habeas illud (aurum) quo die illuc veneris.*

Tantisper, dum.

Cic. Fam. lib. 9. *Censeo latendum esse tantisper ibidem, dum defervescat hæc gratulatio, & simul dum audiamus, quemadmodum negotium confectum sit.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Hoc laboris præmium petam, ut me à*

conspectu malorum, quæ nostra ætas vidit, tantisper certè, dum prisca illa repeto, avertam. Terent. Heaut. *Ego te meum esse dici tantisper volo, dum, quod te dignum est, facis.* Idem, Adelph. *Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet.* Idem, Heaut. quod Cic. allegat. lib. 5. de Finib. *Qui decrevit tantisper se minus injuriæ suo gnato facere, dum fiat miser.* Idem, Mostell. *Ego hîc tantisper dum exis, te operiar foris.* Idem, Menæch. *Meretrix tantisper blanditur, dum illud, quod rapiat, videt.*

ADVERB. *Tantum*, & *Tantummodo*.

Significant, *Solùm, duntaxat*, μόνον, μόνως, nur allein. Cic. Fam. lib. 6. *Nunc verò tantùm te para ad hæc nobiscum ferenda.* Idem, pro Cœl. *Hîc ego jam rem definiam, mulierem nullam nominabo, tantùm in medio relinquam.* Idem, pro Syll. *Quæ omnia suppressâ voce dixit tantummodò, ut vos, qui ea probatis, possetis exaudire.* Idem, pro Lig. *Tantummodò in præsidiis eratis, animi verò à causâ abhorrebant.*

rebant. Idem, pro Mil. *Tantummodò extra ordinem quæreretur, &c.* Livius, decad. 3. lib. 9. *Prædatum tantummodò plæraque classes ierant.*

Tantulùm Diminut. Cic. pro Cecin. *Vt à verbis recedamus, ab æquitate ne tantulùm quidem, &c.* & Verr. 4. *Ne tantulùm quidem commotus est.* Idem, Verr. 7. *Si quis tantulùm de rectâ ratione deflexerit.* Ibidem, *Si tantulùm oculos dejecerimus, &c.*

Tantum non.

Rem non planè peractam notans, pro fermè ponitur, vel, pro hoc solum defuit. Demost. 1. Olynt. μονονουχί. Nur bey nahe / (oder allein fehlet / (oder) mangelt daß. Non quidem apud. Cic. occurrit, ut opinor, sed apud alios. Livius, decad. 1. lib. 6. *Cùm hostes tantùm non accersiêrint, exercitus conscribi adversus hostes non patiantur.* Nach dem sie die Feind bey nahe / (schier) herbey gelockt haben. Idem, decad. 4. lib. 7. *Quod ubi vidit Eudamus, non posse exæquare ordinem Romanos, & tantum non circumiri à dextro cornu, &c.*

Tantum quòd non.

Cic. Verr. 3. *Tantum quod hominem non nominat.* Et Verr. 5. *Tantùm quòd oratoribus obsides non dedit.*

Tantum verbis junctum: *Dico, Dicam, Video.*

Cic. pro Flacc. *Dixit tantùm, nihil ostendit.* Idem, pro Mur. *Nihil dicam arrogantius, tantùm dicam totos dies, &c.* Idem, Fa. lib. 6. *Cujusmodi sint nescio: tantùm video, nullius adhuc consilia.*

Tantum abest.

Elegans est locutio, significans idem, quod *Nedam* (vel) Non solùm: Cui interdum unum tantummodò Ut subjungitur, assumtis plerumque, *Etiam*, (aut) *Vix.* Τοσοῦτον ἐλλείπει, vel ἀφιστάναι, ἀπολείπεσθαι ὥστε. Cic. de Cl. Orat. *Tantum abfuit, ut inflammares animos nostros, somnum isto loco vix tenebamus.* Idem, lib. 5. de Finib. *Qui totos se ad studia doctrinarum conferunt, &c, Quâ in vitâ tantùm abest, ut volupta-*

luptates sectentur, etiam curas, sollicitudines, vigilias perferunt, Idem, Att. lib. 6. *Amoris vincula sunt arctissima, &c. tantùm abest, ut ego ex eo, quo astricti sumus laxari aliquid velim.* Livius, decad. 3. lib. 6. *Et ne hîc quidem contumeliis in nos dicendis parcitis, tantùm abest, ut & ipsi tale quicquam facturi fueritis.*

Interdum *Vt*, bis ponitur, ac plerunque assumuntur aliæ particulæ, quales sunt, **Maximè, minimè, valdè, Etiam, Aliter, Contrà, &c.** Quò vel major vis sententiæ concilietur, vel aliquid antecedenti contrarium inferatur. Cic. Fam. lib. 11. *Tantùm abest, ut meæ rei familiaris liberum sit quicquam, ut meos jam omnes amicos ære alieno obstrinxerim,* Sameyt fehlet es/daß/ꝛc. (oder) Ich hab alle meine Freund in Schuld gesteckt/ geschweig/ daß ich etwas vnversetzt hette. Idem, pro Leg. Man. *Tantùm abest, ut aliquam bonam gratiam mihi quæsisse videar, ut multas intelligam me simultates suscepisse, &c.* Idem, Tusc. 2. *Tantùm abest, ut scribi contra nos nolimus, ut id etiam maximè optemus.* Idem, de Am. *Tantùm abest, ut amicitia*

propter indigentiam colatur, ut ij, qui opibus & copiis, maximèque virtute præditi minimè alterius indigeant, &c. liberalißimi sint & beneficentißimi. Idem, de Orat. *Tantùm abest*, *ne* (pro ut non) *quod ij, qui hoc non sunt assequuti, solent dicere, enervetur oratio.* Idem, Att. lib. 7. *Tantùm abest ut ille meam sententiam moveat, ut valdè ego ipsi, quòd de suâ sententiâ discesserit, pœnitendum putem.* Livius, decad. 1. lib. 6. *Cui ego rei, tantùm abest, ut impedimento sim, ut contrà te M. Manili, adhorter.* Idem, decad. 3. lib. 5. *Tamen tantùm abfuit ab eo, ut ulla ignominia iis exercitibus inuretur, ut & urbs Roma per eum exercitum, qui ab Allia Vejos transfugerat, recuperaretur.* Idem, decad. 4. lib. 9. *Mei regni tantùm aberat, ut ulla pars in discrimine fuerit, ut tria millia talentûm, &c. sim aspernatus.*

ADVERB. *Tantopere.*

Significat, vehementer, Tantùm; Compositum cum *Tanto* & *opere*: τοσοῦτο. Ἰηλικοῦτο. So fast/so sehr. Usurpatur absolutè. Cic. lib. 1. de Finib. *Nec cum istis tantopere pugnare, qui Græca legere malint.* Idem, Fam.

Fam. lib.5. *Tantopere & tam multis verbis à te petamus.* Idem, de Nat. Deor. lib. 1. *Res enim nulla est, de quâ tantopere non solùm docti: sed etiam indocti dissentiant.*

Interdum, patitur τμῆσιν; Plaut. Casin. *Id est, quod me tanto vir opere orabat meus.*

Interdum Inversionem, Plaut. Cistel. *Quæ me opere tanto Cistellam servare jussit.*

Tantopere, *Quantopere.*

Cic. lib. 1. de Orat. *Neque enim tantopere hanc à Crasso disputationem desiderabam, quantopere ejus in caussis oratione delector.*

Vide supra Tantopere.

Tantopere, ut *Tantopere quàm.*

Cic. lib. 1. Off. *In quo tantopere apud nostros culta justitia est, ut ii, qui, &c.* Idem, lib. 1. de Finib. *Quid est in vitâ tantopore quærendum, quàm, &c. quò sint omnia referenda?*

ADVERB. *Temerè.*

Temerè ponitur, pro, *Nullâ ratione*, sine judicio, sine consilio, casu, fortuito,

&c. εἰκῆ, παραλόγως, ἀπεριστέπτως, unbedächtlich / freventlich. Cic. de Divin. lib. 2. *Quorum partim ficta apertè, partim effutita temerè, nunquàm ne mediocri quidem cuiquam, non modò prudenti probata sunt.* Idem, de Nat. Deor. lib. 2. *Hæc omnis descriptio syderum, atque hic tantus cœli ornatus ex corporibus, huc & illuc casu & temerè concursantibus potuisse effici, cuiquam sano videri potest?* Ibidem; *Idque evenit non temerè, nec casu.* Idem, Tusc. lib. 1. *Non temerè nec fortuitò sati & creati sumus.* Idem, pro Rosc. Am. *Temere dicto concedi non potest, &c.*

Non temerè est.

Pro, *non abs re est; non de nihilo est.* Terent. Heaut. *Nescio quid tristis est: non temerè est, metuo, quid sit.* Idem, Phorm. *Non pol temerè est, quod tu jam times.*

ADVERBIUM, *Toties.*

Sumitur, pro, tot vicibus, τοσαυτάκις, so offt / so offtmahl: Et tum absolutè, tum assumto *Quoties*, de quo suprà, Cic. Att. lib. 7.

lib.7. *Velim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties.* Virg.4.Æn.

Quos ego sum toties jam dedignata maritos. Cic.Fam.lib.7. *Illud soleo mirari non me toties accipere tuas litteras, quoties à Q. Fratre mihi afferuntur.* Idem,lib.1.de Orat. *Hoc si vos facere velimus antè condemnentur ij, quorum causas receperimus, quàm toties, quoties præscribitur,&c.*

Interdum assumit *Quot*: Livius, decad.1.lib.2. *Et subeunda dimicatio toties, quot conjurati superessent.*

ADVERB. *Tum*, vel interdum, *Tunc*

Nonnunquàm inter conjunctiones refertur; Et vel absolutè ponitur: vel ad alias voces refertur. Cic.pro S.Rosc.Am. *Quid, tu Rosci, ubi tunc eras?* Wo warstu damals? Idem,Fam.lib.16. *Me tum tibi defuisse æquè ac tu, doleo,* Idem,lib.2.de Invent. *Tunc Crotoniatæ publico de consilio virgines unum, in locum deduxerunt.* Ibidem, *Neque tum eos illa opinio fefellit, &c.*

Tum, absolutè positum, pro *deinde*.

Cic.Fam.lib.5. *Casus enim gladiatorij similitudinesque tum rationes in eâ disputatione à te collectæ, vetabant me Reip. diffidere.* Idem, Verr.6. *Tum se deprehensum negare non potuisse.*

Tum demum: Tum denique, Tum verò, absolutè posita.

Livius, decad.4.lib.7. *Eo functi officio, tum demum Rhodum rediêre.* Idem, decad. 1.lib.2. *Tum demum impulsi Latini, perculsâque inclinavit acies.* Plaut. Amph. *Tum demum omnes scient, quæ facta.* Cic.pro Cœl. *Tum quæram denique ex quo fonte iste Senator emanet,&c.* Idem, lib.2. de Orat. *Hisce omnibus consideratis, tum denique id, quod primum est dicendum, postremò soleo cogitare.* Idem, pro Cluent. *Tum verò illa egregia ac præclara mater exultare lætitiâ ac triumphare gaudio cœpit.* Livius, decad.1.lib.2. *Tum verò eludi, atque extrahi se multitudo putabat.* Idem,

Idem, decad. 3. lib. 1. *Tum verò simul ab hostibus, &c. oppugnabantur.* Virg. 4. Æn.
Tum verò ingentem gemitum dat pectore ab imo.

Tum quia, tum quod.

Cic. lib. 3. de Finib. *Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus, tum quia sit in his aliquid dignum assumtione, tum quòd constent ex cognitionibus & contineant, &c.*

Tum vel *Tunc*, cum *Nunc* junctum.

Cic. Fa. lib. 16. *Quod igitur tum ex me doluisti, nunc ut duplicetur tuum ex me gaudium, præstabo.* Idem, Verr. 6. *Tum Imperator P. R. Deos patrios reportabat Segestanis, nunc prætor ejusdem populi eosdem deos auferebat.* Idem, Att. lib. 7. *Nisi fortè hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus.* Idem, Philipp. 7. *Sed erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen justa: nunc nulla est.* Idem, pro Planc. *Tu Laterensis, qui tum lacrymas meas gratas esse dicebas, nunc easdem vis invidiosas videri.* Idem, pro Lig.

Tunc diceres, Ligarius arma tulit contra te, nunc quid dicis? Livius, decad.3. lib.1. *Tum nemini visum id longum, cum ab occasu solis ad ortum intenderent iter: nunc postquam multò majorem partem itineris emensam cernant, &c. in ipsis portis hostium fatigatos subsistere.* Idem, decad.4. lib.1. *Quod nunc fecimus, cum hostem Annibalē in Italiâ haberemus, id nunc pulso Italiâ hoste Annibale, cunctamur facere?*

Tum cùm: Tum, cùm jam: Tum, ubi.

Cic. pro Rosc. Am. *Quòd acres sint etiam tum, cum suspicio nulla sit.* Ibidem, *Deinde, si voletis etiam tum, cum verò simile erit, aliquem commisisse, in suspicione latratote.* Idem, pro L. Man. *Cùm venit calamitas, tum detrimentum accipitur.* Ibidem, *Nam tum, cùm in Asiâ res magnas permulti amiserunt, &c.* Idem, Partit. *Cui tum, cùm jam in armis essemus, Consulatus tamen & triumphus amplissimus deferebatur.* Idem, Verr.6. *Tum illi, ubi me conturbatum vident, &c.* Livius, decad.3, lib 8. *Mota eorum mentes sunt non*

tum,

tum, cùm primùm de vitâ Imperatoris dubii rumores allati sunt. Idem, decad. 1. li. 4. *Sed querelæ ne tum quidem gratæ futuræ, cùm forsitan & necessaria erunt.*

Tum maximè, cùm; Et, *Tum denique, cùm.*

Augendi causâ, *Maximè* & *Denique* assumuntur. Cic. de Am. *Fructus ingenij & virtutis tum maximè capitur, cùm in proximum quenque confertur.* Idem, pro Planc. *Hæc mihi sunt tractanda & modicè, ne quid ipse offendam, & tum deniq; cùm respondero criminibus, &c.* Plaut. Capt. *Tum denique homines nostra intelligimus bona, cùm, quæ in potestate habuimus, ea amisimus.*

Tum: Tum denique: Tum demum, subsequente *Si.* δὴ ἰότε.

Cic. Att. lib. 13. *Gaudere me tum dicam, si mihi hoc verbo uti licebit.* Idem, ad Q. Fr. li. 3. *De testamento tum magis, quærere, si scias.* Idem, pro Lig. *Qui mihi tum denique salutem*

tum se putavit reddere, si eam nullis spoliatam ornamentis reddidisset. Plaut. Menæch. *Tum demum sciam rectè me monuisse, si tu rectè caveris.*

Tum, Tum duplicatum.

Ponitur pro Modò, vel, *Et, Et.* Cic. lib. 1. de Invent. *Ex his omnibus illud perspicuum est, approbationem tum adjungi: tum non adjungi.* Idem, Verr. 4. *Sthenio nemo inimicior, quàm hic Claudius, tum semper, tum in his ipsis rebus, & temporibus fuit.* Idem, Fa. lib. 13. *In qua mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelitate benevolentiaque satisfecit.* Idem, lib. 3. de Finib. *Sentis me jam diu, quod τέλος Græcus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum summum.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Tum valida, tum temperata, & belli, & pacis artibus erat civitas.* Ibidem, *Tum ætas viresque tum avita quoque gloria animum stimulabat.* Idem, decad. 3. lib. 2. *Is gentium harum habitus tum magnitudine corporum, tum specie terribilis erat.*

Huc refer, *tum, tum etiam, atque.* Cic. Fam. lib. 9. *Hoc tibi contigit magnitudine*

tum

tum animi, tum etiam ingenij atque consilij. Idem. Verr.6. *Tot consules in Sicilia tum in pace tum in bello fuerunt.* Idem, Fam.lib.7. *Solicitum te habebat cogitatio tum officij, tum etiam periculi mei.* Ibidem, *Nos à te amari tum volumus, tum etiam confidimus.*

ADVERB. *Vbi.*

Ὅπου, πῦ, &c. Wo / an welchem Ort. Sequitur tum propria tum appellativa nomina, pro Loco positum ferè semper: Sed tamen interdum etiam personæ tribuitur. Cic. pro P. Quint. *Neque nobis adhuc præter te quisquam fuit, ubi nostrum jus contra illos obtineremus.* Idem, pro Mil. *Locus ille ipse, ubi congressi sunt, utri tandem fuerit aptior, &c.* Idem. Verr.6. *Vt ubi quicquid esset; aliquâ ratione invenirent.*

Vbi, sociatum cum aliis vocibus.

Continuò: Terent. Eun. *Vbi nominabis Phædriam, tu Pamphilum continuò.* Plaut. Bacch. *Nam ubi me aspiciet, ad carnificem continuò rapiet senex, &c.*

Extem-

Extemplò. Plaut. Rud. *Vbi servus cum hero huc advenerit, itote extemplò domum, &c.* Livius, decad.3.lib.2. *Vbi T. Octacilium versum ad tuendam Syracusanam oram Pœni sensissent, Lilybæum exemplò aggrederentur.*

Iam. Terent. Adelph. *Nunc ubi me illic non videbit, jam huc recurret, sat scio, &c.*

Ibi: ὅπȣ, ἐκεῖ, vel, ἐνταῦθα. Terent. Eun. *Vbi miser videt me tam facilè victum quærere, ibi homo cœpit me obsecrare.* Plaut. Cistell. *Vbi sum, ibi non sum, ubi non sum, ibi est animus.* Idem, Merc. *Vbi voluptatem ægritudo vincat, quæ ibi inest amœni?* Cic. Fam. lib. 9. *Vbi nunc est Respub. ibi simus potius.* Idem, pro Mil. *Exilium ibi esse putat, ubi virtuti non sit locus.* Livius, decad.3. lib. 8. *Non potes dißimulare ubi Annibal sit, ibi caput & arcem belli esse.*

Illico: Terent. Heaut. Dixi equidem, ubi ostendisti, illico eum esse. Plaut. Amph. *Hæc ubi legati pertulêre, Amphitruo illico castris producit exercitum.*

Quamprimùm. Cato. *Olea ubi matura erit, quamprimùm cogi oportet.*

Repen-

Repente, Cic. Verr. 6. *Vbi videt eum nihilo magis minis, quàm precibus permoveri, repentè hominem jubet discedere.*

Statim. Cic. Verr. 3. *Hæc ubi filio nunciata sunt, statim examinatus ad ædes contendit.*

Subitò. Cæsar, lib. 1. de bell. civil, *Vbi Cæsaris castra posita animadvertêre, sese subitò proripiunt.*

Tum. Plaut. Bacch. *Hoc ubi egero, tum istuc agam.* Terent. Phorm. *Vbi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.* Livius, decad. 1. lib. 9. *Castra ubi flagrantia miles conspexit, & hostes respexêre, tum passim fuga cœpta.* Et, decad. 3. lib. 2. *Vbi conticuerit tumultus, rectè tum in curiam patres revocandos esse.* Idem, decad. 3. lib. 4. *Vbi sæva orta tempestas est, ac turbato mari rapitur vento navis, tum viro & gubernatore opus est.*

Vbi. Plaut. Merc. *Vbi ubi erit inventa mater redimet.* Idem, Curcul. *Vbi ubi est, prope me est.* Terent. And. *Iam ubi ubi erit, inventum tibi curabo.* Cic. 1. Tusc. *Nunc ubi ubi sit animus, certè quidem in te est, &c.*

Vbi

Vbi primùm, sociatum cum.

Continuò. Plaut. Amph. *Vbi primùm terram tetigimus, continuò Amphitruo delegit viros principes, &c.*

Illicò. Plaut. Menæch. *Vbi primùm est licitum illico properavi abire de foro*: Idem, Cistell. *Vbi mihi potestas primùm evenit, illico feci, &c.*

Tum. Cato, cap. 17. *Vbi primùm incipiunt discere, tum legi oportet.*

Eò. Livius, decad. 3. lib. 8. *Testatores Deos, hominesque, se nullo loco, nec tempori defuisse, quin ubi hostium arma concrepuissent, eò quantâ maximâ posset celeritate contenderet.*

Vbinam (vel) *Vbinam gentium, ubi gentium, ubi loci, ubi terrarum.*

Augendi vim habent. Cic. de Nat. Deor. *In quâ non video, ubi nam mens constans, & vita beata possit insistere.* Idem, 1. Catil. *O Dij immortales ubinam gentium sumus!* Plaut. Merc. *Vbinam est is homo gentium*

tium! Cic.Att.lib.5. *Etsi mihi nihil erat propositum ad scribendum, quia, quid ageres, ubi terrarum esses, ne suspicabar quidem, &c.* Plaut. Capt. *Propemodum ubi loci tuæ fortunæ sint, facilè intelligis: pro, in quo statu.* Terent. Phorm. *Phædria tibi adest. A. ubinam?* Plaut.Amph. *Vbi terrarum sim, scio.*

Vbi, pro, *Postquam, quam primùm, Simul ut.*

Virg. 2. Æn. *Hæc ubi dicta dedit.* Terent. And. *Vbi te non invenio, ibi ascendo in quendam excelsum locum.* Idem, Hecyr. *Hæ amicæ erunt, ubi quamobrem adveneris resciscent.* Cic.pro Rab.Posth. *Vbi quis semel pejeraverit ei credi postea, etiamsi per plures Deos juret, non oportet.* Livius, decad.3. lib.2. *Postridie, ubi primùm illuxit, &c.*

Vbique.

Πανταχοῦ, Allenthalben/an allen Orten. Hunc vocem nonnulli negant esse à Cicerone usurpatam, sed falluntur. Nam ut multos alios prætercam locos, occurrit ea statim ab initio, lib.2. de Finib. *Aut Epicurus,*

curus quid sit voluptas, aut omnes mortales, qui ubique sunt nesciunt, &c. Ibidem, *Huic verbo omnes, qui ubique sunt, qui latinè sciunt, &c.* Idem, Att.lib.16. Epl.4. *Summa postulatorum; ut omnes exercitus dimittantur, qui ubique sunt.* Plaut. Bacch. *Quicunque ubique sunt, qui fuere, quique futuri sunt posthac, &c.*

Sed, quod notandum cum nullo alio verbo conjungitur, quàm cum *Sum.* Ideò Cic. Tusc. 1. inquit. *Omnibus locis à Platone disseritur.* Non autem, *Vbique disseritur, &c.*

Præterea sæpe cum *Omnis*, aut *Quidquid* usurpatur, quod ex allatis exemplis patet: Et ex hoc, Virg.lib.1.Æn.

Grates persolvere dignas
Non opis est nostra Dido, nec quicquid ubi est,
Gentis Dardaniæ. &c.

Vbivis, Vbivis-gentium: Vbicunque, Vbicunque-gentium, Vbicunque-terrarum, Vbicunque-locorum.

Signi-

Significant, In omni loco, seu, Quolibet in loco: Neque additi genitivi, Gentium *Terrarum, Locorum, aliquid* significationi addunt: sed tantummodò ornatus gratiâ apponuntur. Cic. Fam. lib. 6. *Nemo est, qùin ubivis, quàm ubi est, esse malit.* Terent. And. *Vbivis faciliùs passus sim, quàm in hac re me deludier.* Idem, Hecyr. *Quanto fuerat præstabilius ubivis gentium agere ætatem, quàm huc redire?* Cic. Fam. lib. 2. *Vbicunque es, in eâdem es navi.* Idem, Att. lib. 3. *Vt te ante Calendas Ianuarias, ubicunq; erimus, sistas.* Idem, lib. 1. de Nat. Deor. *Virtutem qui adeptus erit, ubicunque erit gentium, à nobis diligetur.* Idem, 2. Philipp. *Qui ubicunque terrarum sunt, ibi est omne Reipub. præsidium.* Idem, Verr. 2. *Sed ubicunque terrarum, & gentium violatum jus civium Rom sit, &c.* Horat. 1. Epist. 3. *Vbicunque locorum vivitis, &c.*

ADVERB. *Velut*, seu, *Veluti*.

Velut, seu, *Veluti*, penult. brevi, Imaginem quandam, & similitudinem alicujus rei innuit, pro, *Quemadmodum, sicut, ὡς,*

ὥσπερ

ὥσπερ,κατά: Gleich/gleich wie. Item, Exempli,vel verbi causâ: Cic.Tusc.lib.5. *Quia,tanquam levia quadam vina nihil valent in aqua,sic Stoicorum ista magis gustata, quàm potata delectant,velut iste chorus virtutum,&c.* Idem, lib.2. de Nat. Deor. *Bestiæ, quæ gignuntur in terrâ,veluti Crocodili, fluviatilesque testudines,&c.* Idem,de Finib.lib.2. *Non eloquia monumentorum id significant, velu' hoc ad portam,uno ore populi primarium fuisse virum,&c.* Virg. 1. Æn.

Venti velut agmine facto,
Quà data porta ruunt,&c.

Ibidem,

Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta
Seditio est,&c.

Horat.lib.1. Carm. *Crescit occulto velut arbor ævo Fama Marcelli,&c.*

Velut, cum *Sic* junctum.

Cic. 1. Tusc. *Velut in cantu & fidibus, quæ harmonia dicitur, sic ex corporis totius naturâ, & figurâ varios motus cieri tanquam in cantu sonos.*

Columell. & Livius *Velut*, cum *Ita* sociant:

ciant:

ciant: Poëtæ, cum, *Non aliter, Haud aliter, Non secus.*

ADVERB. *Vix.*

Significat, cum *vi*, difficultate, labore, ægrè μόγις, μόλις. σχολῆ, &c. kaum/kummerlich/schwerlich/mit aller Noth. Cic. pro Quint. *Qui, ut summa haberem cætera, temporis quidem certè vix satis habui.* Idem, Att. lib. 6. *Saufejum, sine meis litteris ad te venire, vix rectum erat.*

Vix, assumens *Cum*.

Tempus indicat. Cic. Verr. 6. *Sopater de statuâ C. Marcelli, cum jam penè obriguisset, vix vivus aufertur.* Ibidem. *Vix erat hoc planè etiam imperatum, cum illum spoliatum, stipatumque lictoribus videres.* Cæsar, lib. 6. bell. Gall. *Vix agmen extra munitiones processerat, cum Galli flumen transire non dubitabant.* Virg. Eclog. 8.

Frigida vix cœlo noctis decesserat umbra,
Cum ros in tenera herbâ, &c.

Livius, decad. 3. lib. 6. *Vix prior tumultus conticuerat, cum Scipio ab defessis jam vulneratisque*

tisque recentes integrosque alios accipere scalas jubet.

Vix, & *Dum* juncta.

Cic. 1. Catil. *Hæc ego omnia vix dum jam cœtu vestro dimisso comperi*, id est, *vix dum erat dimissus, &c.* Terent. Phorm. *Vix dum dimidium dixeram, intellexerat, pro vix adhuc.* Livius, decad. 1. lib. 9. *Postero die, vix dum luce certâ deditio fieri cœpta.* Idem, decad. 3. lib. 4. *Quid suâ sponte puer, ac vix dum pubescens faciat.*

Vix dum, cum.

Cic. Att. lib. 9. *Vix dum epistolam tuam legeram, cum Curtius venit, &c.* Livius, decad. 3. lib. 2. *Vix dum omnes conscenderant naves, cum a'ij resolvunt oras, aut ancoram vellunt, &c.* Idem, decad. 3. lib. 7. *Vix dum satis patebat iter, cum perfugæ certatim ruunt per portam.*

Vix nedum.

Hoc est, *Non, tantum abest*, comparationē cootinet: Zugeschweigen. Liv. li. 4. belli Maced. *Vix clamorem eorum, nedum impetum sues-*

Sueſſanis ulère. Idem, decad, 3 lib. 4. *Regum ad nepotem ejus translatum eſt, puerum vix dum libertatem, nedum dominationem modicè laturum.* Idem, decad. 4. lib. 5. *Vix ad Gratiam nudam occupandum ſatis copiarum erat, nedum ad ſuſtinendum bellum Romanum.*

Vix, nevix quidem, (ſeu) Nullo modo, (ſeu) Omnino non.

Cic. Fam. lib. 9. *Nunc autem quid eſt, ſine ſtudiis cur vivere velimus? Mihi verò cum his ipſis vix, his autem detractis, ne vix quidem.* Idem. lib. 2. de Finib. *Nobis paſtus, aut vix aut ne vix quidem ſuppetunt multo labore quærentibus.* Idem, lib. 4. de Finib. *Quapropter exiguitatem vix, aut ne vix quidem apparent, &c.* Idem, de Nat. Deor. lib. 2. *Vt profluens amnis aut vix aut nullo modo; concluſa autem aqua facilè corrumpitur, &c.* Idem, Att. lib. 3. *Vt vix aut omnino non poſſet, nec per Senatum, nec per populum infirmari ſua lex.*

Vix, tamen.

Difficultatem indicat rei confectæ. Cic.

 in

in Pis. *Gabinius ipse vix, sed tamen se collegit.* Plaut. Cistell. *Vix ita tamen vivimus cum invidiâ summâ.*

Vix tandem.

Significat expectationem longam. Cic. Fam. lib. 5. *Vix tandem legi litteras dignas Appio.* Ich hab kaum mit aller Noth einmahl deß Appij Schreiben zu lesen bekommen. Terent. Phorm. *O Geta, monitor? G. Vix tandem, &c.* Plaut. Mostell. *Ehem, vix tandem percepi super his rebus nostris te loqui.*

ADVERB. *Ultrò.*

Deducitur ab *Ultrà*, de quo suprà, ac significat, Insuper, ἔτι uber daß. Virg 2. Æneid. *(ultrò.*

His lacrymis vitam damus, & miserescimus

Cic. 3. Catil. *Est animus in nobis, ut non modò nullius audacia cedamus, sed etiam omnes improbos ultrò semper lacessamus.*

Aliàs pro *Sponte* ponitur, sen, *Non requisitus*, accersitus, vocatus. Cic. pro Flac. *Asia illum non modò recipiebat, suis urbibus, verum etiam ultro vocabat.* Idem, Fam. lib. 7.

lib. 7. *Subinvideo tibi ultro te etiam ab eo accersitum.* Terent. And. *Hac famâ impulsus Chremes ad me venit.* Idem, Phorm. *O audaciam, etiam ultrò me accusatum advenit.* Plaut. Asin. *Vltrò amas, ultro expetissis, ultro accersi ad te jubec.*

Vltrò-Citròque.

Significat Huc & Illuc, ultra- Citraque, Hinc atque illinc, δεῦρο, κἀκεῖσε: hin vnd her. De his Valla inquit: Cùm ego te alloquor, tunc verba ultrò, quasi ultra sunt, quum te alloquentem audio, tum verba citro, quasi citra veniunt. Cic. Verr. 7. *Vltrò citróque navigare.* Idem, pro Rosc. Am. *Postea homines cursare ultro citróque non destiterunt.* Cæsar, lib. 1. de bell. Gall. *Cum sæpe legati ultro citrôque inter eos mitterenturr.*

Deinde significat, *Mutuò*, inter se vicissim. Metaphorâ sumtâ ab iter facientibus. Cic. de Am. *Implicati ultrò & citrò, vel usu diuturno, vel etiam officiis, repente in medio cursu amicitias, exortâ aliquâ offensione, dirumpimus.* Idem, Off. lib. 1. *Magna etiam*

illa communitas est societatum, quæ conficitur ex beneficiis ultro citròque datis, acceptisque. Id.de Somn. Scip. *Multis verbis ultro citróque habitis, ille nobis consumtus est dies*: Nach dem wir zu beeden Theilen viel Wort mit einander gewechselt/ ist derselbe Tag verflossen. Livius, decad. 1. lib. 9. *Oratio ultro citróque habita, &c.* Idem, decad. 3. lib. 5. *Negat sibi placere legatos commeare ultrò citroque.* Idem, decad. 3. lib. 9. *Societas inter P. Carthaginensem Regemque, datâ ultro citroque fide, eosdem amicos inimicosque habituros, jure jurando affirmatur.* Idem. decad. 4. lib. 9. *De injuriis, quas ultro citroque illatas, &c.*

ADVERB. *Vnde.*

Significat, *A quo loco*, aut, Ἐχὸ, πόθεν, ὅθεν, ὅθενπερ, von wannen/ woher: Et tum Interrogativè, tum Infinitè accipitur: Neque solùm ad locum aliquem, sed etiam ad Personas, aliasque res accommodatur, utriuscunque sint numeri. Cic. Verr. 6. *Quæsivit, unde esset epistola, respondit Agragento.* Ibidem, *Vnde igitur potius incipiam, quàm ab eâ civitate, quæ tibi u-*

na in amore atque deliciis fuit? Cic.lib.3.ad Heren. *Rem breviter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare, unde necesse erit.* Idem, lib. 1. de Diviu. *Sed unde huc digressa est, eodem redeat oratio.* Idem, pro S. Rosc. Am. *Qui eum necasset, unde ipse natus esset, &c.* Idem, in Pison. *Haec non ad contemnendam Placentiam pertinet, unde is se ortum gloriari solet.* Idem, Fam. lib. 14. *Terentia, mea lux, meumque desiderium, unde spem petere omnes solebant.* Livius, decad. 3. lib. 7. *Et minus juventutis erat, unde scriberetur miles.* Idem, decad. 3. lib. 8. *Vicit sententia lenior, ut, unde orta culpa esset, ibi poena consisteret.* Plaut. Mostell. *Conveni illum, unde hasce aedes emeram.* Idem, Epid. *Argentum volo te mihi dare, quod Danista detur, unde ego illud sumsi foenore,* Terent. Eun. *Quid tu es tristis? Vnde is?* Wo wiltu hin? Idem, Adelph. *Si esset, unde id fieret, faceremus.*

Plautus, *Vnde gentium*, augendi causâ dicit, in Asin. & Cistellariâ. Et Epid. *D. Fac argentum ut paratum jam sit L. Vnde gentium? Vnde haec igitur gentium est?*

Vndique.

Ex omni loco, vel etiam, ex omni genere, ex omni parte: πάντοθεν, πανταχόθεν Allenthalben. Cic. Verr. 7. *Nihil tam clausum ad exitus, nihil tam septum undique, &c.* Id. pro Sest. *Non sum tam insolens in dicendo, ut ex omni genere orationem per omnes undique flosculos carpem, atque delibem.* Id. de Finib. lib. 5. *Vulnere ex hominis natura undique perfecta & nihil requirente, &c.* Idem, pro Balbo. *Cives fortissimos undique adsciverunt.* Livius decad. 3. lib. 7. *Tum undique omnes exorti, & clamore sublato impetum facere.* Idem, decad. 3. lib. 8. *Iam subjectu teli erant, & undique instabant hostes.*

ADVERB. *Vspiam.*

Significat, Alicubi, Aliquo in loco, ἐπιαχῆ, Irgends/ etwan an einem Ort: Vel etiam, Aliquâ in re, seu, Aliquo negotio: Cui *Nusquam* opponitur. Cic. lib. 1. de Legib. *Sive est illa ex scripta uspiam, sive nusquam.* Irgend an einem / oder keinem Ort. Idem, in Epist. ad Brut. *Equi-*

con-

consistat uspiam Dolabella, ad fidem & dignitatem tuam pertinere, eam persequi. Idem, Att. lib. 7. *Inde utrum consistere uspiam velit, an mare transire, nescitur.* Plaut. Casin. *Num me exertus es uspiam?*

ADVERB. *Usquam.*

Ponitur pro *Ullo in loco*, ἐνιαχῆ Irgend an einem Ort. Cic. 2. Off. *Nec est usquam consilio, aut auctoritati locus*, Idem, ad Brutum. *Neque usquam exul esse possum dum servire & pati contumelias pejus odero malis omnibus aliis.* Idem, Att. lib. 7. *Hic Capua dum fui, cognovi, &c. nihil in Coss. nullum usquam delectum, &c. cum noster dux nunquam sit.* Idem, Verr. 6. *Crucem illam non ausus esset usquam defigere, nisi apud eos, &c.* Plaut. Amph. *Neque ego unquam tanta mira me vidisse censeo.* Idem, Asin. *Neque usquam fictum, pictum, scriptum ubi lena bene agat cum quoquam amante.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Nihil usquam sibi tutum, nisi apud hostes.* Idem, decad. 3. lib. 8. *Non consistendi usquam locus.* Idem, decad. 3. lib. 9. *Nihil usquam spei, nihil auxilii est.*

2. *Vsquam* præterea idem est. quod in re seu negotio aliquo. Terent. And. *Neque isthic, neque aliqui usquam erit in me mora.* Du solt weder hie / noch jrgends anders in einer Sach meinethalben gesen met werden.

3. Comici, *Vsquam gentium* quoque usurpant. Plaut. Mil. *Bona uxor, si ea quidem ducta est usquam gentium.* Terent. Hecyr. *An quisquam usqaum gentium est æquè miser.*

4. *Vsquam* etiam *Ad*, seu, in locum ullum significat, auctore Valla. Cic. Philip. 1. *Nec verò usquam à Repub. discedebam, &c.*

ADVERB. *Vsque.*

Vsque, aliâs Præpositio est Accusativo serviens, & vel, Ad locum. Tempus, aut aliquid hujuscemodi significat, ἕως. ἄχρι, μέχρι. Biß da. Cic. pro Lig. *Externi isti majores usque ad sangvinem incitare solent odium, &c.*

Vsque autem Adverbium ut varia significat, sic variis præpositionibus, aliisque dictionibus attribuitur.

Vsque

Vsque, à, ab, ex.

Ponitur pro valdè (vel) à quò, cum quadam emphasi. Cic. pro Cæl. *Cur te fraterna vitia potius, quàm bona paterna & avita, & usque à nobis, cùm in viris, tum in fœminis repetita moverunt?* Idem, de Orat. lib. 1. *Cum repeteret, usque à Corace, nescio quo, & Thysia, &c.* Idem, Verr. 7. *Vt qui usque ex ultima, Syria atque Ægypto navigarent.* Terent. Phorm. *Progeniem vestram usque ab avo atque atavo proferens.* Virg. 7. Æn. *Siculo prospexit ab usque Pachyno.*

Vsque ad.

Motum ad Locum, vel, Tempus significat, cum quadam ἐμφάσει. Cic. Verr. 6. *Vsque ad hoc tempus.* Demosth. Ἄχρι, vel μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας, μέχρι τοῦ νῦν. Cic. Verr. 7. *Vsque ad cubiculum deferebatur.* Idem, pro Balbo. *Si quis hunc vitæ statum usque ad senectutem obtinere debet.* Idem, pro Rab. Posth. *Id est difficile, quod cum spe magnâ sis ingressus, id non exequi usque ad extremum.* Terent. Hecyr. *Maneam ne usque ad*

vesperum? Plaut. Asin. *Vsque ad mortem volo.* Idem. Menæch. *Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus.* Livius, decad.3.lib.8. *Vsque ad infantium cædem, ira crudelis pervenit.* Horat.1. Serm. Sat.3. *Ab ovo usque ad mala*: id est, ab initio cænæ usque ad finem.

Huc referi *Vsque adhuc*, pro, *Hactenus*, vel, *Hucusque.* Terent. And. *Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo usque adhuc.* Id. Adelp. *Cessatum est usq; adhuc* Plaut. Menæc. *Optimè usq; adhunc conveniunt signa.*

Vsque, pro, semper, Assiduè.

Διηνεκῶς, ἀδιαλείπτος, συνεχῶς, Stets ohn vnderlaß. Cic. Fam. lib. 10. *Sed usque mihi temperavi.* Idem, Fam. lib.12. *Mihi usque curæ erit quid agas, &c.* Terent. Adelph. *Quid potui melius, qui hodie usque os præbui.*

Vsque eò, absolutè.

Ponitur, pro *Adeò.* Cic. pro Rosc. Am. cæpi dicere: usque eò animadverti eum jocari, atque alias res age, antequam Chrisogonum nominavi.

Et

Et in Epiphonematis. Cicer.5. Tusc. *Dionysius Syracusis expulsus Corinthi pueros docebat: usque eò imperio carere non potuit.* Idem, Verr.6. *Non usque eò est improbus C. Verres.*

Vsque, cum *Dum*, *Quoad*, *Donec*.

Significat, Vsque quò. Adeò, dum, Tam diu, donec. μέχρις ȣ̃. Cic. Fam. lib. 10. *Sed usq; mihi temperavi, dum perducerem eò rem ut efficerem, &c.* Idem, pro P. Quint. *Iacet res in controversiis, isto calumniante biennium, usque dum inveniretur, &c.* Plaut. Trucul. *Pisces, usque dum vivunt, lavant.* Terent. Heaut. *Vsque dum ille vitam incolit inopem.* Cic. in Bruto. *Cum Rutilius eum admoneret, & ad dicendi tempus adduceret, usque illum, quod ei nunciatum esset, consules descendisse.* Plaut. Mil. *Ibo adorans quasi canis venaticus usque, donec persecutus ero volpem vestigiis.* Terent. Adelph. *Domi certum est obsidere usque, donec redierit.* Horat. in Arte.

Et usque
Sessuri donec cantor, vos plaudite, dicat.

Vſque eò, dum: Vſque eò, quoad: Vſque eò, donec.

Significat, Tam diu, Quoad (vel) Ita ut. Cic. Acad. lib.4. *Multáque facimus, usque eò, dum aſpectus ipſe fidem faciat ſui judicij.* Terent.Eun. *Vſque eò ego illius ferre poſſum ineptias, & magnifica verba, verba dum ſint.* Livius, decad.1.lib.5. *Qui plebem tribunus rogaret, is usque eò rogaret, dum X tribunos plebis faceret.* Cic. Verr.5. *Herbitenſes liciti ſunt usque eò, quoad ſe efficere poſſe arbitrabantur.* Idem, Agra.3. *Cum usque eò vicinos proſcriberet, quoad oculos continuando, &c perfecerit.* Idem, Verr.3. *Tamen usque eò timui, ne quis de meâ fide atque integritate dubitaret, donec ad reijciendos Iudices venimus.*

Vſque eò, cum ut.

Comparationem notat. Cic. pro Roſ. Am. *Vſque eò quid arguas non habes, ut non modò tibi contra nos dicendum putes, ſed etiam contra rerum naturam.* Idem, Orat. *Tantum abeſt, ut noſtra miremur, ut usque eò difficiles ac moroſiſſimus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Domoſthenes.*

sthenes. Idem, Att. lib. 2. *Ego autem usque eò sum enervatus, ut hoc ocio, quo nunc tabescimus, malim ἐυ]υραννεῖσθαι, quàm optimá spe dimicare.* Idem, Fam. lib. 8. *Quâ in re mihi videtur illud perquàm venustè cecidisse, quod à reliquis quoque usque eò est animadversum ut Curio, qui nihil consilio facit, &c. videretur.* Cæsar, lib. 7. bell. Gall. *Vsque eò, ut complures dies milites frumento caruerint, &c.* Liv. decad. 3. lib. 2. *Eò usque virgis cæsus erat, ut inter verbera exspiraret.* Idem, decad. lib. 5. *Acies eò usque est cæsa, ut ex duo de viginti millibus hominum, duo millia haud amplius evaserint.*

Vsque eò, cum *Ne*,

Ponitur, pro, *Eatenus ne.* Cic. pro P. Quint. *Inferiorem se esse patitur, duntaxat usque eò, ne cum bonis, famâ, fortunisque omnibus, Sex: Navij cupiditati crudelitatique dedatur.*

Vsque eò, cum *quò*.

Cic. ad Heren. lib. 1. *Si non ad extremum, sed usque eò, quò opus erit persequemur.*

Vsque

Vsque adeò, Absolutè.

Virg. 1. Eclog.

Vndique totis;
Vsque adeò turbatur agris,

id est, in tantum, &c.

Vsque adeò, cum *donec*.

Terent. And. *Nunquam destitit suadere, orare, usque adeò, donec perpulit.*

Vsque adeò, cum *Quoad*.

Usurpatur pro *usque eò, quoad*. Cic. pro Sest. *Scitis omnes, usque adeò, hominem in periculo fuisse, quoad scitum sit Sexum vivere, &c.*

Vsque adeò, cum *Vt*.

Ponitur pro *Vsque eò ut*. Cic. ad Octa. *Quis huic urbi usque adeò est inimicus, ut ista dissimulare possit?* Idem. Heren. lib. 2. *Accusator dicet, Reum usque adeò præmeditatum fuisse, quid sibi esset usu venturum, ut confidentissimè resistens responderet, &c.*

ADVERB. *Vsquequaque*.

Significat, *Vbique, Vndique*, in unoquo-

que

que loco, πάντη, πάντως. Allenthalben/an allen Orten. Cic.2.Philipp. *Aut undique religionem tolle, aut usquequáque conservari* contraria sunt. *Nusquam*, Et, *Ex maximâ parte*. Cic.de Invent. lib.2. *Atque hoc non alienum est, quod ad multa pertineat, ne aut nusquam, aut usquequáque dicatur hîc admonere.* Idem, lib.5. de Finib. *An hoc usquequáque aliter in vitâ, & non ex maximâ parte de totâ judicabis?*

Ponitur etiam pro *Assiduè*, *Omninò*, *Quocunque tempore*. Cic.Fam.lib.7. *Itaque te commovere non curas, usquequaque sapere oportet: id erit telum acerrimum, &c.*

ADVERB. *Vtinam*.

Aliâs, Dij faxint, velint, opto, &c. εἴθε, ὄφελον, ὤφελες, wolte Gott: ac usurpatur vel absolutè. Cic. pro L. Man. *Vtinam virorum fortium & innocentum copiam magnam haberemus, &c.* Idem, Fam.lib.6. *Vtinam liceat aliquando aliquo Reip. statu nos frui.* Terent. And. *Vtinam aut hic surdus, ut hac muta facta sit.* Idem, Hecyr. *Salvan' Philumena est? Pam. meliusculè est. S. Vtinam istuc*

ſtuc ita Dij faxint. Livius, decad.3. lib.1. *Sagunti ruina (falſus utinam vates ſim) noſtris capitibus incident.*

Vel cum pediſſequis particulis ſuis, *Certè, Profectò, Quidem, Vtique,* jungitur: quòd, quæ optantur adhuc incerta & dubia ſunt; & aliquid certius poſcunt, Cic. Fam.lib.14. *Vtinam minus vitæ cupidus fuiſſem, certè nihil aut non multum in vitâ mali vidiſſem.* Salluſt.Iugurth. *Atque hoc utinam à principio tibi placuiſſet, profectò ex populo Rom. multò plura bona accepiſſes, quàm mala perpeſſus es, &c.* Cic.Fam.lib.14. *Vtinam ea res ei voluptati ſit, gloria quidem video fore, &c.* Idem, Fam. lib.13. *Atque utinam tu quoque eodem die ſin quid, (multa enim) Vtique poſtridie, hoc eſt, attamen, (vel) certè poſtridie.*

Sic pro Milone. *Vtinam Dij immortales feciſſent, ut Pub. Clodius non modò viveret: ſed etiam prætor, conſul, dictator eſſet, antequam hoc ſpectaculum viderem.* Plaut. Amph. *Vtinam Dij faxint infectâ dicta re eveniant tua.*

NOTA. Utinam interdum omitti. Plaut. Aſin. *Dij dent quæcunque optes.* Horat. Satyr. 2.

Tibi.

Tibi Dij, quacunque precêris
Commoda dent.

ADVERB. *Vtique.*

Affirmandi vim habet, *Omninò*, *Certè*, *δήπȣ &c.* gäntzlich / gewiß. Sed non in respondendo ad interrogationem: *Tum enim*, *Ita*, *Immò*, aut hujuscemodi aliud quiddam locum invenit. Cic. Att. lib 4. *Quo die venies, utique cum tuis apud me sis.* Ibidem, *Ipse verò utique fac venias, si potes in his locis adhærescere.* Et, lib. 5. *Quæ quidem ego utique vel versurâ factâ solvi volo.* Ibidem, *Anum quidem utique teneto.* Idem, de Divin. lib. 2. *Faba Pythagorei utique abstinuêre, quasi verò ea cibo mens, non venter inflatur.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Res aliis atque aliis te causis dilata erat, quòd Numida cum ipso undique congredi Scipione volebat.* Idem, decad. 3. lib. 1. *Multitudo, rem famâ utique inexpertis horrendam, metuebat.*

Sequuntur Particulæ Conjunctionum.

CON-

CONJUNCTIO,

Ac.

Pro Et, (vel) *Atque* ponitur, καὶ, ונ: Præter alios usus quos habet, servit initiis comprehensionum, quibus dignitatem conciliat, orationemq; continuat, posita ante consonantes omnes, exceptis C. & Q. Tum enim Et potissimum ponitur, Quemadmodum, Atque, sequentibus vocalibus. Cic. lib. 1. de Invent. *Ac ne quidem diu cogitantem, &c.* Et paulò post. *Ac si volumus, &c.* Idem, pro M. Cœlio. *Ac multi quidem & nostrâ & patrum, majorumque memoria summi homines & clarissimi cives fuerunt, &c.* Idem, pro Lig. *Ac primus aditus & postulatio Tuberonis hac, ut opinor, fuit.* Idem, pro L. Man. *Ac primùm quantâ innocentiâ debeant esse Imperatores? quantâ deinde omnibus in rebus temperantiâ? &c.* Idem, pro Rosc. Am. *Ac jam nihil est, quod quisquam aut tum stultus, aut tam improbus sit, qui dicat, &c.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Ac nescio an mirabilior fuerit adversis, quàm secundis rebus, &c.*

Ac,

Ac, postposita aliis dictionibus.

Ut sunt, *Æquè, Aliter, Alius, Contrà, Iuxtà, Par, Pariter, Perinde, secus, Simul, Similiter?* Quorum exempla suis in locis reperies: quibus addo: *Pro eo*: Cic. Fam. lib. 4. *Sanè quàm pro eo ac debui, graviter molestéque tuli.*

Ac, pro, contrà quàm.

Terent. And. *Nescio quid tibi sim pollicitus hodiè ac volui, dicere, &c.*

Ac potius.

In corrigendo, pro, *Imò potius.* Cic. Fam. lib. 1. *Ego omni officio, ac potiùs pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus. &c.*

Ac, pro, *Idque*, (vel) *Et quidem*.

Terent. Heaut. *Faciam boni tibi aliquid pro ista re ac lubens.* Idem, Eun. *Amabo, quid ait? cognoscit ne? C. ac memoriter, &c.*

CONIUNCTIO, *At*, *Ast*.

Ast, Poëtæ crebriùs quàm Oratores usurpant, pro, *At*, *Sed*: ἀλλὰ, Aber: Virg. 1. Æneï. *Ast ego quâ Divûm incedo regina*, &c. Cic. Att. lib. 6. *Indaga hoc, ut soles, ast hoc magis*. Et, lib. 3. *Quid vides agi posse aut quomodo, per Senatum ne? Ast tote scripsisti ad me. &c.*

At, continuandi vim habens.

Quâ scilicet antecedentibus consequentiâ aptè subijciuntur. Cic. Verr. 6. *At ita studiosus est hujus præclaræ existimationis, ut putetur in hisce rebus intelligens esse*. Idem, pro Dejot. *At quàm non modò non credibiliter, sed ne suspiciosè quidem confingitis crimen!* &c. Ibidem, paullò post. *At quàm festivè crimen contexitur?* Ib. *At quàm acutè collecta crimina?*

At, Adversativa.

Cic. Acad. lib. 4. *Puteolos videmus*, &c. *At Avianum fortasse in porticu Neptuni ambulantē, non videmus* &c. Ib. *Ergo ut illis aqua: sic nobis aër crassus offunditur. At amplius nō desideramus* Ib. *Vides ne navem illam? sta: e nobis videtur: At his qui in navi sūt, moveri hæc villa*. Virg. 4. Æn *At Regina gravi jam dudum saucia curâ*, &c. Liv. dec. 1. lib. 1. *Iam admodum mitigati animi raptis erant: At raptarū parentes tum maxi-*

mè sordidâ veste, & lacrymis civitates cõcitabãt.

At, Anteoccupationi serviens.

Ponitur in principio: cùm quid obijcimus, ac statim objectioni respondem⁹. Cic. pro Cæl. *At prævaricatione est Ascitius liberatus: Persacilè est isti loco respõdere, mihi præsertim, à quo illa causa defensa est.* Ib. *At propinquis placuit; cur non placeret?* Id pro Dejot. *At credo, hic homo incõsultus & temerarius non videbas: Quis consideratior illo? quis prudentior? &c.* Id. pro Rosc. Am. *At tãto officiosior, quàm cæteri? ne istius quidẽ laudis ita sum cupidus, ut aliis eam præreptam velim.* Id. pro Mil. *At valuit odiũ, fecit iratus, fecit ultor injuriæ, punitor doloris sui. Quid si hæc majora fuerunt in Clodio?* Id. Verr. 6. *At ex viro bono audieras, credo, & bono auctore. Quâ potest? qui ne ex viro quidẽ audire potueris?* Liv. dec. 3. li. 9. *At herculè milites contactos sacrilegio furor agitat, in ducibus ipsis puniendа nullum Deæ numen apparuit: Immò ibi præsens maximè fuit.*

At, in media oratione.

Servit subjectioni & Correctioni. Cic. pro Mil. *Si mihi Repub. bonâ frui non licuerit, at carebo malâ.* Ib. *Factum ne sit? at constat. A quo? at patet, &c.* Id. lib. 1 Off. *Si miri obtẽpe-*

ratum esset, etsi non optimam, at aliquam Remp. quæ nunc nulla est, haberemus. Idem, Fam. lib. 6. *His litteris animum tuum, etsi non sapientissimi, ac amicissimi hominis auctoritate confirmandum etiam atque etiam puto.* Idem, de Cl. Orat. *Antonio erant quædam paria cum Crasso, quædam etiam superiora: at Crassi magis enitebat oratio, &c.*

At, Amplificandi.

At usurpari solet, quaodo cum admiratione laudamus vel vituperamus. Cic. Fam. lib. 9. *Habuisses non hospitem, sed contubernalem. At quem Virum?* Idem, Verr. 6. *Mamertina civitas C. Catonis impedimenta retinuit: At cujus hominis? clarissimi, potentissimique, &c.* Idem, in Brut. *Catonem; quis nostrorum Oratorum, qui quidem nunc sciens, legit? aut quis novit omnino? At quem Virum (Dij boni) mitto curam, aut Senatorem, aut Imperatorem.* Idem, Verr. 4. *At quem hominem. Dij immortales? non dicam unicum tuum, non hospitem, &c.* Terent. Phorm. *Narrabat se hunc negligere cognatum suum.*

At

At quem Virum? Quem ego viderim in vitâ optimum, &c.

At, Exclamandi, & Implorandi.

Cic. in Verr. 5. *At per Deos immortales, quid est quod de hoc dici possit?* Horat. Epod. lib. 1. Ode 5. *At ô Deorum quisquis in cœlo regis terras, &c.*

At, execrandi.

Virg. 2. Æneid.

At tibi pro scelere (exclamat) pro talibus ausis
Dij, si qua est cœlo pietas, quæ talia curat,
Persolvant.

Terent. And. *At tibi Dij dignum factis exitium duint.* Idem, Hecyr. *At istos invidos Dij perdant, qui hoc libenter enunciant.* Ibidem, *At te Dij Deæque perduint cum istoc odio, &c.* Plaut. Mostell. *At te Iupiter Dijque omnes perdant, oboluisti allium.*

At, pro, saltem, vel Tamen.

Cic. lib. 2. de Orat. *Equidem omnia quæ versantur in hac societate civili, oratori compre-*

hendenda esse puto: Si minus, ut separatim de his rebus respondeat: at certè ut in causâ prudenter possit intexere. Idem, Verr. 6. *Non in parentis, at in hominem numero putabat.* Idem, Verr. 7. *Si minus supplicio afficit: at custodiri oportebat.* Id. Verr, 5. *Homines in magistratu, facti, si non bonam, at aliquam rationem afferre solent.* Idem, pro Domo. *Esses omnia si minus re, at verbis legitimis consequutus.* Virg. 1. Æneid.

Si genus humanum & mortalia temnitis ar-
At sperate Deos memores, &c. (*ma.*

At verò.

At verò adversativa vox est, inque principio Periodi ponitur. Cic. pro M. Cœl. *At verò in M. Cælio, &c. nulla luxuries reperietur, nulli sumtus, nullum æs alienum, &c.* Idem, pro Rosc. Am. *At verò Titus Roscius non unum fefellit socium, &c.* Id. de Nat. Deor. lib. 3. *Atque hoc quidem omnes mortales, &c. In virtute autem rectè gloriamur, &c. At verò aut honoribus aucte, aut re familiari, aut si aliud quippiam nacti sumus fortuiti boni, aut depulim⁹ mali tū Diis gratias agimus.* Id. li. 1. de Orat. *Non procul ab initio. Pater Tyberij & Caij Semproniorum homo prudens & gravis haud quaquam eloquens.*

loquens Rempub. servavit: At verò ejus fil j di-serti & omnibus vel naturæ, vel doctrinæ præsidiis ad dicendum parati, cùm civitatem vel paterno consilio, vel avitis armis florentissimam accepis-sent, istâ præclarâ gubernatrice, ut ais, eloquen-tiâ, Rempub. dissipaverunt.

At enim.

Servit Anthypophoris, seu Anteoccupationibus: in principio periodorum. Ci. pro Cœl. *At enim postea scimus & vidimus eum esse in amicitiâ Catilinæ.* Id. pro Mil. *At enim Cn. Pompejus rogatione sua & de re, & de causâ judicavit.* Id. pro Rof. Am. *At enim cum duos haberet filios, alterum ruri esse volebat, alterum à se non dimittebat, &c.* Id. li. 3. de Nat. Deor. *At enim minora Dij negligunt, neq; agellos singulorum, nec viticulas persequũtur, nec si uredo, aut grando quippiam nocuit, id Iovi animadvertendũ fuit. Ne in regnis quidem Reges omnia minima curant, &c.* Ter, Heaut. *At enim istuc nihil est magis, Syre, meis nuptiis adversum.* Id. Adelp. *Intro nunc jam S. at n. non sinam.* Liv. dec. 3. li. 1. *At n. pauci quidem sunt, sed vigentes animis corporibusq;, quorum robora & vires vix sustinere vis ulla possit.* Id. dec. 4 l. 4. *At n. ego fœdus & societatem violavi? &c.*

Attamen

Interdum separatur & ex unâ, duæ fiunt dictiones, ἀμὴν ἀλλά. Ter. And. *Quid ego audiam, Chreme? Ch. Attamen dicat, sine.* Ibidem, *Attamen ubi fides est si rogas, nihil pudet.* Idem, Eun. *Nam si ego digna hac contumeliá sum maximè, At tu indignus, qui faceres tamen.* Cic. de Senect. *At morositas tamen, & ea quæ dixi vitia, habēt aliquid excusationis.* Idem, in Pison. *Attamen si consilium exquiris meum.* Idem, lib. 2. de Finib. *Attamen ne cui loco non videatur esse responsum, pauca etjam nunc dicam ad reliquam orationem tuam.*

At etiam.

Servit Indignationi & Irrisioni. Cic. Philipp. 2. *At etiam misericordiam captabas, supplex te ad pedes abijciebas, &c.* Terent. Eun. *At etiam primò callidum & disertum credidi hominem, &c.* Cic. lib. 1. de Fin. *At etiam adversus Deos scripsit Epicurus.* Ibidem, *At etiam inscribi jussit in Fastis, &c.*

CONIUNCTIO, *Atque.*

Significat Ac, Et, καὶ vnd auch/sampt/mit. Connectendi vox est, initiis compre-

prehensionum idonea, ad conciliandam aliquam orationi dignitatem, vocalibus sequentibus plerunque, nominum eorũ, quæ vel similitudinẽ, vel dissimilitudinem notant, & suprà in Conjunctione *At*, aliisque locis occurrunt. Cic. pro Lig. *Atque hæc propterea de me dixi, &c.* Ibidem, *Atque in hac causâ nonnihil equidem, Tubero, etiam tuam prudentiam desidero.* Idem, pro Cæl. *Atque, scitote, Iudices, eas cupiditates in eodem homine non facilè esse posse.* Ibidem: *Atque equidem vehementer expectabam, &c.* Id. lib. 1. Off. *Atque etiam aliâ divisio est officij.*

His addo 1. Eleganter junge Comparativo. Plaut. Merc. *Amicior mihi nullus vivit, atque is est,* Horat. Satyr. 7. *Qui peccas minus atque ego.*

Geminari interdum augendæ intendendæque rei gratiâ. Cic. pro Mur. *Qui ab illo in speculis atque insidiis relicti in capite atque in cervicibus nostris restiterunt.* Terent. Adelph. *Fores effregit, atque in ædes irruit alienas, ipsum dominum, atque omnem familiam mulctavit usque ad mortem.* Idem, Phorm, *Quid vis? nisi ut maneat Phanium, atque ex-*

crimine hoc Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram derivem senis.

CONIUNCTIO, *Atqui.*

Etenim, sed enim; καίτοι, Aber/ Ja; Ponitur ab initio, & secundâ parte sententiæ, idonea syllogismorum Assumptioni. Cic. pro Planc. *Atqui eum non vides, quo me tandem animo in te esse putas?* Idem, li. 2. de Nat. Deor. *Atqui certè nihil omnium rerum melius est mundo.* Idem, pro Mil. *Atqui excelso loco superiorem se fore putabat Milo, &c.* Ibidem, *Atqui Milone interfecto, Clodius hoc assequebatur, non modò ut Prætor esset, &c.* Terent. Phorm. *Quam caussam reperient? Demiror. G. Atqui repperi jam, aliud cura, &c.* Idem, And. *Mihi non fit verisimile. Atqui ipsis commentum placet.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Cum ille in augurio rem expertus profectò futura dixisset. Atqui hoc animo agitavi, inquit, te novaculâ cotem discissurum, cape hæc & perage, &c.*

Atqui, pro, *Et tamen, Sed tamen.*

Cic.

Cic. Verr. 4. *Quid verò modum ſtatuarum haberi nullum placet? atqui habeatur neceſſe eſt.* Idem, 4. Acad. *Vereor, ne ſubarroganter facias, ſi dixeris tuam. Atqui ita dicas neceſſe eſt.*

Atqui, pro, certè, profectò.

Terent. Eun. *Atqui ſi illam digito attigerit uno, oculi illicò effodientur.* Ibidem, *Scin' eam hinc civem eſſe? &c. PA. Neſcio. Py. Atqui ſic inventa eſt, &c.* Idem, Adelph. *Atqui Syre, hoc verum eſt, &c.*

CONIUNCTIO, *Autem*.

Autem, pro, *Sed*, *Quàm*, *Et*, ponitur: δὲ Aber/varium habet uſum, nunquam ſententiam incipit, vel ſecundo vel tertio loco ponitur, atque aliam ab aliâ diſtinguit. Cic. lib. 3. de Finib. *De ipſis rebus autem, &c. cum hæc ad te ſcribam. &c.* Idem, Fam. lib. 11. *Quod facit ille diligenter: mihi autem nihil amabilius officio tuo & diligentiâ.* Terent. Adelph. *Illum, ut vivat, optant, meam autem mortem expectant ſcilicet.* Idem, And. *Id paves, ne ducas tu illam, tu autem, ut ducas.*

Autem, pro, *Sed.*

Servit repetitioni antecedentium. Cic. lib. 2. de Finib. *Quod quidem mihi si quando dictum est, (est autem dictum, non parum sæpè, &c.* Idem, Fam. lib. 14. *Quare quantum potes adjuva, Quid autem possis, mihi in mentem non venit.* Idem, pro Cluent. *Quod autem tempus veneni dandi illo die in illâ frequentiâ? per quem porro datum?* Idem, lib. 2. de Divin. *Crœsus hostium vim sese perversurum putavit, pervertit autem suam.*

Autem, cum Interrogatione.

Servit correctioni, cum videlicet minus dictum esse videtur, quàm dici oportuit. Plaut. Pseud. *B. Eadem est mihi lex, metuo credere. Ps. credere autem?* Terent. Hecyr. *Tamen eandem pol esse omnibus, injurium est. S. Injurium autem ulcisci adversarios?* Idem, Adelph. *Agelli hîc est sub urbe paullum, quod locitas foras: Huic demus, qui fruatur. Me: Paullum id autem? &c.* Cic. pro Rab. *Nunquis testis Posthumum appellavit? testis autem? num accusator?*

Porrò

Porrò *Autem*, &, *At verò* habent eundem usum in Narrationum principiis, quibus sequentia superioribus annectuntur. Terent. Eun. *Nunc metuo fratrem*, *Ne intus sit*. *Porrò autem*: *pater ne jure redierit jam*, *&c.*

CONIUNCTIO, *Cum*.

Cùm, quatenus Conjunctio est, hic consideratur. Aliâs præpositio est, vim habens connectionis, Instrumentis, Societatis, Nonnunquam etiam Adverbiū, significans causam, occasionem, vel, Quando, Quo tempore. Ac tam Indicativo, quàm Conjunctivo modo jungitur, Cic. in Sallust. *Non te tui piget*, *homo levissime*; *cùm ea culpas*, *quæ in historiis gloriæ mihi ducis?* Idem, Att. lib. 2. *Hæc*, *& in eam sententiam*, *cum multo dixisset*, *ajebat*, *&c.*

Cùm, *tamen*.

Cùm, pro *Etsi*, *quamvis* positum. Cic. de Leg. lib. 1. *Sed cùm eam tempestes*, *vetustasque consumserit*, *tamen erit his in locis quercus Mariana*, *&c.* Idem, pro Dejot. *Cùm in omnibus causis gravioribus initiò dicendi commoveri*

 soleam,

soleam, tamen in hac ita multa me perturbant. Idem, Verr. 6. *Cùm omnia illa victoriâ suâ profana fecisset: tamen religione impeditus non attigit.* Ibid. *Cùm Romæ Cereris pulcherrimum atq; magnificentissimum templum esset, tamen usq; Ennam profecti sunt.* Ibid. *Prædones, cùm communes hostes sint omnium, tamen aliquos sibi instituunt amicos, &c.* Idem, Fam. lib. 1. *Qui cùm illa sentirent in Repub. quæ ego agebam, me tamen non satisfacere Pompejo gaudere se ajebant.* Idem, pro Lig. *Qui cùm hoc sciret, tamen me antequam vidit, Reipub. reddidit.* Horat. lib. 1. Carm. od. 7. *Teucer Salamina patremque cùm fugeret, tamen uda Lyæo tempora vinxisse fertur, &c.*

Notandum est, *Tamen* non semper subjici, sed interdum omitti. Cic. pro Rosc. Am. *Cùm multos patronos hospitesq; haberent, omnes eos colere atq; reservare destiterunt.* Ibid. *Quem ipsi, cùm cuperent, non potuerunt occidere.* Id. Verr. 6. *Cùm jam ita propter diuturnam pacem, fidelitatemque populi Syracusani sacra, religiosaque accepisset, omnes eas tabulas abstulit, &c.* Liv. dec. 4. li. 5. *Etenim cùm multis urgerentur rebus, nulla eos res æquè ac vigiliæ conficiebant.* Cùm

Cùm, pro, Quòd, Quia, &c.

Cic. Fam. lib. 13. *Tibi maximas gratiâs ago, cùm tantum meæ litteræ potuerunt, ut, &c.* Idem, Heren. lib. 4. *Benefacitis cùm venitis.* Terent. Phorm. *Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, Chreme, cùm de medio excessit.*

Cùm, Tum.

Sic uno verbo interdum copulantur, sive Indicativi, sive Conjunctivi modi: ut in illo minus, in hoc quiddam majus & gravius jussit: pro, *Non solum*, sed etiam. Cic. pro Domo. *Cùm multa divinitus à majoribus nostris inventa atque instituta sunt, tum nihil præclarius, quàm quod vos Reip. præesse voluerunt, &c.* Id. pro Cæl. *Quòd cùm fretus nostra familiaritate promitto, tum quòd legibus se obligavit.* Id. Fa. lib. 4. *Omninò cùm miserior res nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior.* Id. Att. l. 7. *Sed accipienda plaga est, sumus n. flagitiosè imparati, cùm à militibus, tū à pecuniâ.* Id. Fam. l. 9. *Cùm te semper tantum dilexerim, quantum intelligere potuisti: tum his factis tuis sic incensus sum, ut nihil unquam in amore fuerit ardentius.* Livius, decad. 3. lib. 4. *Cùm togâ signum dedero, tum undique*

clamore sublato turbam invadite. Idem, decad. 3. lib. 6. *Cùm belli jure, tum ex cujusque merito satis scio me fecisse.*

Cum tum, seu *tunc*, duobus verbis juncta ejusdem Modi.

Cic. de Nat. Deor. *Cùm multa res in Philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sunt, tum perdifficilis & perobscura quæstio est de Naturâ Deorum.* Idem, lib. 1. *Cum sumus vacui necessariis negotiis & curis, tum avemus aliquid videre, audire, aut discere.* Idem, Verr. 6. *Hoc cùm cæteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tam persuasum est, ut, &c.* Idem, lib. 2. de Finib. *Quæ cùm leviter agnoscit, tunc discernere incipit.* Terent. Phorm. *Cùm mihi paveo, tum Antipho me excruciat animo.*

Eadem juncta verbis diversorum. Cic. de Arusp. *Cùm me purgatum vobis esse cuperem, tum etiam vestra in me benignitas provexit orationem meam.* Livius. decad. 3. lib. 2. *Cùm in hanc sententiam pedibus omnes îssent, tum demum litteræ allatæ sunt, &c.*

Cùm

Cùm, tum etiam.

Cic. Fam. lib. 54. *Quare cùm dolore conficior, tum etiam pudore.* Ibidem, lib. 5. *Iuvitque me, tibi cùm summam humanitatem, tum etiam tuas litteras profuisse.* Idem, pro Lig. *Homo cùm ingenio, tum etiam doctrinâ excellens, &c.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Quos cùm optimâ disciplinâ institutos credebat, tum etiam oblongâ Syracusanorum obsidione peritissimos esse, &c.*

Cùm, tum præterea.

Cic. pro Marcell. *Fructum hodieno die maximum cœpit, cùm summo consensu Senatus, tum præterea judicio tuo gravissimo.*

Cùm, tum verò.

Cic. Att. lib. 7. *Hoc cùm antea intelligeret, tum verò proximè judicavit.* Idem, Fam. lib. 1. *Nam cùm maximam cœpissent lætitiam ex patris epistolâ, tum verò tuæ litteræ cumulum mihi gaudij attulêre.* Idem, pro Balbo. *Qui locus in quo non extent Cn. Pompeij cùm fortitudinis tum verò humanitatis, tum animi impressa vestigia?*

Cùm, tum verò etiam.

Cic. ad Q. Fr. lib. 1. *Alienus autem noster cùm animo & benevolentiâ, tum verò etiam imitatione vivendi.* Ibid. *Hominis est, & cùm ipsâ naturâ moderati: tum verò etiam doctrinâ, atq; optimarum artium studiis eruditi, &c.*

Cùm, tum maximè.

Cic. Off. 3. *Plena exemplorum est nostræ Respub. cum sæpe aliâs, tum maximè bello Punico, &c.* Idem. de Cl. Orat. *Itaque ij mihi videntur fortunatè beateque vixisse, cùm in cæteris civitatibus, tum maximè in nostrâ, quibus cum auctoritate rerumque gestarum gloriâ, tum etiam sapientiæ laude perfrui licuit, &c.* Idem, de Am. *Cùm multis in rebus negligentiâ peccimur, tum maximè in amicis & deligendis & colendis.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Cùm habitu se augustiorem, tum maximè, lictoribus duodecim sumtis, fecit.*

Cùm, tum præcipuè.

Cic ad Q. Fr. lib. 1. *Servos cùm omnibus in locis, tum præcipuè in provinciis regere debemus.* Cæsar. lib. 3 de bell. civil. *Fortuna, quæ plurimùm potest, cùm in reliquis rebus, tum præcipuè in bello.* Cùm

Cùm, tum vel maximè.

Cic. pro Flacc. *Cùm alio multa certi homines, tum hoc vel maximè moliuntur.*

Vide infrà, *Vel,* Superlativo juuctum.

Cùm, tum inprimis.

Cic. Fam. lib. 12. *Hoc ego cùm Reipub. causâ censui, tam inprimis retinendæ dignitatis tuæ.* Idem, Fam. lib. 13. *Cùm mihi multa grata sunt, quæ tu adductus meá commendatione fecisti, tum inprimis, quòd M. Marcilium amici atque interpretis mei filium liberalissimè tractâsti.*

Cùm, tum, tum.

Cùm plura duobus inter se comparantur, & quod postremo loco ponitur, cæteris antefertur. Cic. Fam. lib. 9. *Velisque per te hoc muneris, cùm ipsis amicis hominibus, tam municipio Caleno, quî cum mihi magna necessitudo est, tum Leptæ, quem omnibus antepono, dare.*

Cùm, tum, denique.

Cic. Fam. lib. 15. *Quo audito, vehementer sum commotus, cùm de Syria, tum de meâ provinciâ, de reliquâ denique Asiâ.*

Cùm

Cùm, tum denique.

Habent majorem vim. Cic. pro Quin. *Apud Iudicem causam priore loco dicat, & eam cùm perorârit, tum denique vocem accusatoris audiat.*

Lege, quæ suprà posita sunt in Adverbio *Tum*, vel, *Tunc*.

Cùm, assumtis particulis aliis.

Quibus præteritum tempus notatur. Iam, Iam tum, Iam tunc, statim, continuò, subitò, protinus, &c. Cic. Fam. li. 10. *Cùm hac legeres, jam decretum arbitrabar fore.* Idem, Fam. lib. 15. *Hac cùm scriberem, jam tum existimabam ad te orationem esse perlatam.* Terent. Eun. *Cùm inde abeo, jam tunc inceperat turba inter eos.* Cic. de Orat. lib. 2. *Cùm rem penitus causamque cognovi, statim occurrit animo, &c.* Idem, Fam. lib. 9. *Cùm te summis laudibus extulerunt, mihi continuò maximas gratias agunt.* Hirtius, de bello Afric. *Castra cùm movere vellet, subitò ex oppido erupit multitudo.* Cæsar, lib. de bell. civill. *Cùm Lentulus Consul ad aperiendum ærarium venisset, protinus, &c.*

Cùm

Cùm, tum certè.

De futuro tempore. Cic. lib. 1. de Orat. *Sine studio & ardore quodam amoris, cùm in vitâ nihil egregium, tum certè hoc, quod tu expetis, nemo unquam assequetur.* Idem, Att. lib. 7. *Ex victoria cùm multa mala, tum certè Tyrannis existet.* Idem, Fam. lib. 7. *Tecum semper valere cupio, tum certè cum hîc sumus, &c.*

CONIUNCTIO *Enim*, *Etenim*.

Notæ sunt ambæ significationis. *Enim*, pro Nam γὰρ, *Etenim*, pro, *Nunc verò*, καὶ γὰρ: Deinde *Enim* non inchoat Periodum (nisi apud Terentium & Plautum, interdum) sed ferè secundo aut tertio loco collocatur. *Etenim* autem plerumque incipit periodum, etsi non semper. Cic. pro Cæl. *Etenim si attendere diligenter, existimare verè de omni hac causâ volueritis*, Ibid. *Sunt etenim ista maledicta pervulgata in omnes &c.* Ibidem, *Etenim semper magno ingenio adolescentes refrenandi potius à gloriâ quàm, &c.* Horat. Carm. lib. 4. od. 5. *Tutus bos etenim rura perambulat, &c.*

Nec

Nec enim: Neque enim,

Pro, *Non enim*, usurpantur ambo. Cic. Brut. *Nec enim decet te ornatam urberrimis artibus, numerari in vulgo patronorum.* Idem, pro Cæl. *Neque enim vobis satis commendata hujus atas esse potest, si non, &c.* Idem. de Orat. lib. 2. *Neque enim si de rusticis rebus agricola disertè dixerit, aut medicus de morbis, aut de pingendo pictor; icciircò illius artis putanda est eloquentia, &c.* Id. pro Rosc. Am. *Neque enim cum de hoc quaritur, nos dominos esse dicitis.*

CONIUNCTIO, *Enimvero,*

Ab aliis inter Adverbia refertur: nostra Grammatica Conjunctioni accenset, quæ aliâs præponatur, aliâs postponi soleat, usurpatur autem cùm in affirmando, tum in negando, cum quadam emphasi. Interdum etiam ad indignationẽ animi exprimendam; & significat, certè, profectò, verùm enim, scilicet, nimirum; καὶ μὴν δή. fürwahr / gewiß / ohnzweiffel / durchauß. Cic. Att. li. 15. *Hoc enim verò nunc discere aveo: hoc ego quid sit interpretari non possum.* Id. Verr. 3. *Hic tum alius ex alia pate, Enim-*

nimverò ferendum hoc non est, vocetur, &c. Id. Verr.5. *Refertur ejus sermo Apronio: Enimverò iste ridere, ac mirari Lollium nihil de cæteris rebus audisse.* Id. Verr.6. *Postulo, ut Syracusanis liceret Senatusconsultum mihi reddere: Ille enimverò negat.* Plaut. Amph. *Tun' te abiisse hodie hinc negas? Am. Nego enimverò.* Ja freylich. Idem, Capt. *Immò enimverò vinciatur.* Ibidem, *Fuistin' liber? Ty. fui. Arist. Enimverò non fuit, nugas agit.* Terent. Eun. *P. Incommode Hercle. CH. Imò enimverò infeliciter.* Id. And. *Enimverò Dave, nihil loci segnitiæ est, &c.* Id. Heaut. *Enimverò Chremes nimis graviter, &c.*

CONIUNCTIO, *Ergò*.

Præter alios usus, vim habet concludendi minora argumenta ponitur interdum primo, interdum secundo loco, periodi, cum Interrogatione, & sine Interrogatione, significans. *Igitur, Itaq;*, οὖν, τοιγαροῦν, ἄρα, τοιγάρτοι, derowegen. Cic. pro Lig. *Ergò hæc duo tempora carent crimine, &c.* Idem, lib. 2. de Invent. *Ergo is qui scriptum defendet, his locis plerisque omnibus utetur.* Idem, pro Quint. *Quid ergò est? primùm magnitudo periculi, &c.* Idem, Verr.6.

Quid

Quid ergo? hoc solum auditione capit? Idem, pro Rosc. Am. *Quid ergo? audacissimus ego ex omnibus? &c.* Idem, de Am. *Ergo hoc proprium est animi bene constituti, & lætari bonis rebus, & dolere contrariis.* Plaut. Pseud. *Tace dum tabellas pellego. C. Ergo quin legis.* Livius, decad. 1. lib. 4. *Ergò dum nullam fastiditur genus in quo eniteret virtus, crevit imperium Rom.* Terent. Adelph. *Istuc volo ergo ipsum experiri.*

Ergò, pro causâ (seu) gratiâ.

Græcè χάριν, ἕνεκα. Wegen/ von deß wegen: ponitur semper in medio clausulæ. Cic. lib. 2. de Leg. *Mulieres genas ne radunto, néve lessum funeris ergò habento.* Idem, de Opt. gen. Orat, *Atque ita prædicaretur, eum donari virtutis ergò;* Livius, decad 3. li. 2. *Sese fugæ & formidinis ergò non abituros.* Idem, decad. 3. lib. 1. *Dono militari virtutis ergò donatus.* Et, dec. 3. lib. 8. *Coronam auream in Capitolium victoriæ ergò ferre.* Virg. 6. Æneid.

Illius ergo
Venimus & magnos Erebi tranavimus amnes.

CONIUNCTIO, *Et*.

Ponitur pro, *ac*, *atq;*, *que*, *etiam*, καὶ, vnd / auch; competit principiis comprehensionum, vel continuandi vel declarandi gratiâ. Cic. pro L. Man. *Et quoniam auctoritas quoque in bellis administrandis, atque imperio militari valet, &c.* Ibidem, *Et quisquam dubitabit, quid virtute perfecturus sit, qui tantum auctoritate perfecerit?* Ibidem, *Et his temporibus non pudebat Magistratus P. Rom. in hunc ipsum locum ascendere, &c.* Liv. decad. 5. li. 7. *Et Romani suum Annibalem habent: eadem, quâ ceperamus, arte Tarentum amisimus.* Virg. 1. Eclog. *Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?*

Et que, juncto.

Cic. Tusc. lib. 5. *Academici balbutire desinant, apertéq; & clara voce audeant dicere, beatam vitam in Phalaridis Taurum descensuram, &c.* Idem, Fam. lib. 5. *Consolationes à sapientissimis viris usurpatæ, memoriæque & litteris proditæ. &c.* Plaut. Amph. *Decet & facta, moresque hujus habere me similes item.* Livius, decad. 3. lib. 7. *Periculosumque & viris & paren-*

parentibus erat moram libidini regiæ fecisse. Ibidem, *Cum impar certamen esset, caderentque circa eum multi, & vulnerarentur.* Et, decad. 1. lib. 8. *Scipio profectus ex Africâ dubiisque & plerunque sævis in alto jactatus ventis.*

Et, indignandi.

Cic. pro Mil. *Et sunt, qui de Appiâ viâ querantur, taceant de curiâ.* Ibidem, *Et erit dignior locus qui hanc virtutem excipiat, quàm qui procreavit?* Idem, pro Rosc. Am. *Nihil horum ne confingi quidem potest: & tamen causa de parricidio dicitur.*

Et, Et, In amplificando.

Cic. pro Rosc. Am. *Quibus rebus & agris, & urbibus & nationibus Rempub. atque hoc imperium, & P. Rom. nomen auxerunt, &c.* Idem, pro Cæl. *Cum & civis mihi bonus, & optimi cujusque cupidus & firmus amicus, & fidelis videretur.* Idem, de Divin. lib. 2. *Thesaurus verò, & hæreditas, & victoria & multa generis ejusdem, quæ cum somniis naturali cognatione junguntur.* Idem, pro Lig. *Qui in legatione & Sociis & civibus ita se probavit, ut decedens, &c.* Idem, lib. 1. Off. *Studes*

desparare ea, quæ ſuppeditent, & ad cultum, & ad victum, &c. Terent. Hecyr. *Magis in rem & noſtram & veſtram eſſet.* Ibidem, *Hoc & vobis, & mea commodum famæ arbitror.* Livius, decad.3. lib.7. *M. Livius ignominiam adeò ægrè tulerat, ut & rus migrârit, & per multos annos, & urbe, & omni cœtu caruerit hominum.*

Et quidem, in affirmando & amplificando.

Καὶ δή, vnd zwar: Cic. Philipp.2. *Tu Rubrius fecit hæredem, & quidem, vide quàm te amârit, is qui albus aterve fueris ignorans, fratris filium præteriit.* Ibidem, *Duo millia jugerûm ei aſſignâſti, & quidem immunia, &c.* Idem, Philipp.3. *Et quidem ſe introiturum in urbem dixit, exiturumque cum vellet.* Idem, Acad.9. *Et quidem iſti duo libri Philonis, &c.* Livius, decad 3. lib.7. *Virum & quidem eum egregium ducebant.*

Et verò, in affirmando.

Cic.lib.9. Attic. Ep.5. *Et ego verò hæc officia mercanda vitâ puto.* Idem, Att.li.16. *Sæpe præſens & illi oſtendiſti, & verò etiam mihi.* Idem,

Idem, pro Mur. *Magnum est exturbare hominem è civitate, qui & per se, & per suos, & verò etiam per alienos defendatur.* Idem, Brut. *Quæ tribuerat idem Q. Maximo & verò ante maximum illum Scipionem ajebat acrem fuisse, &c.* Idem, Ep. 1. ad Frat. *Tibi ei fuit hoc semper facillimum, & verò esse debuit.* Idem, de Clar. Orat. *Et verò maximus illi Scipio vehemens fuit.* Idem, 1. Divin. *Dicitur ille quidem à Cotta, & verò sapius.*

CONIUNCTIO, *Etiam.*

Componitur ex *Et*, atque *Iam*, significans, Quoque, Insuper, Item. Quâ de causa, Et *Et*, rarò præponuntur, nullâ aliâ voce interpositâ: Sed pro *Et* etiam, dici solet, *Atque etiam* Etsi. Cic. lib. 9. Fam. ep. 25. *Immediatè jungit, Authoritate tuâ nobis opus est, & concilio, & etiam gratiâ.*

Habet autem plerunque vim augendi. Cic. pro L. Man. *Erat enim metus injectus iis nationibus, &c. erat etiam alia gravis atque vehemens opinio, &c.* Ibidem, *Rogant, ut se tali viro commendetis, &c. atque hoc etiam magis, quàm cæteros, &c.* Idem, pro Lig. *Vt à quibus in dissensione civili esset receptus, essetque etiam*

etiam cùm injuriâ ejectus, &c. Idem, Verr. 6. *Hisne rebus manus afferre non dubitâsti, à quibus etiam oculos cohibere te jura cogebant.* Idem, pro Domo. *Adoptat annos viginti natus, etiam minor, Senatorem.* Idem, de Am. *Et Herculè ita fecit, vel plus etiam quàm dixit.* Terent. And. *Nihil suspicans etiam mali.* Plaut. Amph. *Etiam tu quoque assentaris huic?*

Etiam, Indignantis atque redarguentis:

Cic. pro Mil. *Id verò etiam dubitandum. & diutius cogitandum est?* Idem, Philipp. 2. *At etiamne aspicis, & quidem & videris iratus,* Terent. Eun. *Etiam rides?* Idem, And. *Etiam sententias loqueris carnifex?* Idem, Hecyr. *Etiam mecum litigas?* Idem, Andr. 41. v. 20. *Etiam nunc me docere istis dictis postulas?* Idem, Adelph. *Vide ne ille huc prorsus se irruat: S. etiam taces? ego cavebo.* Idem, Phor. *O audaciam! etiam me ultrò accusatum advenit.* Plaut. Amph. *Etiam clamat carnifex.* Idem, Merc. *Etiam negas? etiam denuo? &c.*

Etiam, affirmandi vim habens.

Refertur ab aliis inter Adverbia, significat, *Ita*: Eique opponitur *Non.* παντάπασί γε. Cic. Acad. lib. 4. *Omne quod ita disiunctum sit, quasi aut etiam, aut non, non modò verum esse, sed etiam necessarium.* Ibidem, *Vt sequens probabilitatem ubicunque hac aut occurrat aut deficiat, aut etiam, aut non respondere posit.* Terent. Hecyr. *P. Nihil aliud dicam? B. etiam? &c.*

Etiam atque etiam.

Significat, valdè, summoperè, magis ac magis. Cic. Verr. 6. *Velle se etiã atq; etiam considerare,* aufffleissigst. Id. Att. lib. 8. *Etiam atque etiam te hortor, ut cum omni copia quamprimùm ad me venias.* Idem, lib. 2. de Finib. *Ita relinquet duas de quibus etiam atq; etiam consideret.* Id. Divin. in Verr. *Tu ipse quemadmodum existimes vide etiam, atque etiam atque etiam, & te collige.* Idem, Fam. lib. 6. *His literis animum tuum confirmandum etiam atque etiam puto.* Idem, Fam. lib.

lib. 9. *Quod ut enitare, vehementer te etiam atque etiam rogo.* Ibidem, *Quod ut facias te etiam atque etiam rogo, ignoscasque brevitati litterarum.* Terent. Eun. *Proin' tu dum tempus est, etiam atque etiam cogita.* Livius, decad. 3. lib. 2. *Paullus etiam atque etiam dicere providendum praecavendumque esse.* Idem, decad. 3. lib. 9. *Dat litteras ad Regem, quibus etiam atque etiam monet eum: ne jura hospitij, &c. fallat.* Idem, decad. 5. lib. 6. *Etiam atque etiam deliberare jußit.*

Etiam nunc.

Pro, *Adhuc*, usque ad hoc tempus; Alij, sed ineptè, usque nunc, usurpant. Biß auff diese Stundt. Cic. pro Mur. *Etiam nunc statuere non poßunt, utrum, &c.* Idem, Att. lib. 3. *Me etiam nunc istorum beneficiorum, & expectatio Thessalonicae tenet, &c.* Ibidem, *Aut ad te conferam me, aut etiam nunc circum haec loca commorabor, &c.* Terent. And. *O Mysis, Mysis, etiam nunc mihi scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis.*

Plautus *Etiamnum*, in Pænul. *Neque quicquam cum eâ fecit etiámnum stupri.* Idem, Truc. *Perij miser, Iam auro contrà stat filius etiámnum nihil pendit.* Idem, Aul. *Vide, Fides etiam atque etiam nunc, salvam aut aulam abs te auferam.*

Etiam, Etiamne.

In admiratione atque amplificatione locum habet potissimùm. Cic. Verr. 5. *Etiamne hæc nova debent edicta, & imperia Prætorum, dominationem & servorum furta rapinasque perferre? Etiamne frumentum pro empto gratis dare? etiamne in cellam pecuniam grandem dare? etiamne hæc tot detrimenta atq; damna cum maximis injuriis contumeliisque perferre?* Idem, Verr. 6. *Etiamne hujus operarij studia at delitias perferetis?* Idem, pro Rosc. Am. *Etiamne in tam perspicuis rebus argumentatio quærenda est?* Idem, de Am. *Tum ego: etiamne, inquam, si te in Capitolium faces ferre vellet? &c.* Plaut. Amph. *Etiamne hoc negabis, te auream mihi dedisse dono?* Plaut. Asin. *Etiamne? D. Etiam? L. Amplius. D. Nam quo usq; ? L. Usq; ad mortem volo.*

Etiam

Etiam tum, pro etiam tunc.

Significat, Usque ad illud tempus: Inepte verò, *Vsque tunc*, usurpatur. Cic. lib. 2. de Orat. *Omnes etiam tum retinebant illum Periclis succum, sed erant paullò uberiore filo.* Idem, Verr. 4. *Cum isti etiam tum de Sthenio integra tota res esset.* Terent. Hecyr. *Narrat ut virgo etiam tum ab se integra siet.*

Etiamsi.

Prò, *Quamvis*, licet, etiamut: Iungitur Indicativo & Subjunctivo modo, augendi vim habens; ac primùm absolutè. Cic. Att. lib. 7. *Vt boves armenta, sic ego bonos viros, aut eos, quicunque dicentur boni, sequar, etiamsi ruent.* Idem, de Finib. lib. 5. *Facere omnia aut voluptatis causâ, etiamsi eam non consequaris, aut non colendi, etiamsi id assequi nequeas.* Idem, pro Lig. *Etiamsi à Varo & quibusdam aliis prohibiti essetis.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Etiamsi jam pridem vellet, &c.*

Etiamsi, tamen: Etiamsi, certè.

Etiamsi, pro, *Etsi* usurpatur, εἰ καί. Cic.

 Divin

Divin. in Verr. *Ex quâ pecuniâ, etiamsi cuperet Prætor, tamen, ne qua deductio fieret magna ex parte tua potestas erat.* Idem, pro L. Manil. *Cum hostium copiæ non longè absunt, etiamsi eruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur, &c.* Idem, pro Cœl. *Quod (ingenium) sæpe etiamsi industriâ non alitur, valet tamen ipsum suis viribus.* Idem, lib. 1. de Orat. *Etiamsi propriæ non adhibentur artes tamen facilè declaratur, &c.* Idem, pro Rosc. Am. *Ego, etiam, si omnia, quæ dicenda sunt, liberè dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire atque in vulgus emanare poterit.* Idem. de Opt. g. Orat. *Etiamsi est in genere tolerabili, certè non est in optimo.* Idem, pro Flacc. *Speravi, etiamsi honos noster vobis vilior fuisset, salutem certè caram futuram.*

Etiamsi, Nihilominus: Etiamsi, Sed.

Livius, decad. 3. lib. 6. *Cæterum, etiamsi vis absit, nihilominus detestabili exemplo rem agi.* Idem, decad. 4. lib. 8. *In quo considerem equidem causam meam, etiamsi non apud Roma-*

Romanum, sed apud Carthaginensem Senatum agerem.

Nota, *Etiam* crebro adjungi Adverbio *Quin.* lege supra *Quinetiam.*

CONIUNCTIO, *Etsi.*

Καίτοι, Wiewol / obgleich. *Quamvis*, quanquam, licet, tametsi, cum, &c. assumere solent plerunque *Tamen*, sed tamen, veruntamen, &c. Ab *Etsi* particula Cicer. quàmplurimas orditur epistolas, quod qui ignorat, Ciceronem nondum legit.

Etsi, Absolutè.

Cicer. Att. lib. 9. *Do pœnas temeritatis meæ: etsi quæ fuit illa temeritas?* Terent. And. *Ibo, etsi herclè sæpè jam me spes frustrata est.* Idem, Heaut. *Vin' me istuc tibi, (etsi incredibile est) credere?* Livius, decad. 4. lib. 8. *Etsi non ipsi victi erant, suæ gentis hominum cladem pro sua ducebant.*

Etsi, At

Cic. in Orat. *Etsi idem Magister ejus Isocrates, at non Thucydides.* Cæsar. lib. 6. belli Gall. *Etsi pars aliqua circumventa ceciderit at reliquos servari posse confidunt.* Cic. Fam. lib. 9. *Sin nemo utetur operâ nostrâ, tamen & scribere, & legere πολιτείας, etsi minus in curiâ atque in foro, at in literis & libris navare operam Reip. poterimus.*

Etsi, attamen.

Terent. Heaut. *Etsi is quoque suarum rerum sattagit, attamen habet bene, ac pudicè eductam, &c.*

Etsi, tamen.

Cic. pro Mil. *Etsi vereor ne turpe sit timere, tamen hæc nova forma judicij terret oculos meos, &c.* Idem, de Am. *Etsi illis planè orbatus essem, nunquam tamen afferret ætas ipsa mihi solatium.* Id. Fam. lib. 9. *Etsi contentus eram, mi Dolabella, tuâ gloriâ, tamen non possum non confiteri, &c.* Idem, lib. 2. de Finib. *Homines etsi multis aliis, tamen hoc uno à bestiis plurimùm differunt, quòd rationem habeant, &c.*

&c. Livius, decad. 4. lib. 5. *Nam etsi per legatos identidem omnia explorabantur, tamen rumores temerè sine ullis auctoribus orti, multa falsa veris miscebant.*

Pro *tamen*, *sed*, assumitur. Cic. Fam. lib. 9. *Etsi posuisti joco versus Actianos, sed quæ est invidia?*

Etsi, sed tamen.

Cic. Att. lib. 13. *Etsi impediet fortasse Faberius, sed tamen cum licebit, &c.* Ibidem, lib. 7. *Velim me juves consilio, etsi te ipsum istîc jam calere puto: sed tamen quantum poteris.*

Etsi, veruntamen.

Cic. Fam. lib. 7. *Vide quanti apud me sis: etsi jure id quidem: non enim te amore vinco; veruntamen quod præsenti tibi, &c.* Idem, Tusc. 2. *Animadvertebas igitur, etsi tum nemo erat admodùm copiosus: veruntamen versus ab his admisceri orationi.* Terent. Phor. *Etsi facta mihi injuria est veruntamen potius, quàm lites secter, &c.*

CONIUNCTIO, *Idcirco, &* *Ideò,*

Iccirco, & *Ideo* rectè conjunguntur, tum quòd eundem usum & significationem habent, tum quòd iisdem particulis sociantur. Significant autem idem, quod *Propterea*, ob eam rem, eâ re, Διό, darumb/ derhalben.

Idcirco, quòd.

Alij *Iccirco* scribunt. Cic. de Provinc. Coss. *Non hæc idcirco omitto, quòd non gravissima sint, sed quia nunc sine teste dicto.* Idem, Att. lib. 2. *Ego quòd existimabam dispersos nos neque Reip. utiles, neque nobis præsidio esse posse, iccirco ad L. Domitium litteras misi, &c.* Terent. And. *Nam iccirco accersor, nuptiis quòd mihi apparari sensit.*

Nota, Ex his *Iccirco* interdum socias particulas, *Quòd*, & *Quia*, præcedere, interdum subsequi. Cic. Verr. 6. *Nam quia quàm pulcra essent intelligebat, iccircò existimabat ea non ad hominum luxuriam, sed ad ornatum fanorum atque oppidorum esse facta.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Itaque non quòd ullum inde periodum, aut semen majoris belli videat, ideo se, priusquàm provincia decedat, opprimendos duxisse, &c.*

Iccircò, quia.

Cic. de Invent. lib. 1. *Iccirco, Iudices, quia veram causam habebam, brevi peroravi* Idem, pro Rosc. Am. *Tacent iccirco, quia periculum metuunt.* Idem, lib. 2. de Divin. *Sin iccircò possunt provideri, quà certa sunt; & fatalia.*

Iccircò, ut.

Cicer. Fam. lib. 9. *In quo nihil est præter viam longam, quam iccircò non fugiunt, ut & vivant cum suis, & moriantur, &c.* Idem, Fam. lib. 15. *Hæc ego iccirco ad te pluribus scripsi, ut quod maximè volo, existimes me laborare, ut tibi persuadeam, &c.* Idem, Verr. 6. *Idcircò nemo superiorum attigit, ut iste tolleret.*

Iccirco, ne.

Cic. pro Rosc. Com. *Qui iccircò capite & superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur.*

Ideo, quod.

Cicer. Fam. lib. 12. *Filium tuum videre non potui, ideò quòd jam in hiber-*

na erat profectus. Idem. Att.lib.3. *In Epeirum ideò non ivi, quod subiti mihi nuncij venerant, &c.* Idem, Fam.lib.3. *Re quidem ipsâ ideo mihi non satisfacio, quòd, &c.* Livius decad.3.lib.8. *Postulo, ut sententiam mihi ideò non dicenti, quòd si in meam sententiam discedatur, non sit ratum habiturus consul, auxilio sitis.*

Ideò, *Quia.*

Cic.Att.lib.2. *Erant ornata hoc ipso, quòd ornamenta neglexerant, & ut mulieres, ideò bene olere, quia nihil debeant, videbantur.* Plaut.Merc. *Hoc ideo fit, quia, quæ nihil attingunt ad rem, &c.* Terent.Hecyr. *Ideò, quia ut vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris.*

Ideò, ut, &, *Ideône, ut.*

Cic.Verr.6. *Ideò Claudius retulit, ut C. Verres auferre posset?* Ibid. *Omnes ideò putabant, ut miser atque innocens virgis caderetur.* Idem, pro Cæl. *Ideône ego pacem diremi, ut tu amorum fœdera ferires? Ideo aquam adduxi, ut eâ tu inceste uterere? ideò viam munivi, ut eam tu celebrares.*

Ideo,

Ideò ne.

Cic.in Verr.3. *An ideò aliquid contra mulieres fecit, ne totum edictum ad Chelidonis arbitrium scriptum videretur.* Livius, decad. 3.lib. 8. *Qui ne à sacris absit, ideo in sortem tam longinque provinciæ non venit.*

CONIUNCTIO, *Nam.*

Namque, enim, etenim, quippe, &c. ὅτι, γὰρ. Dann. præter alios usus in Anteoccupationibus commodè usurpatur. Cic. pro Cæl. *Nam quod de pietate dixistis, est quidam ista nostra existimatio, &c.* Ibidem, *Nam quod est objectum, municipibus esse adolescentem non probatum suis, &c.* Idem, Att. lib. 9. *Nam quod negas te dubitare, quin magnâ in offensâ sim apud Romo, non video causam, cur ita sit, hoc quidam tempore, &c.*

Nam, in Enumeratione.

Cic.Fam.lib.14. *Me miserum, te ista virtute in tantas ærumnas propter me incidisse, Tulliolamque nostram tantos percipere luctus. Nam quid ego de Cicerone dicam? qui cum primùm sapere cœpit dolores miseriasque percepit,*

&c. Id, pro L. Man. *An ignoratis portum Cajetæ à prædonibus esse direptum: Ex Miseno autem ejus ipsius liberos. Nam quid ego Hostiense incommodum quæram?* Idem, Fam. lib. 5. *Sed certè adhuc non fuimus unâ cum essemus vicini in Tusculano, in Puteolano. Nam quid dicam in urbe?* Idem, sub initium lib. 2 de Divin. ubi suos enumerat libros, subjungit: *Nam quid ego de consolatione dicam?* Terent. Adelph. *Nam illa quæ antehac facta sunt, omitto, &c.*

Nam, in Interrogatione.

Nam vehementiæ gratia in Interrogando subijci solet, Interdum tamen sine interrogatione. Cic. pro Cœl. *Ex quibus requiram, quonam modo latuerint.* Idem, de Nat. Deor. lib. 1. *Num quidnam Solis, aut Lunæ, aut quinque errantium Syderum simile vidisti.* Idem, Partit. *Nam quidnam de Oratore restat?* Idem, Verr. 6. *Sed earum artificem, quemnam?* Idem, pro Mil. *Quonam igitur pacto probari potest, insidias Clodium fecisse?* Idem, Verr. 6. *Quisnam igitur per Deos immortales tuebitur P. Scipionis memoriam?* Terent. Adelph. *Quidnam id est?* Livius,

decad.

cad.3.lib.7. *Cum circumspicerent patres, quosnam consules facerent.* Plaut.Mil. *Num quisnam propè adest? qui rem alienam potius curet, quàm suam?*

CONIUNCTIO, Ne,

Ne, ἦνα μή, Enclitica particula, in dubitando & interrogando usurpanda est. Cic.in Pison. *Iamne vides bellua? jamne sentis*, Idem, Verr.6. *Eone servos immittere ausus es, &c.* Ibid. *Hisne rebus manus afferre non dubitasti? &c.* Id. Fam.lib.4. *Nonne mavis sine periculo domi tua esse, quàm cum periculo domi aliena?* Id. pro Rosc. Am. *Tamen ne hac vita relegatio appellabitur?* Id. pro Mil. *Potuitne Milo jure & ulcisci* (ubi quinquies *potuitne*, ponitur) Liv.dec.1. lib.1. *Estisne vos legati oratoresque missi? &c. Estne populus collatinus in sua potestate? Deditisne vos? &c.* Terent. Adelph. *Estne hic ipsus de quo agebam?* Ibid. *Tum consulis quicquam? siccine agis?*

Ne, *an*: vel, *anne*.

Cic. de Nat. Deor.lib.3. *Tibi permitto respondere ne mihi malis, de singulis quærenti ex te ea, quæ parum accepi, quàm una versam*

versam audire orationem. Idem, pro Balbo. *Verùmne an falsum sit, dubitatur.* Id, Fam. lib. 4. *Romane & domi tua, cujusmodi res esset, an Mitylenis aut Rhodi malles vivere?* Idem, pro Lig. *Cæsari ne Africam tradituri fuissetis, an contra Cæsarem retenturi?* Idem, Tusc. lib. 1. *Nihil mea interest humine an sublimè putrescam.* Ibidem, lib. 1. Off. *Honestum ne factum sit, an turpe, dubitant.*

Cave Subijcias *Aut*, præcedente *Ne*, in hujusmodi locutionibus.

Ne, nec ne: Ne, annon.

Cic. Att. lib. 15. *Sit ne autem excitata, nec ne, tecum cognoscam.* Ibidem, lib. 16. *Romam ne venio? an hîc maneo, an Arpinum?* Terent. Phorm. *Sed is ne est, quem quæro, an non?*

Ne, Neve.

Terent. Adelph. *Ex te adeò est ortum, ne tu curares meum, neve ego tuum.* Livius, decad. 3. lib. 3. *Ne quis adire curiam injussu suo, néve inde egredi possit.* Idem, decad. 3. lib. 1. *Ne genus belli, neve hostem ignoretis.* Plaut. Epid.

pid. *Ne hîc ferâs ambulet, neve usquam venias obviam leni.*

CONIUNCTIO, *Nec*, & *Neque*

Habet utraque disiungendi vim, οὐδὲ, μήτε, Weder/nicht. Interdum *Nec*, pro *Non* usurpatur. Cic. Fam. lib. 7. *Neque fuit alia causa ulla intermissionis litterarum, nisi quòd, ubi esses, planè nesciebam.* Terent. And. *Herus est, neque praviderani.*

Nec, nec.

Cic. Fam. lib. 7. *Res tua ita contracta, ut quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes habeant, i. intricata & impedita, &c.* Idem, pro Lig. *Hac nec hominis, nec ad hominem vox est.* Ibidem, *Nulla de virtutibus tuis nec gratior, nec admirabilior misericordiâ est.* Livius, decad. 1. lib. 1. *His temporibus nec vitia nostra, nec remedia nostra pati possumus.* Ibidem, *Nec satis scio, nec sciam dicere ausim.* Idem, decad. 3. lib. 8. *Nec nocte, nec die quis datur.*

Neque, Neque.

οὔτε, οὔτε Cic. pro Rosc. Am. *Quod si nullam*

nullam societatem neque sceleris, neq; præmij coleras, &c. Id. li. 2. de Orat. *Lucilius homo doctus & perurbanus dicere solebat se ea, quæ scriberet, neq; ab indoctissimis, neq; ab doctissimis legi velle.* Ter. Adelph. *Hæc si neq; ego, neq; tu fecimus.* Liv. dec. 3. li. 2. *Neq; illi terra, nq; mari pax est.* Id. dec. 5. li. 7. *C. Neroni, neq; Q. Fabiū, neq; M. Valerium Lævinum dari collegas posse.*

Neque, Nec.

Cic. pro Lig. *Quanquam neque in hac oratione spes est posita causæ, nec in eorum studiis, qui à te, &c.* Idem, Fam. lib. 3. *Neque enim obscuris personis. nec parvis in causis res agetur.* Plaut. Bacch. *Immò neque habebis, nec sinam.* Terent. Phorm. *Vt neque mihi ejus sit amittendi, nec retinendi copia. &c.* Livius, decad. 3. lib. 4. *Dum neque illi sciant cum paucioribus, nec hi cum pluribus & validioribus rem esse.*

Nec, *Neque.*

Terent. Adelph. *Nec mihi neque omnia hæc sunt, quæ dicit, &c.* Ibid. *Nec faciam, neque me satis piè posse arbitror.* Ibidem, *Nec quid agam, neq; quid respondeam, scio.* Plaut. Amp.

Nec

Nec causam liceat dicere mihi, neque in hero quisquam auxilij sint. Cæsar. lib. 2. de bel. civill. *Nec militibus quidem, ut defessis, neque equitibus: ut paucis & labore confectis studium depugnandum virtusque deerat.*

Neque, neque, nec.

Cic. Verr. 6. *Neque ego nunc istius facta omnia enumerare conor, neque opus est, nec fieri ullo modo potest, &c.*

Nec, &; Neque, &.

Cic. Fam. lib. 4. *Totum tempus ad unius voluntatem accommodandum est, &c. ut puto, nec à me alieni & tibi amicissimi, &c.* Idem, lib. 3. de Leg. *Magistratus nec obedientem, & noxium civem multâ, vinculis, verberibusne coercento.* Cæsar. lib. 3. de bell. civil. *Neque tempus animadversionis, illud esse existimans, & multa eorum virtuti concedens.*

Nec, Sed, (aut) *verùm etiam; Neque, sed: Neque, sed etiam.*

Cic. Fam. lib. 7. *Legitima quadam est accessio commendationis tuæ, nec ea vulgaris,*

sed

Sed cùm aliquo insigni judicio mea erga te benevolentiæ. Idem, Verr.5. *Nec solùm siculi, verùm etiam cæteræ gentes Cererem maximè colunt.* Idem, Fam.lib.9. *Neque Respub. consules haberet sed mercatores provinciarum.* Idem, in Pison.. *Neque eum solùm securi percussisti: sed etiam cæteros legatos, qui simul venerant.* Livius, decad.3.lib.9. *Neque ipsos (adolescentes) modò; sed parentes cognatosque eorum ea cura angebat.*

Nec dum, Neque dum.

Significant, *Nondum.* Cic. Att. lib.6. *Nec dum ego tamen Quintam conveneram, ut si id placeret, &c.* Idem, Tusc.lib.5. *Philosophi summi, nec dum tamen sapientiam consequuti nonne intelligunt in summo se malo esse.* Livius, decad.4.lib.1. *Nec dum quisquam in castra Romana nuncius cladis pervenerat.* Cic.ad Q.Fr. lib.3. *Ejus rei maturitas, neque dum venit, & tamen jam appropinquat,* Livius, decad.3.lib.1. *Nihil de Saguntinis (nec dum enim erant socij vestri) cautum est, &c.* Ibidem, *Neque dum vestris viribus restitistis, neque dum auxilia ab Romanis sperastis.*

Idem,

Idem, decad.3. lib.10. *Nec dum induciarum dies exierat.*

Nec enim: Neque enim.

Pro, *Non enim.* Cic. de Am. *Neque enim sunt isti audiendi qui virtutem duram esse volunt.* Idem, Fam.lib.6. *Neque enim nos arbitror victoriæ præmiis ductos patriam reliquisse, &c.* Idem, Verr.6. *Vt non conferam vitam atque existimationem tuam, cum illius. Neque enim est conferenda, &c.* Idem, pro Rosc. Am. *Neque enim injuriâ metuebat.* Livius, decad.1. lib.1 *Neque enim ad jus regni quicquam præter vim habebat.*

Nec verò, Neque verò.

Interdum vehementius negant. Cic. pro Mil, *Nec verò sic erat nuquam non paratus Milo. &c.* Idem, Fam. lib.9. *Nec verò quicquam video, quod non idem te videre, certò sciam.* Idem, de Nat.Deor.lib.3. *Nec verò scena referta est his sceleribus.* Idem, lib.1. de Orat. *Neque verò mihi quicquam præstabilius videtur.* Idem, lib.1. de Finib. *Nunquam hoc ita defendit Epicurus, neque verò tu, aut quisquam eorum, &c.*

Inser

Interdum in anteoccupationibus usurpatur. Cic. Philipp. 2. *Nec verò tibi de versibus respondebo.* Idem, lib. 1. de Orat. *Neque verò hoc solum dixit, sed ipse & sensit, & fecit.* Idem, pro Cœl. *Neque verò illud me commovet, quod sibi in Lupercis sodalem esse Cœlium dixit, &c.*

CONIUNCTIO, *Nisi.*

Conflata est ex *Non* & *Si*, significans, *Si non*, *εἰ μὴ*, vel præterquàm. Es seye dann. Cic. Att. lib. 7. *Nisi ego insanio, stultè omnia & incaute, scilicet agi judicio.* Ibidem, *Depugnes oportet, nisi concedis.* Terent. Hecyr. *Nisi me animus fallit, hic est annulus, &c.*

Nisi, pro, præterquàm, *Sed, veruntamen, tamen.*

Cic. de Am. *Negat quenquam virum bonum esse, nisi sapientem.* Ibidem, *Nisi in bonis non potest esse amicitia.* Idem, pro Planc. *Nihil amplius dico, nisi me in Siciliam venire nolle.* Idem, Att. lib. 1. *Cætera si reprehenderis, non feres tacitum: nisi quid erit ejusmodi,*

modi, quod sine sumtu corrigi possit. Idem, Fam.lib.13. *De re nihil possum judicare, nisi illud mihi certè persuadeo, te talem virum nihil temerè fecisse.* Ibidem, *Nec cur ille tantopere contendat, video, nisi tamen multò minus concedi potest.* Cic. Att.lib.5. *Nihil mihi gratius facere potes, nisi tamen id erit mihi gratissimum, si, quæ tibi mandavi, confeceris.* Plaut. *Vnde hæc cistula igitur est, nisi abs te.* Terent.Hecyr. *Ex quo censes peperisse, nisi ex illo, cui data est nuptum?*

Nisi quòd, nisi, quia.

Cic.de Am. *Nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quòd tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia.* Idem, pro Rosc.Am. *Nisi hoc indignum putas, quòd vestitum sedere in judicio vides.* Id.Fa.l.9. *Nihil video, quod timeam, nisi quòd omnia sunt incerta.* Idem, de Finib.lib.5. *Memento, te, quæ nos sentiamus, omnia probare, nisi quòd verbis aliter utamur.* Terent.Adelph. *Nescio, nisi, quia tam miserè hoc esse cupio verum, eò vereor magis.* Idem, Eun. *Non dubium est,*

est, quin mihi magnum malum ex hac re sit, nisi quia necesse fuit, hoc facere, &c.

Nisi ut, Nisi ut ne.

Id est, *Nisi non.* Cic. Fam. lib. 9. *Non facilè dijudicatur amor verus & fictus, nisi aliquod incidat ejusmodi tempus, ut quasi aurum igne, &c.* Idem, ad Qu. Fr. lib. 1. *Nihil agam, nisi ut audiam doctorem tuum.* Idem, 4. Acad. *Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi ut in utramque partem, &c.* Idem, Att. lib. 13. *Quicquam ne me putas curare in toto, nisi ut ei ne desim?* Livius, decad. 1. lib. 6. *Quid sequitur, nisi ut ne beneficium quidem debeat populo, si cum duobus, &c.* Terent. Hecyr. *Quid restat nisi porrò ut miser sim?*

Nisi, si.

Pro, *Nisi.* ἐκτὸς εἰ μὴ *&c.* Cic. lib. 2. de Orat. *Miseros eludi nolunt, nisi si se jactant.* Terent. Adelph. *Quod peccatum à nobis ortum est, corrigo, Nisi si me in illo credidisti hominum numero esse, &c.* Idem, And. *Repudiatus repetor, quamobrem? nisi si id est, quod suspi-*

cor aliquid monstri alunt, Es sey dann daß/ 2c. Livius, dec.3.lib.6. *Quid autem solum se restantem profuisse Reipubl. potuisse; nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura esse potuisset.*

Nisi quis, nisi si quis.

Pro, *Nisi aliquis*. Cic. Att. lib. 1. *Nisi quis Deus nos respexerit.* Idem, Brut. *Nec verò habeo quenquam antiquiorem, nisi quem Appij oratio fortè delectat.* Idem, Fam. lib. 14. *Noli putare me ad quenquam longiores epistolas scribere, nisi si quis ad me plura scripsit, &c.* Idem, de Am. *Ortum quidem amicitiæ videtis, nisi quid ad hæc fortè vultis.* Terent. And. *Causa optima est, nisi quid pater aliud ait.*

Nisi, non: Nisi, nunquam.

Cic. Fam. lib. 1. *Quoniam tu, nisi perfectâ re, de me non conquiêsti.* Idem, 4. Acad. *Nisi verò Ennium non putamus ita totum illud audivisse.* Idem, de Am. *Hoc primùm sentio, nisi in bonis amicitiam consistere non posse.* Ibidem, *Amicitia dirimi, nisi detestabili scelere, non potest.* Cæsar. lib. 1. de bell. Gall. *De repub. nisi per consilium loqui non conceditur.*

Cic.pro Cœl. *Nisi inimicissimus illius sceleris fuisset, nunquam conjurationis accusatione adolescentiam suam potissimùm commendare voluisset.*

Nisi fortè, Nisi verò.

Cic.pro Mil. *Nisi fortè, quia perfecta res non est, non fuit punienda, perinde quasi exitus rerum non hominum consilia, legibus vindicentur.* Ibidem, *Nisi fortè hoc etiam casu factum esse dicimus, ut ante ipsum sacrarium bonæ Deæ, &c. primùm vulnus acceperit, &c.* Ib. *Nisi verò, aut ille dies, quo Tib. Gracchus est cæsus, &c. Rempub. tamen non vulnerarant* Idem, pro Syllâ. *Nisi verò paucos fuisse arbitramini qui conati, aut sperare possent se tantum imperium posse delere.* Idem, pro Domo, *Nisi fortè exte ita quæsitium est.*

Seruiunt Ironiæ.

Coniunctio *Quanquam.*

Etsi, Tametsi, Καίτοι, καίπερ, Wiewol/ obwol. Interdum absolutè ponitur, respiciens eamagis, quæ dicta sunt, quam quæ discenda sunt. Cic.pro Mil. *Quanquã quis hoc credat Cn.Pompejum judicium expectaturum*

*turum fuisse,&c.*Idem,lib.2.de Orat.*Quanquam cum professus sis,te id posse facere,quod pauci, ne id quidem negligendum est, &c.* Ibidem,*Quanquam te quidem quid hoc doceam? qui in accusando sodali tantum incendium concitâras.&c.* Idem,Verr.6. *Ede mihi scriptum,quid argenti parâris,&c.quid sit? Quanquam non debebam ego abs te has literas poscere,* Livius, Dec.3.lib.3. *Inter Coss. ita per literas convenit, ut quemadmodum uno animo Remp. gessissent, ita, quanquam ex diversis regionibus convenirent, uno tempore ad urbem accederent.* Idem,decad.3.lib.9. *Si quanquam regno pulsus esset, cum haud contemnendis copiis affuturum,&c.*

Quanquam,tamen: Quanquam, sed.

Cic.Fam.lib.5. *Quanquam ipsa consolatio litterarum tuarum mihi gratissima est: tamen illum fructum ex litteris tuis cepi.*Id.pro L. Manil. *Quanquam mihi semper frequens conspectus vester. &c. tamen hoc aditu audis, &c.* Idem, de Orat.lib.2.*Quanquam ita se rem*

haberre arbitrarentur, tamen quò faciliùs nos prædicarent. Ibidem, *Quanquam sæpè ex patruo nostro acceperamus, tamē ipse adolescentul⁹ multa ex eo sæpe quæsivi, &c.* Idem, pro Mil. *Quanquam hæc quidem jam tolerabilia videbantur, &c. sed nescio, &c.* Idem, Att. lib. 10. *Quanquam ipsum non videram, sed ex familiarissimo ejus audiebam.* Livius, decad 3. lib. 8. *Id quanquam negligentiâ humanâ acciderat, tamen & hostiis majoribus procurari & supplicationem ad Vestæ haberi placuit.* Ibidem, *Atque ego, quanquam nullum scelus rationem habet, tamen ut in re nefariâ, quæ mens, quod consilium vestrum fuerit, scire velim.*

Quanquam, Veruntamen.

Cic. Att. lib. 12. *Quanquam quid ad me? Veruntamen Pansæ profectionem scribes, cum scies;* Terent. Eun. *Quanquam illam cupio adducere, &c. Veruntamen potius, quàm te inimicum habeam, faciam ut jusseris.*

Quanquam, sed tamen; (seu) *sed certè.*

Cic. de Orat. lib. 3. *Quanquam sunt o-*
mnes

mnes virtutes æquales & pares: sed tamen est species alia magis aliâ formosa, & illustris. Idem, Fam.lib.1. *Quanquam tua quidem causâ, &c. ut debeo lætor: sed certè qui tibi ex me fructus debentur, eos uberiores & præstantiores præsens accipere potuisses.*

CONIUNCTIO *Quamvis.*

Quamvis, Adversativæ vim habet, significãs, *Etsi, etiamsi, licet, quanquam, &c.* εἰ καὶ. Obschon/ob wol. Ponitur aliàs, Absolutè. Cic. de Am. *Doctorum est ista consuetudo eaque Græcorum ut iis id proponatur, de quo disputent, quamvis subitò.* Virgil. 3. Æn. *Quamvis increpitent socij.* Idem, Eclog. 1.

Quamvis multa meis exiret victima septis, &c.

Quamvis, pro *Quantumvis.*

In qua significatione tum Nominibus tum Adverbiis, associatur. Cic. pro Rosc. Am. *Quasi verò mihi difficile sit, quamvis multos nominatim proferre.* Id. Verr. 4. *Investigare, adire, quidvis facere in ejusmodi rebus, quãvis callidè, quãvis audacter, quanvis impudenter.*

Quanvis, pro, Etiamsi, adjunctum particulis, *Tamen*, *Attamen*, *Certè*.

Cic. pro Rosc. Am. *Quamvis ille felix sit, sicut est, tamen, in tanta felicitate nemo, &c.* Idem, Fam. lib. 9. *Quamvis enim hæc sint misera, quæ sunt miserrima, tamen artes nostræ, &c.* Idem, pro Lig. *Vide constantiam Tuberonis, quam ego, quamvis ipse probarem, ut probo, tamen non commemorarem, nisi à te cognovissem.* Idem, Philipp. 2. *Res bello gesserat, quanvis Reip. calamitosas, attamen magnas.* Idem, Fam. lib. 16. *Quanvis non fueris suasor, & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti.*

CONIUNCTIO *Quod*.

Construi quidem solet cũ Indicativo, sed frequentiùs cum Conjunctivo. Eleganter antem subijcitur Antecedentibus particulis. *Hoc, Illud, id*; aut similibus. Cic. Att. lib. 3. *Quòd ad me scribis, per mihi gratum est.* Ibidem, *Vtinam illum diem videam, quum tibi agam gratias, quòd me vivere coëgisti.* Idem,

dem, pro Rosc. Am. *Accedit illa quoque causa, quòd à cæteris forsitan ita petitum sit, ut, &c.* Terent. Adelph. *Vt id ostenderem, quòd te isti facilem, & festivum putant, id non fieri ex verâ vitâ. &c.*

Quòd, Antecedente, *Nihil est*, vide supra, *Nihil est quòd.*

Cic. in Pison. *Nihil est, quòd me invites.* Idem, Fam. lib. 14. *In viam quòd te des hoc tempore, nihil est.*

Quòd, pro, *Quia.*

Tam in Indicativo modo: Quàm Conjunctivo. Cic. pro Rosc. Am. *Ita fit, ut adsint propterea, quòd officium sequuntur.* Ibidem, *Deinde quòd cæterorum neque dictum obscurum potest esse, neque temerè dicta concedi.* Idem, Verr. 6. *Tertia est urbs, quæ, quòd in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit, Tycha nominatur.* Cic. de Div. li. 2. *Cato mirari se dicebat, quòd non videret aruspex, aruspicem cũ vidisset.* Liv. dec. 1. l. 1. *Id minus, quòd jam alienis cladibus ceciderant animi, certaminis fuit.*

Quod, eò.

Si sic junguntur, tum Eò significat Iccirco, vel, Itaq;. Cic. 1. Verr. *An quòd probare populo Rom. fidem vestram & religionem non potueritis, eò vobis judicandi potestas erepta sit.*

Quòd si, Certè, Profectò.

Cic. Att. lib. 1. *Quod si tibi unquam sum visus in Repub. fortis, certè me in ulla causa admiratus esses.* Idem, Fam. lib. 10. *Quòd si vobis istic non defueritis, profectò quod ad me attinet, omnibus rebus abundè satisfaciam.*

Quòd si, tamen, Quòd si, tamen certè.

Cic. Fam. lib. 7. *Quòd si tibi liceret me accusare, tamen non debebas.* Idem, lib. 3. de Finib. *Quòd si de artibus concedamus, virtutis tamen non sit eadem ratio.* Idem, Fam. lib. 3. *Quòd si essem ea perfidiâ, quâ sunt ij, qui in nos hæc conferunt, tamen eâ stultitiâ, certè non fuissem, ut aut, &c. ostenderem voluntatem nocendi.*

Quòd si, Nihilo minus: Quod si, vel, sin.

Cic. Fam. lib. 10. *Quod si nihil profecero, nihilo-*

nihilo minus maximo sum animo. Idem, Fam. lib. 14. *Quod si nos ad aliquam spem fortuna reservavit, minus est erratum à nobis: Sin hæc mala fixa sunt, ego verò cupio, &c.*

CONIUNCTIO, *Quò.*

Varia significat, Interdum Absolutè usurpatur. Terent. Adelph. *Tibi eos certè scio, quò vir melior multò es, quàm ego, obtemperaturos magis.* Cic. pro Cæl. *Non quò aut ingenia deficiant, aut doctrina puerilis, &c.* Liv. dec. 3. lib. 8. *Non quò verba unquam potius, quàm res exercuerim.* Idem, dec. 4. lib. 4. *Quò plures sumus, pluribus rebus egemus.*

Quò hoc; Quo eò.

Vide supra Eò, quò. Pro *Tantò, Quantò* capiuntur. Cic. 1. Off. *Quò difficilius, hoc præclarius,* Idem, pro Rosc. Com. *Quò quisque est ingeniosior, hoc docet laboriosius.* Ter. Eu. *Non quò quenquam plus amem, aut plus diligam eò feci.* Cic. pro Quint. *Qua quo plura sunt, te meliore mente nostra verba audire oportebit.* Idem, pro Rosc. Am. *Est quid iam quod occultatur: quod, quò studiosius ab ipsis opprimitur & absconditur, eò magis eminet & apparet.* Li-

vius, decad.3.lib.3. *Quò propius spe belli perficiendi sit, eò magis omni ope Annibalem juvandum esse.* Idem, decad.3.lib.7. *Quò minus suspectus, eò solutior erat.*

Quò, (pro *ut*,) *Iccirco.*

Cic. Att. lib.1. *Lucullus de suis historiis dixerat, se, quò facilius eas probaret esse Romani hominis, iccirco barbara quædam & obsoleta dispersisse.*

Quo minus, pro, *Ne.*

Cic. Fam. lib. 11. *Interpellent me quòminus honoratus sim, dùm ne interpellent, quomodo Respub. à me commodè administrari possit.* Idem, lib.2. de Orat. *Non repugnabo, quominus omnia legant.* Idem, 1. Catil. *Quæ religio C. Mario fuerit, quòminus C. Glauciam prætorem occideret.* Idem, pro Rosc. Am. *Impedimento est, quòminus de his rebus Sylla doceatur.* Livius, decad.3. li.8. *Consul negabat æquum esse, tribunos intercedere: quòminus suo quisq; loco Senator rogatus, sententiam diceret.*

Quò minus, pro, *Quantò minus.*

Cic.

Cic.pro Quint. *Quòminus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparavi.* Id. lib.3. de Finib. *Scelerata illa vox eorum ducitur, qui negant se recusâsse, quòminus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur.*

Quò ut. Quò, *Sed ut.*

Cic.2.de Orat. *Quò etiam feci libentius, ut eum sermonem mandarem litteris,&c.* Idem, Fam.lib.7. *Non quò haberem magnoperè quid scribam, sed ut loquerer tecum absens.* Idem, Verr.6.*Rex id cælatum voluerat, non quò quicquam metueret, aut suspicaretur, sed ut ne multi illud ante perciperent oculis quàm populus Romanus.*

Quò, cum loci habet significationem, reperies suprà inter Adverbia.

Coniunctio, *Si.*

Habet varios usus in oratione; minus noti puerili ætati sunt, qui sequuntur.

Si, pro, *An.*

Cic.lib.2.de Orat. *Vide, Scaure, mortuus*

rapitur, Si potes esse possessor. Idem, lib. 2. de Divin. *Experiamur igitur, Si possimus, cornua commovere disputationis tuæ.* Idem, Att. lib. 12. *Delatus est ad me fasciculus: solvi, si quid ad me literarum; nihil erat.* Terent. Heaut. *Visam, si domi est.*

Nota, *Si*, verbis, *Dubito*, *Nescio*, *Quæro*, *haud scio*, *scire velim*, & id genus aliis, non adjungi, nisi præcedente Negatione: *Sed* pro *Si*, *An*, *Ne*, *Utrum*, *Nunquid*: Cujus rei exempla quære singula locis suis. Ineptè igitur dixeris, *Dubito, si facere debeam*: *Et*, *quæro, si tibi placeat*; pro, *Dubito an*, vel, *utrùm faciam*: *quæro, an placeat*, *&c.*

Si, Præposita, & Postposita.

Pro nominibus maximè: Cic. ad Att. lib. 16. *Credo malè eum intellexisse, si quisquam malè intelligit.* Idem, Fam. lib. 14. *Dat operam, ut valeatis si nos vultis valere.* Idem. Fam. lib. 13. *Id si à vobis impetràro.* Ibidem, *Id si feceris, erit mihi pergratum.*

Si, pro, *Etiamsi*.

Cic. pro Quint. *Certos mihi fines terminosque*

nosque constituam, extra quos egredi non possim, si maximè velim. Idem, pro Rosc. Am. *Non si me in Sicariorum gregem contuli, sum Sicarius.* Ibidem, *Ita vixerunt, ut testes omnes, si cuperent, interficere non possent.* Idem, Verr. 6. *Non possum dispositè istum accusare, si cupiam, &c.* Idem, lib. 5 de Finib. *Nec tamen Epicuri licet oblivisci si cupiam.* Plaut. Bacch. *Abire hinc nullo pacto possum si velim, ita me vinctum attinet, &c.*

Si, Tamen; Si non, tamen, vel attamen.

Cic. pro Rosc. Am. *Vt si dissimulare omnes cuperent se scire &c. tamen ipse apertum ob oculos poneret.* Idem, pro Lig. *Si honesto & misericordi mendacio saluti civis consultum esse vellemus, tamen hominis non esset, in tanto, &c.* Idem, pro Balbo. *Si aliquid contrà ac liceret factum diceretur, &c. tamen esset omnis ejusmodi mali reprehensio à vobis repudianda.* Idem, pro Cluent. *Atque ea, si oblivione non posset, tamen taciturnitate sua rectè esse pateretur.* Idem, Fam. lib. 4. *Si hoc tempore non suum diem obiisset, paucis post annis tamen ei*

 me-

moriendum fuit. Ibidem, lib. 9. *Cum spe, si non optimâ, at aliqua tamen vivere.* Livius, dec. 3. lib. 3. *Cui si omnia prospera evenirent, non tamen ociosam provinciam fore.* Idem, decad. 3. lib. 8. *Si nihilo maturius hoc modo perficeretur bellum, tamen ad dignitatem P. Romani, famamq; apud reges gentesq; externos pertinet.*

Si, certè.

Cic. pro Mil. *Si tempus est ullum occidendi hominis, qua multa sunt: certè illud est non modò justum: sed etiam necessarium, cum vis illata defenditur.* Idem, pro Lig. *Si esset alicujus hominis, ejus certè non esset, qui in eadem causâ & fortunâ fuisset.* Idem, Att. lib. 19. *Quod si tibi unquam sum visus in Repub. fortis: certè me in illâ causâ admiratus esses.* Idem, lib. 3. de Finib. *Erat enim si cujusquam, certè tuum, nihil præter virtutem in bonis ducere.* Livius, dec. 3. lib. 8. *Si nulla aliâ re, modestiâ certè & temperamento lingua adolescens senem vincam.*

Si, profectò, Si, verò, Si, tum: Si, tum verò.

Cic.

Cic. pro Cœl. *Si quis fortè nunc adsit, &c. miretur profectò, quæ sit tanta atrocitas hujusce causa.* Idem, pro Rosc. Am. *Sin autem id actum est, & iccirco arma sumpta sunt, &c. tum verò in isto bello subactus suppressusque est Popul. Romanus.* Idem, lib. 1. de Orat. *Sed is, si quis esses, aut si etiam unquam fuisset, aut verò si esse posset, tu esses unus profectò, &c.* Idem, Fam. lib. 7. *Quas si, ut volumus, exceperimus, ego verò multam Salutem, & foro dicam & curia.* Ibidem, lib. 15. *Si quisquam fuit unquam remotus, & naturâ, &c. ego profectò is sum, &c.* Livius, decad. 3. lib. 2. *Si sciens fallo, tum me Iupiter, Optim. Max. domum, familiam, remque meam pessimo letho afficias.* Cic. Fam. lib. 2. *Quod oppidum, si ut spero, cepero, tùm verò literas publicè mittam.*

Si non, at: Si non, attamen.

Cic. lib. 2. de Orat. *Is si non planè artem, at quasi artem quandam invenerit.* Idem, Fam. lib. 6. *Eorum desiderium si non æquo animo, at forti feras.* Idem, pro Rosc. Am. *Causam pro Roscio si non commodè at li-*

a litterè dui, Idem, Off. lib.1. *Omnis erit adhibenda diligentia ut ea si non decorè, at quam minimum indecorè facere possimus.* Idem. in Orat. *Si non perfectio, at conatus tamen, atque admiratio, &c.* Idem, li.3. de Orat. *Si nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam debitamque referamus, &c.*

Si non, certè: Si non, at certè.

Cic. Att. lib.3. *Si non plus ingenio valebas, quàm ego, certè timebas minus.* Idem, Fam. lib.4. *Victi sumus igitur, aut si vinci dignitas non potest, fracti certè & abjecti.* Idem, Fam. lib.15. *Vno prælio putaremus si non totam causam, ac certè nostrum judicium definiri, &c.* Livius. decad.3. lib.1. *Quem nisi Saguntinum scelus agitaret, respiceret profectò si non patriam victam, domum certè, pacemque & fœdera Amilcaris manu scripta.*

Si non, Saltem; Si non, at saltem.

Cic. Verr.3. *Venit in judicium: Si nihil aliud saltem, ut eum, &c. paulò obsoletius vestitum*

cum videret. Idem, Fam. lib. 9. *Vtinam quietis temporibus, atque aliquo, si non bono at saltem certo statu civitatis hæc inter nos studia exercere possemus, &c.* Plaut. Trinum. *Id optimum, iuteutisis optimus. Si id nequeas, saltem ut optimis sis proximus.*

Si minus, at: Si minus, tamen.

Cic. Fam. lib. 7. *Si minus supplicio affici: at custodiri oportebat.* Idem, Fam. lib. 9. *Si minus in Curia atque in foro, at in litteris & libris.* Ibidem, *Si minus contigerit, tamen non possum eum non diligere, &c.* Ibidem, lib. 6. *Sin tu minus scripseris ego tamen omnia summo studio diligenterque curabo, &c.* Idem, de Provinc. Coss. *Quibus rebus ego si minus assentiebar, tamen illius mihi judicium gratum esse debeat.*

Sin minus, attamen: Sin minus, certè.

Cic. de Orat. lib. 3. *Hic noster vulgaris orator, Si minus erit doctus attamen in dicendo exercitatus.* Idem, Fam. lib. 2. *Propter nostram suffragationem si minus potentem, at probatam*

a libere dici, Idem, Off. lib.1. *Omnis erit adhibenda diligentia ut ea si non decorè, at quàm minimum indecorè facere possimus.* Idem. in Orat. *Si non perfectio, at conatus tamen, atque admiratio, &c.* Idem, li.3. de Orat. *Si nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam debitámque referamus, &c.*

Si non, certè: Si non, at certè.

Cic. Att. lib.3. *Si non plus ingenio valebas, quàm ego, certè timebas minus.* Idem, Fam. lib.4. *Victi sumus igitur, aut si vinci dignitas non potest, fracti certè & abjecti.* Idem, Fam. lib.15. *Uno prætoputarem us si non totam causam, ac certè nostrum judicium definiri, &c.* Livius, decad.3. lib.1. *Quem nisi Saguntinum scelus agitaret, respiceret profectò si non patriam victam, domum certè, pacemque & fœdera Amilcaris manu scripta.*

Si non, Saltem; Si non, at saltem.

Cic. Verr.3. *Venit in judicium: Si nihil aliud saltem, ut eum, &c. paulò obsoletius vestium*

cum videret. Idem, Fam. lib. 9. *Vtinam quietis temporibus, atque aliquo, si non bono, at saltem certo statu civitatis hac inter nos studia exercere possemus, &c.* Plaut. Trinum. *Id optimum, tute ut sis optimus. Si id nequeas, saltem ut optimis sis proximus.*

Si minus, at: Si minus, tamen.

Cic. Fam. lib. 7. *Si minus supplicio affici: at custodiri oportebat.* Idem, Fam. lib. 9. *Si minus in Curia atque in foro, at in litteris & libris.* Ibidem, *Si minus contigerit, tamen non possum eum non diligere, &c.* Ibidem, lib. 6. *Sin tu minus scripseris ego tamen omnia summo studio diligenterque curabo, &c.* Idem, de Provinc. Coss. *Quibus rebus ego si minus assentiebar, tamen illius mihi judicium gratum esse debeat.*

Sin minus, attamen: Sin minus, certè.

Cic. de Orat. lib. 3. *Hic noster vulgaris orator, Si minus erit doctus attamen in dicendo exercitatus.* Idem, Fam. lib. 2. *Propter nostram suffragationem si minus potentem, at probatam*

a li.erè dui, Idem, Off. lib.1. *Omnis erit adhibenda diligentia ut ea si non decorè, at quam minimum indecorè facere possimus.* Idem. in Orat. *Si non perfectio, at conatus tamen, atque admiratio, &c.* Idem, li.3. de Orat. *Si nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam debitamque referamus, &c.*

Si non, certè: Si non, at certè.

Cic. Att. lib.3. *Si non plus ingenio valebas, quàm ego, certè timebas minus.* Idem, Fam. lib.4. *Victi sumus igitur, aut si vinci dignitas non potest, fracti certè & abjecti.* Idem, Fam. lib.15. *Vno prætio putaremus si non totam causam, ac certè nostrum judicium defi iti, &c.* Livius. decad.3. lib.1. *Quem n si Saguntinum scelus agitaret, respiceret profectò si non patriam victam, domum certè, pacemque & fœdera Amilcaris manu scripta.*

Si non, Saltem; Si non, at saltem.

Cic. Verr.3. *Venit in judicium: Si nihil aliud saltem; ut eum, &c. paulò obsoletius vestitum*

cum videret. Idem, Fam. lib. 9. *Vtinam quietis temporibus, atque aliquo, si non bono at saltem certo statu civitatis hæc inter nos studia exercere possemus, &c.* Plaut. Trinum. *Id optimum, ut tu sis optimus. Si id nequeas, saltem ut optimis sis proximus.*

Si minus, at: Si minus, tamen.

Cic. Fam. lib. 7. *Si minus supplicio affici: at custodiri oportebat.* Idem, Fam. lib. 9. *Si minus in Curia atque in foro, at in litteris & libris.* Ibidem, *Si minus contigerit, tamen non possum eum non diligere, &c.* Ibidem, lib. 6. *Sin tu minus scripseris ego tamen omnia summo studio diligenterque curabo, &c.* Idem, de Provinc. Coss. *Quibus rebus ego si minus assentiebar, tamen illius mihi judicium gratum esse debeat.*

Sin minus, attamen: Sin minus, certè.

Cic. de Orat. lib. 3. *His noster vulgaris orator, Si minus erit doctus attamen in dicendo exercitatus.* Idem, Fam. lib. 2. *Propter nostram suffragationem si minus potentem, at probatam*

a libere dici, Idem, Off. lib.1. *Omnis erit adhibenda diligentia ut ea si non decorè, at quam minimum indecorè facere possimus.* Idem. in Orat. *Si non perfectio, at conatus tamen, atque admiratio, &c.* Idem, li.3. de Orat. *Si nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam debitamque referamus, &c.*

Si non, certè: Si non, at certè.

Cic. Att. lib.3. *Si non plus ingenio valebas, quàm ego, certè timebas minus.* Idem, Fam. lib.4. *Victi sumus igitur, aut si vinci dignitas non potest, fracti certè & abjecti.* Idem, Fam. lib.15. *Uno præterea putaremus si non totam causam, ac certè nostrum judicium defiriri, &c.* Livius. decad.3. lib.1. *Quem nisi Saguntinum scelus agitaret, respiceret profectò si non patriam victam, domum certè, pacemque & fœdera Amilcaris manu scripta.*

Si non, Saltem; Si non, at saltem.

Cic. Verr.3. *Venit in judicium: Si nihil aliud saltem; ut eum, &c. paulò obsoletius vestitum*

cum videret. Idem, Fam. lib. 9. *Vtinam quietis temporibus, atque aliquo, si non bono at saltem certo statu civitatis hæc inter nos studia exercere possemus, &c.* Plaut. Trinum. *Id optimum, iuteutisis optimus. Si id nequeas, saltem ut optimis sis proximus.*

Si minus, at: Si minus, tamen.

Cic. Fam. lib. 7. *Si minus supplicio affici: at custodiri oportebat.* Idem, Fam. lib. 9. *Si minus in Curia atque in foro, at in litteris & libris.* Ibidem, *Si minus contigerit, tamen non possum eum non diligere, &c.* Ibidem, lib. 6. *Sin tu minus scripseris ego tamen omnia summo studio diligenterque curabo, &c.* Idem, de Provinc. Coss. *Quibus rebus ego si minus assentiebar, tamen illius mihi judicium gratum esse debeat.*

Sin minus, attamen: Sin minus, certè.

Cic. de Orat. lib. 3. *His noster vulgaris orator, Si minus erit doctus attamen in dicendo exercitatus.* Idem, Fam. lib. 2. *Propter nostram suffragationem si minus potentem, at probatam*

moriendum fuit. Ibidem, lib. 9. *Cum spe, si non optimâ, at aliqua tamen vivere.* Livius, dec. 3. lib. 3. *Cui si omnia prospera evenirent, non tamen ociosam provinciam fore.* Idem, decad. 3. lib. 8. *Si nihilo maturius hoc modo perficeretur bellum, tamen ad dignitatem P. Romani, famamq; apud reges gentesq; externos pertinet.*

Si, certè.

Cic. pro Mil. *Si tempus est ullum occidendi hominis, quæ multa sunt: certè illud est non modò justum: sed etiam necessarium, cum vis illata defenditur.* Idem, pro Lig. *Si esset alicujus hominis, ejus certè non esset, qui in eadem causâ & fortunâ fuisset.* Idem, Att. lib. 19. *Quod si tibi unquam sum visus in Repub. fortis: certè me in illâ causâ admiratus esses.* Idem, lib. 3. de Finib. *Erat enim si cujusquam, certè tuum, nihil præter virtutem in bonis ducere.* Livius, dec. 3. lib. 8. *Si nulla aliâ re, modestiâ certè & temperamento linguæ adolescens senem vincam.*

Si, profectò, Si, verò, Si, tum: Si, tum verò.

Cic.

Cic. pro Cœl. *Si quis fortè nunc adsit, &c. miretur profectò, quæ sit tanta atrocitas hujusce causa.* Idem, pro Rosc. Am. *Sin autem id actum est, & iccirco arma sumpta sunt, &c. tum verò in isto bello subactus suppressusque est Popul. Romanus.* Idem, lib. 1. de Orat. *Sed is, si quis esset, aut si etiam unquam fuisset, aut verò si esse posset, tu esses unus profectò, &c.* Idem, Fam. lib. 7. *Quas si, ut volumus, exceperimus, ego verò multam Salutem, & foro dicam & curia.* Ibidem, lib. 15. *Si quisquam fuit unquam remotus, & naturâ, &c. ego profectò is sum, &c.* Livius, decad. 3. lib. 2. *Si sciens fallo, tum me Iupiter, Optim. Max. domum, familiam, remque meam pessimo letho afficias.* Cic. Fam. lib. 2. *Quod oppidum, si ut spero, cepero, tùm verò literas publicè mittam.*

Si non, at : Si non, attamen.

Cic. lib. 2. de Orat. *Is si non planè artem, at quasi artem quandam invenerit.* Idem, Fam. lib. 6. *Eorum desiderium si non æquo animo, at forti feras.* Idem, pro Rosc. Am. *Causam pro Roscio si non commodè at li-*

tum videret. Idem, Fam. lib. 9. *Vtinam quietis temporibus, atque aliquo, si non bono at saltem certo statu civitatis hæc inter nos studia exercere possemus, &c.* Plaut. Trinum. *Id optimum, ut tu utisis optimus. Si id nequeas, saltem ut optimis sis proximus.*

Si minus, at: Si minus, tamen.

Cic. Fam. lib. 7. *Si minus supplicio affici: at custodiri oportebat.* Idem, Fam. lib. 9. *Si minus in Curia atque in foro, at in litteris & libris.* Ibidem, *Si minus contigerit, tamen non possum eum non diligere, &c.* Ibidem, lib. 6. *Sin tu minus scripseris ego tamen omnia summo studio diligenterque curabo, &c.* Idem, de Provinc. Coss. *Quibus rebus ego si minus assentiebar, tamen illius mihi judicium gratum esse debeat.*

Sin minus, attamen: Sin minus, certè.

Cic. de Orat. lib. 3. *Hic noster vulgaris orator, Si minus erit doctus attamen in dicendo exercitatus.* Idem, Fam. lib. 2. *Propter nostram suffragationem si minus potentem, at probatam*

batam tamen,&c. Idem,lib.2.de Orat. *Omnis mea cura solet in hoc versari semper, si possim,ut boni aliquid efficiam dicendo e Sin id minus,ut certè ne quid mali.* Idem,Att.lib.12. *Si mihi minus proficio: Simulationi certè faciō satis.* Idem.Verr.6. *Si minus ejusmodi quispiam venari poterant, illa quidem certè pro lepusculis capiebantur.*

Si minus, absolutè.

Cic. Fam. lib.12. *Huic tu libro maximè velim ex animo sin minus, gratiæ causâ, suffragere.* Idem, Att.lib.13. *Epistolam Cæsaris nisi, si minus legisses.* Id.Fam.lib.2. *Si ex sententiâ successerit, benè erit opera posita, sin minus, &c.* Idem,Off.lib.1. *Quæ ut concurrant omnes optabile est: Si minus, plures causæ, majoresque ponderis plus habebunt.*

Si maximè.

Cic. de Finib. lib. 1. *Qui autem, si hoc maximè placeat, moderatiùs tamen id volunt fieri,&c.* Idem, Verr.4. *Si maximè statuæ dejectæ essent.* Idem, pro Quint. *Si maximè vellem.* Idem, Verr.6. *Vt si maximè esset inventus, qui in se istius culpam crimenque suscipe-*

suscipere vellet, tamen is proficere nihil posset.

Si quidem, conjunctum.

Pro, *Quandoquidem, Quoniam.* Cic. pro Mil. *Siquidem eo die Romani venturus erat.* Idem, Fam. lib. 9. *Gratulor Baiis nostris, siquidem ut scribis, &c.* Idem. Att. lib. 6. *Industria tua praeclarè ponitur: siquidem id egisti, ut ego delectarer.*

Si quidem, distractum.

Pro, *Si tamen. Quippe Si,* ponitur. Cic. 1. Catil. *O fortunatam Rempub. si quidem hanc sentinam ejecerit.* Idem, pro Flacco. *O pastores, cupidos litterarum, si quidem nihil istis prater litteras abstulerunt.* Plaut. Menaec. *Quem ego hominem, si quidem vivo, vitâ develpam suâ.*

Si Diis placet: Si ita placet.

In Irrisione, seu εἰρωνείᾳ usurpari solent. Cic. pro Rosc. Am. *Alter, si Diis immortalibus placet, testimonium dicturus est: quasi verò id nunc agatur, &c.* Idem, pro Flacc. *Nimia pietatis & summi amoris in patriam vicissim nos poenas, si ita*

si ita placet, sufferamus. Idem, lib. 2. de Fin. *Quoniam, si Diis placet, ab Epicuro loqui discimus.* Terent. Eun. *Virum bonum Parmenonem incedere video, vide, ut otiosus sit, si Diis placet,* Hinder sich. Livius, decad. 4. lib. 4. *Cum hoste nostro non societatem solùm sed si Diis placet, affinitatem etiam, & c. pepegisti.*

Sin, pro, *Sed si, si verò.*

Sin, ex *Si* & *ne* componitur, & præcedenti *Si*, in oratione subijcitur potissimùm. Cic. Fam. lib. 7. *Nam si falsa fuerunt, quæ tu ad me detulisti, quid ego tibi debeo? Sin vera, tu es optimus testis, quid mihi populus Romanus debeat.* Idem, Att. lib. 5. *Tu, si modò es Romæ: vix enim puto, sin es, hoc vehementer animadvertas velim.*

Sin aliter, Sin autem, Sin minus.

Usurpantur in Subjectione: seu secundâ parte sententiæ. Cic. Fam. lib. 11. *Si ita est, omnia faciliora sin aliter, magnum negotium.* Idem, Att. lib. 10. *Si vir esse volet, præclara synodia: sin autem, erimus nos qui solemus*

mus. Idem, lib. 1. de Finib. *Si ea sola voluptas esset, quæ, &c. Sin autem summa voluptas est, &c.* Idem, ad Att. lib. 9. *Si mihi veniam, quam peto dederit, utar illius conditione: sin minus, impetrabo aliquid à me ipso.* Idem, ad Q. Fr. lib. 2. *Videntur negotium suscepisse, si perficiant, optimè: sin minus, ad nostrum locum revertamur, &c.* Idem, lib. 1. de Finib. *Dolores, si tolerabiles sint, feramus: sin minus, æquo animo è vitâ exeamus.* Livius, decad. 3. lib. 6. *Si non fuerunt hostes, &c. Sin autem desciverunt, &c. quis indignatur?* Idem, decad. 1. lib. 7. *Quasi eadem classi Romana dabant revocaturum se à populatione militem: sin minus, pro hostibus es habiturum.*

Si, in ἀποσιωπήσει, & ἐλλείψει.

Si, in reticentiâ eleganter usurpatur, à Terent. And. *Quem quidem ego si sensero: sed quid verbis opus est.* Ibidem, *Ne me attingas, scelestè, si non omnia hæc Glyceria, &c.* Horat. 1. Serm. Satyr. 3.

decies centena dedisses
Huic parco, paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis.

CON-

CONIUNCTIO, *Sive*, & *Seu*.

Εἴτε, oder gab. *sive*, ex *Si* & *ve* componitur, seu, ex *Sive* contrahitur.

Sive, semel positum.

Cic. ad Q. Fr. *Quapropter hoc te primùm rogo, &c. contraque te erigas, & resistas (magnitudini negotiorum) sive etiam ultrò accurras negotiis.* Terent. And. *Dehinc postulo, sive aequum est te oro.*

Sive, bis positum.

Demosth. Philipp. I. εἴτε δεινοὶ λάχωσιν, εἴτε ἰδιῶται. Cic. de Provin. lib. 2. *Sive enim hic est, sive illo modo.* Idem, pro Rosc. Am. *Quaero qui potuerunt istâ ipsa lege, sive Valeria est sive Cornelia, bona Roscij venire.* Idem, Verr. 6, *Fore, uti quod quisque vellet, sive esset venale, sive non esset, quanti vellet, auferret.* Terent. And. *Sive ista uxor, sive amica est, &c.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Sive quia is numerus satis erat, sive quia soli centum erant qui patres creari possent.* Idem, decad. 3. lib. 3. *Sive tanta, sive minor victoria fuit, ingens eo die res, ac nescio an maxima illo bello gesta sit.*

Sive,

Sive, sæpius positum.

Cic. de Finib. lib. 2. *Hunc ipsum sive finem, sive extremum, sive ultimum definiebas, &c.* Idem, lib. 2. de Orat. *Sed quoniam sive judicio, sive pudore à dicendo. sive unum putâsti satis esse non modò in una familiâ rhetorem, sed pene in tota civitate, &c.* Idem, pro Rab. Post. *Sed tamen, si quis est, qui illam Posthumi, sive inanem spem, sive inconsultam rationem, sive, ut gravissimo verbo utar, temeritatem, reprehendendam putat, &c.*

Sive, sive non.

Cic. Fam. lib. 12. *Sive referent ad me, sive non, mea tibi tamen benevolentia, fidesque præstabitur.* Idem, de Fato. *Sive adhibueris medicum, sive non adhibueris, non convalesces, &c.* Idem. Att. lib. 10. *Ego solus alius sum, sive hoc rectè, sive non rectè.*

Seu, semel positum.

Cic. pro Quint. *O Fortunatum hominem qui hujuscemodi nuncios, seu potius Pegasos habet.* Idem, lib. 1. Off. *Nec noster quidem probandus est, si verum est, Q. Fab.*

Labeo

Labeonem, seu quem alium, arbitrum Nolanis & Neapolitanis datum, &c.

Seu, repetitum.

Cic. pro Quint. *Seu rectè, seu perperam facere cœperunt.* Livius, decad. 3. lib. 3. *Ego si quis de pace consulet, seu deferenda hostibus, seu accipienda, habeo quid sententiæ dicam.* Idem, decad. 1. lib. 3. *Seu ut vi potius arx videretur, seu prodendi exempli causâ, &c.* Idem, decad. 1. lib. 1. *Seu ira, seu odio, seu superbia insita ingenio, nullam eum vocem emisisse, refert.*

Seu, cum *Sive* mixtum.

Cæsar, lib. 2. de bell. civil. *Ii, seu verè quam habuerant opinionem perferunt, sive etiam auribus Vari serviunt, &c.* Terent. And. *Seu, quòd timore perterritos Romanos discedere à se existimarent. sive eò, quòd re frumentariâ intercludi posse confiderent, &c.* Virg. lib. 2. Æn. *Sive dolo, seu jam Trojæ sic fata ferebant.* Horat. Carm. lib. 1. *Seu poscat agna, sive malit hœdo.* Plaut. Cistell. *Sive ego volo sive nolo, sola me, ut vivam facis.*

CONIUNCTIO, *Tamen*.

Signi-

Significat, *Nihilominus*, ὅμως, ὅμως. doch/nichts desto weniger; ponitur interdum in principio, Absolutè. Cic. pro Rosc. Am. *Quid ab his tot maleficiis sceleris abesse videtur? tamen hæc aliis nefariis cumulant, & adaugent.* Idem, Fam. lib. 9. *Tamen à malitiâ non discedis &c.* Ibidem, lib. 10. *Tamen si quid Lepidus detrimenti cepisset, hoc omne mihi assignatum iri, &c.* Idem, lib. 1. de Orat. *Quid est Oratori tam necessarium, quàm vox? tamen me auctore, nemo dicendi studiosus Græcorum more & Tragœdorum voci serviet.* Idem, lib. 2. de Orat. *Hoc ipso tempore cum omnia gymnasia Philosophi teneant, tamen eorum auditores discum audire, quam Philosophum malunt.* Idem, Fam. lib. 9. *Nec tamen eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiant.* Terent. And. *Sanè postquam temulenta est mulier, tamen eam adducam, &c.* Livius, dec. 1. lib. 1. *Nondum maturus imperio Ascanius erat, tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume mansit.*

Tamen, subjectum.

Particulis aliis, ut sunt, Etsi, Quanquam, licet, quamvis, &c. id notius est,

CONIUNCTIO, *Tametsi*.

Significat, Etsi, *Quanquam*, κἂν. εἰ, καίτοι. Ob wol/wie wol. Ac ponitur Absolutè. Cic. pro Rosc. Am. *Tametsi non modò ignoscendi ratio, verùm etiam cognoscendi consuetudo jam sublata est.* Ibidem, *Tametsi ita se res habet, ut mihi in communem causam sectorum dicendum nihil esse magnopere videatur.* Idem, pro Lig. *Tametsi esset studio tuus.* Idem, Verr. 6. *Tametsi ne oculis quidem captus in hanc fraudem decidisti.* Terent. Phor. *Metuit hic eos tametsi sedulò dissimulat.* Livius, decad. 1. lib 1. *Non aspernatus Tullus tametsi vana afferebantur, suos in aciem educit.*

Tametsi, Tamen.

Cic. pro Rosc. Am. *Estò, causam proferre non potes, tametsi statim vicisse debeo: tamen de meo jure decedam.* Ibidem, *Quod tametsi grave est, tamen aliquo modi posse ferri videtur.* Ibidem, *Tametsi veritatis erat amicus, tamen naturâ non tam propensus ad misericordiam, &c. videbatur.* Ibidem, *Qui recuset, eum profectò, tametsi verbo non audeat, tamen re ipsa de maleficio confiteri, &c.* Idem,

pro Cæl. *Tametsi probabam ejus eloquentiam, tamen non pertimescebam.*

Tamenetsi.

Tameetsi elegans verbum est, Ciceroni, aliisque multis bonis auctoribus usitatum. Cic. Att. lib. 5. *Nos tamenetsi hoc te ex aliis audire malo.* Idem. lib. 12. *Et tamenetsi continuò congressuri sumus.* Idem, Fam. lib. 4. *Quæ tamenetsi ita scripta sunt.* Cæsar, lib. 7. de bell. Gall. *Quæ tamenetsi Cæsar intelligebat, tamen, &c.* Ibidem, *Tamenetsi dextris humeris exsertis animadvertebantur.* Idem, Verr. 5. *Tamenetsi animo æquo provinciam tulisset.* Lucan. ad Pison. *Tamenetsi bella quiêrunt; Non periit virtus, &c.* Plaut. Milit. *Tamenetsi istuc mihi, acerbum est, quia hero te carendum est optimo.* Idem, Pers. *Tamenetsi id futurum non est.* Idem, Trinum. *Datur ignis, tamenetsi ab inimicis vetas.* Idem, And. *Tamenetsi non hoc aliud fabulemur.*

CONIUNCTIO, *Vel.*

Significat, *Aut, Sive,* εἰ, ἤ, ἤτοι, Oder/ Entweder. Sæpe enim disiungendi aut corrigendi vim habet. Cic. Fam. lib. 6.

Ego

Ego quid possim nescio, vel potius me parum posse sentio. Idem, ad Q. Fr. lib. 2. *Sunt ista quidem vel magna, vel potius maxima.* Idem, pro Lig. *Cessit auctoritati amplissimi viri, vel potius paruit.* Ibidem, *Hinc in Ligariam crimen oritur, vel ira potius.* Idem, Philipp. 2. *Stuporem hominis, vel dicam pecudis cognoscit.*

Vel, vel.

Interdum copulandi vim habet, ac pro *tum* ponitur. Cic. lib. 1. de Orat. *Cui nostrum non licet res rusticas, vel fructus, vel delectationis causâ invisere?* Idem, lib. 2. de Orat. *Eorum quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet.* Idem, 2. Fam. lib. 7. *Vel vincam te, vel vincar abs te, &c.* Ibidem, *Casus intervenit mirificus vel testis opinionis meæ, vel sponsor humanitatis tuæ.* Ibidem, *M. Furium, quem mihi commendas, vel regem Galliæ faciam, vel Leptæ legatum.* Plaut. Capt. *Vel ego huc, vel illuc vertar, quò imperabitis.*

Vel, sæpius iteratum.

Cic. Att. lib. 1. *A curiâ nemo me divellet,*

vel, quòd ita rectum est: vel quod rebus meis maxime consentaneum: vel quòd à Senatu quaesiti fiam, minimè me poenitet. Id.lib.1.de Orat. *Illa de alieno scripto, subita, vel laudandi, vel vituperandi, vel comprobandi, vel refellendi causa, disputatio, non mediocris contentionis est, vel ad memoriam, vel ad imitandum.* Id. pro Lib. *Cujus ego industriae gloriaque faveo, vel propter propinquam cognationem, vel quòd ejus ingenio studiisque delector, vel quòd laudem adolescentis etiam ad meum aliquem fructum redundare.* Ibidem, *Quicquid, dixi, ad unam summam referri volo, vel humanitatis, vel Clementiae, vel misericordiae tuae.* Ibidem. *Non dubito, quin admiratus sis, vel quòd de nullo alio quispiam, vel, quòd is, qui in eâdem causâ fuisset, vel quidnam novi facinoris afferret.*

Vel, pro, *veluti.*

Cùm aliquid praecipium significandum est, usurpatur. Cic. Att. lib. 4. *Occupationum mearum vel hoc signum erit, quod epistola est librarij manu, &c.* Idem, Fam. lib. 1. *Quàm sint morosi, qui amant, vel ex hoc potes cognoscere.* Terent. Eun. *Magnas verò agegra-*

gere gratias Thais mihi? Cn. Ingentes, &c. T. vel Rex semper maximas mihi agebat, quidquid feceram, aliis non item. Idem, Hecyr. *Vel hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi?*

Vel, ab initio positum, pro, *Nam*.

Servit interdum Indignationi. Cic. pro Flacco. *Vel quod est in eodem decreto scriptum, &c. q. d* quid est impudentius, quàm hoc dicere? Terent. And. *Vel hoc quis non credat, abs te ortum esse? &c.* Virgil. 5. Æneid.

Vel quum se pavidum contra mea jurgia fingit
Artificis scelus &c.

Vel, pro, *Saltem*,

Terent. Phorm. *Postremò si nullo alio pacto, vel fœnore, &c.*

Vel, pro, *Etiam*.

Cic. pro L. Man. *Cum jam populus Rom. suam auctoritatem vel contra omnes qui dij sentiunt, possit defendere.* Idem, pro Lig. *Atque in hoc quidem vel cum mendacio si vultis.* Id.

Fam.lib.7. *Cum Oscos ludos vel in Senatu nostro spectare possis, &c.* Idem, Verr.6. *De hastarum magnitudine, vel audire satis esset, &c.* Idem, lib.2. de Orat. *Equidem ita sum cupidus te in illa disputatione audiendi, ut si id mihi minus contingat, vel hoc sim quotidiano tuo sermone contentus.* Idem, pro Rosc. Am. *Qui vel ipse sese in cruciatum dari cuperet.* Terent. And. *Vel hoc quis non credat, qui noritte, abs te esse ortum?* Livius, decad.3.lib.6. *Querebantur, nimis acres & feroces Coss. creatos, qui vel in pace tranquillâ bellum excitare possent, nedum in bello respirare civitatem forent passuri.* Idem, dec.3.lib.7. *Quintus Fab. Max. princeps civitatis Romanæ, vel Annibale judice, &c.* Idem, dec.3. lib.9. *Sint, inquiet Scipio, vel plures dum talem ducem habeant.*

Nota hoc loco: vel pro *Etiam tantummodò* in Affirmando locum habere: in Negando autem, Ne quidem usurpari, de quo suprà.

Vel, Superlativo junctum.

Cic.lib.2.de Orat. *Qui est mea sententiâ, vel tenuißimus ingenij fructus*: Et paullò post.

Ex

Ex ambiguo dicta, vel argutißima putantur. Idem, Verr. 4. *Heraclius est Hieronis filius Syracusanus, homo inprimis domi suæ nobilis, & ante hunc Prætorem, vel pecuniosißimus Syracusanorum.* Idem, pro Rosc. Am. *L. Cornelius Chrysogonus vel potentißimus hoc tempore nostræ civitatis.* Ibidem, *Si aut causa criminis, aut facti suspicio, aut quælibet deniq; vel minima res reperietur, &c.* Ibidem: *Vel maximam partem relinquo.* Idem, lib. 2. de Orat. *Ego meherculè, ex omnibus Latinis verbis, hujus verbi (ineptus) vim vel maximam semper putavi.* Idem, pro Cœl. *Illam hausi dolorem vel acerbißimum in vitâ.* Idem, lib. 1. de Nat. Deor. *Prothagoras Sophistes temporibus illis vel maximus.* Idem, Verr. 6. *Hujus domus est vel optima Messanæ, &c.* Id. lib. 1. de Finib. *Iucunditatis vel plurimum af-fert.*

Sic & Adverbialiter, *Vel maximè, vel optimè.* Cic. in Partit. *Quæ vel maximè prosunt.* Idem, de Finib. lib. 1. *Confirmat illud vel maximè, quòd, &c.* Ibidem, *Cum Sophocles vel optimè scripserit, Electram tamen malè conversam Atilij mihi legendam putem.* Idem, 4. Acad. *Statuere enim qui sit sapiens, vel ma-*

ximè videtur esse sapientis. Idem, pro Rosc. Am. *Cum multis ex rebus intelligi potest, &c. tum ex hac re vel maximè, quòd, &c.*

CONIUNCT. *Verum, verò.*

Adversandi vim habent: & pro, *Sed, tamen, At, &c.* usurpantur, ἀλλὰ, Aber. Cic. de Orat. *Sed sive est ars, sive non est, non est quidem ea negligenda, verùm intelligendum est alia quædam esse majora.* Ibidem, *Verùm hoc ut dixi, nihil ad me, &c.* Idem, pro Cœl. *Huic tristi ac decrepito seni responderet Cœlius, &c. Leni verò & clementi patri, cujusmodi ille est, &c. Cœlij causa est expeditissima, &c.*

Sæpè autem verò assumsit socias particulas, hasce, *Ego, tu, Is, Age, Iam, Immò, Sanè, Quasi, Tum, At, An, Enim, Et, Nec. Neque, Nunc, Minimè,* quibus tamen nunquam præponitur: Sed eas admodum venustè subsequitur.

Ego verò.

Cic. Fam. lib. 4. *Ego verò Servi, vellem, ut scribis, in meo gravissimo casu affuisses, &c.*

Tu

Tu verò.

Terent. Eun. *Ad nos deductus est hodie adolescentulus, quem tu verò videre velles, &c.* Welchen du auch selbst mögtest sehen.

Id verò.

Cic. pro Mil. *Id verò diutius cogitandum est?* Idem, pro P. Quint. *Gratia Nævij ne P. Quintio noceat: id verò non mediocriter perhorresco.* Terent. Eun. *Eas fabulas factas prius latinas scisse: id verò pernegat.*

An verò.

Cic. pro L. Man. *An verò usquam ullam esse oram tam desertam putatis, &c.* Idem, pro Mil. *An verò obliti estis, judices, &c.*

Plura Exempla reperies inter Adverbia, & Conjunctiones, quibuscum jungitur.

CONIUNCTIO, *Vt.*

Quò ἵνα, ὅπως, daß/auff daß/usurpatur variè.

Vt, Absolutè.

Cic. pro Rosc. Am. *Quàm sis audax, ut alij â obliviscar, hinc omnes intelligere potuerunt.*

Vt, ita: Vt, sic, Vt, item: Vt idem.

Similitudinem notant, & significant Quemadmodum. Cic. 1. Off. *Hoc maximè officij est, ut quisque maximè opis indigeat, ita ei potissimùm opitulari.* Terent. Adelph. *Vt quisque suum vult esse, ita est.* Idem, Hecyr. *Omnibus nobis, ut res dant sese, ita magnanimi atque humiles sumus.* Cic. Fam. lib. 7. *Et ut illud erat molestum, sic hoc est jucundum.* Idem, pro Rosc. Am. *Vt non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire possis: sic non omne facinus in omni vita nascitur.* Idem, pro Cluent. *Vos quæso, ut adhuc me attentè audistis, item, quæ reliqua sunt, audiatis.* Idem, in princip. Off. *Vt ipse ad meam utilitatem semper cum Græcis Latina conjunxi, idem tibi faciendum esse censeo.*

1. His adde, *Vt itidem.* Terent. Hecyr. *Adij te heri de filia: ut veni, itidem incertum amisti.* Plaut. Stich. *Vt cuique homini res parata est, firmi amici sunt, si res labat, Itidem amici collabascunt.*

2. Pro *Vt, uti*, cum *ita*: Et *uti* cum *sic*, reperiri solet.

Vt neve, Vt neu,

Cic. Att. lib. 12. *In quâ extrema scriptum erat, ut ad ludos omnia pararet, neve committeret, ut frustra ipse properasset.* Hircius de bell. Alex. *Cœperunt nos hortari, ut suum officium Pompejo præstarent, neve ejus fortunam despicerent.* Plaut. Amph. *Blepharo, quæso, ut advocatus mihi assis, neve abeas.* Cæsar, de bell. civil. *Has munitiones insequentibus auxit diebus, ut pro muris objectas haberet, neu pugnare invitus juberetur.* Terent. Hecyr. *Vt filiam ab eo abduceres, neu quod ego egissem, esset ratum.* Cæsar, lib. 2. de bell. Gall. *Milites non longiore oratione est cohortatus, quàm uti sua pristinæ virtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo, &c.*

Vt ut, iteratum.

Significat, *Vtcunque*, sive, *Quoquomodo*, Cic. Fam. lib. 6. *Sed ut ut est, indulge valetudini.* Terent. Adelph. *Imò hercle quæso, Syre, ut ut hæc sunt facta potius quàm lites sequar, Meum mihi reddat.* Ibidem, *Nonne hanc rem patri, ut ut erat gesta, judicâsse?* Idem, Phorm. *Nam, ut ut erant alia, illi certè consu-*

leres,&c. Plaut. Bacch. *Age jam id,ut ut est, ego patiar.* Idem, Amph. *Verùm ut ut es facturus.hoc non reticebo.* Ibidem, *Vt ut erga me uxor merita est.*

Vt ut, tamen? Vt ut, certè.

Id est, *Vtcunque.* Terent. Heaut. *Vt ut erat, mansum tamen oportuit.* Idem, Phor. *Vt ut hæc sunt, tamen hoc faciam.* Ibidem, *Nam ut ut erant alia, illi certè consuleres.* Plaut. Merc. *Vt ut est, non ibo tamen,&c.* Idem, Amph. *Verùm ut ut est facturus hoc quidem herclè haud reticebo tamen.* Idem, Mostell. *Verum ut ut res sese habet, pergam turbare porrò.*

Vt, pro, *Quomodo, Quemadmodum. sicut.*

Cic. Att. lib. 1. *Credo te audîsse, quæ consurrectio judicum facta sit, ut me circumsteterint ut apertè jugula sua pro meo capite P. Clodio ostentârint* Idem, Verr. 6. *Iam ut hæc omnia reperire ac perscrutari solitus sit, est operæ precium cognoscere.* Idem, pro Balbo. *Vt mos Græcorum est.* Terent. Eun. *Tute scis mea*

mea consilia ut tibi credam omnia. Idem, Adelph. *Illud vide, ut in ipso articulo oppressit.* Cæsar. de bell. Gall. *Horum auctoritate finitimi adducti, ut sunt Gallorum subita & repentina consilia*, hoc est, qui mos est Gallorum in capiundis consiliis. Livius, dec.3. lib.9. *Si ei spacium ad sua, ut velit componenda detur.* Idem, decad.1 lib.1. *Vt geniti, ut cogniti essent, ostendit*, Plaut. Cistell. *Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum.* Idem, Amph. *Simul hanc rem ut facta est, eloquar.*

Huc refer, *Vt fit.* Cic. pro Rosc. Am. *Vt perhibent, ut fama est, Virgil.: Vt intelligi potest, ut est consuetudo, ut ferunt, ut nunc fit, ut nunc se res habet*: Et id genus alia multa apud bonæ notæ auctores.

Vt, in comparatione usurpatum.

Significat idem, quod. *Species, aut, secundum.* Cic. de Cl. Orat. *Clisthenes multum, ut temporibus illis, dicendo valuit.* Ibidem, *Vt populi Romani ætas est, Senes:*

Vt

ut Atheniensium secula numerantur, adolescentes debent videri. Ibidem, *Vt apud nos perantiquus, ut apud Athenienses ita sanè vetus, &c.* Idem, de Senect. *Multæ etiam, ut in homine Romano litteræ, hoc est, secundum id, quod scire solent Romani litteras.* Idem, Fam. lib. 12. *Quòd scribis te confidere auctoritate & eloquentia aliquid profici posse, non nihil, ut in tantis malis, est profectum.*

Vt, pro, *Quàm*, *Quomodò*.

Cum quadam admiratione, & interdum cum Interrogatione. Cic. pro Flac. *Noster autem testis, ut se ipse sustentat? ut omnia verba moderatur? ut timet?* Idem, Att. lib. 2. *Qui autem solitus est, se jactare magnificentissimè, ut ille tum humilis, ut demissus erat, ut ipse etiam sibi, non iis solùm, qui aderant, displicebat?* Terent. Eun. *Vt præter spem evenit.* Idem, Hecyr. *O fortuna, aut nunquam perpetua es bona!* Plaut. Amph. *Puer, quam ego lavi, ut magnus est, & multùm valet!* Idem, Asin. *Vt miser est, qui amat?* Idem, Menæch. *Vt ego uxorem, mea voluptas, ubi te aspicio, odi malè!* Virg. 8. Æn.

Vt te Aspicio, agnoscoque libens, ut verba parentis,
Et vocem Anchisæ magni, vultumque recordor, &c.

Horat. Carm. lib.3. od.21. *Vt mihi devio ripas & vacuum nemus mirari libet?*

Vt sine admiratione, in interrogando. Plaut. Pers. *Vt vales, id est, quomodo vales, R. ne queo, &c.* Terent. *Vt possumus, quando ut volumus non licet.*

Vt, concedentis.

Pro, *Etsi, Quamvis, Tametsi.* Cic. Att. lib. 11. *Nam quid de mediam? cui, ut omnia contingant, quæ volo, levari non possum.* Idem, Fa. lib. 1. *In quo, ut jam fit in iis culpa, qui me non defenderunt, non minor est in iis, qui reliquerunt.* Idem, pro Rosc. Am. *Deinde, ut liberaliter ageretur, cur tua prædia ei statim dantur.* Idem Verr. 4. *Tu dignior Verres, quàm Cœlius? qui, ut non conferam vitam atque existimationem tuam cum illius: neque enim est conferenda, &c.* Ibidem, *Vt C. Hejus homo turpissimus esset, impudentissimèque mentiretur, hoc diceret, &c.* Livius, dec.3. lib.8. *Ad cætera id quoque accesserat, ut ne alendi quidem exercitus, nisi ex Brutio*

tio agro spes esset, qui, ut omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat, &c. Idem, dec.3. lib.10. *Vt omnium obliviscaris aliorum, satis ego documenti in omnes casus sum.*

Vt Tamen? Vt certè.

In eadem concedendi significatione Ut asciscit interdum *Tamen* aut, *Certè*. Cic. Att. lib.7. *Qui, ut nihil aliud, hoc tamen profecisti.* Idem, pro Cœl. *Vt tibi reum neminem, sed vitia proponas, res tamen ipsa & copiosè & graviter accusari potest.* Idem, pro Balbo. *Quod si jam ita esset, ut esse non posset, tamen de nostra majestate, nihil de illorum caveretur.* Idem, Divin. lib.1. Qui, *ut rationem non redderent, auctoritate tamen hos minutos Philosophos vincerent.* Idem, pro Quint. *Qui, ut summa haberem cætera, temporis quidem certè vix satis habui.* Idem, de Divin. *Etenim ut sint auspicia, quæ nulla sunt, hæc certè quibus utimur nullo modo sunt auspicia.* Idem, pro Lig. *Vt enim cætera paria Tuberoni fuissent, &c. hoc certè præcipuum Tuberonis fuit, &c.*

Non

Non ut, Sic : Non ut, Sed.

Cic. lib. 2. de Invent. *Non ut causarum, sic oratorum quoque multorum communes loci sunt.* Idem, ad Qu. Fr. lib. 1. *Non, ut te instituerem, scripsi, sed me in scribendo commemoratio tuæ virtutis delectavit.*

Non *ut* : *sed ut* : Non *ut*, *sed quasi.*

Cic. pro Cluent. *Non illa ut ab improbo viro discessisset, sed ut à crudelissimo hoste fugisset.* Idem, de Opt. gen. Orat. *Orationes converti, non ut interpres, sed ut orator.* Terent. Heaut. *Ita non ut olim, sed ut nunc sanè bona.* Idem, lib. 1. de Orat. *Non ut quidam dicendi magister, & artifex, sed quasi unus è togatorum numero videar, &c.*

Ut Non, pro, *Quin.*

Cic. Philipp. 14. *Cui viginti his annis supplicatio decreta est, ut non Imperator appellaretur?* Idem, lib. 1. de Finib. *Fieri, ô Triari nullo pacto potest, ut non dicas, quid non probes ejus, à quo dissentias?*

Vt, ut ne.

Cic. lib. 1. de Orat. *Illud asse qui po possunt, ut iis, quæ habeant, modicè, & scienter tantur, & ut ne dedeceat,* Der massen daß j nen nicht vbel ansteht.

Vt statim, continuò.

Et, *Confestim, protinus, postea, repent* Temporis sunt particulæ. Ci. pro Cluen *Vt quidquid ego apprehenderam statim accus tor extorquebat è manibus.* Ibidem, *Quu blanditiis & assentationibus in Asinij consuet dinem penitus immersit, Oppianicus contin sperare cœpit, &c.* Plaut. Bacch. *Qua ut spexi; continuò me contuli in pedes.* Livius, li 11 de urbe. *Vt Hostius cecidit, confestim R mana inclinatur acies.* Ovid, Sapph.

Ecquid ut aspecta est, studiosæ littera dextr
Protinus est oculis cognita nostra tuis.

Cic. in Verr. 1. *Is repentè ut Romam ve gratis, Prætor factus est.* Idem, in Bruto. *illos de Repub. libros edidisti, nihil à te sanè pos accepimus.*

A Poetis cum *Vt*, etiam *Extemplò*, *Protinus associari solet.* Virg. Æn. 8.

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce. Extulit, &c. Extemplò turbati animi, &c.

Vt primùm, Absolutè: *Vt primùm, Statim.*

Significat, Simulac primùm. Cic. Fa. lib. 10. *Vt primùm potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi in te ornando.* Cic. in Somnio. *Atque ego ut primùm fletu represso loqui posse cœpi, Quæso, inquam, pater sanctissime, &c.* Idem, Fam. lib. 7. *Itaque ut primùm velia navigare cœpi, institui Topica conscribere.* Idem, Fam. lib. 5 *Illud dico, me, ut primùm in concione provinciam deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare cœpisse.* Idem, pro Cluent. *Vt primum Oppianicus cœpit suspicari, statim se ad hominis egentis familiaritatem applicavit.* Idem, Verr. 6. *Qui ut primùm in oppidum venit, statim, &c. imperavit.*

Vt, iccirco. Vt, ob eam rem.

Cic. pro Sest. *Hæc, ut efficere posset, iccirco credo, manum sibi Sestius comparavit.* Idem, pro Flacc. *Vt populi sermonem exciperes, iccirco*

circo Decianum us que ad coronam applicuisti. Idem, Fam. lib. 13. *Vt scires eum non à me diligi solùm verùm etiam amari, ob eam rem tibi hæc scribo.*

Vt ne, pro, *ne*, particulâ solâ.

Terent. Eun. *Ego te ulciscar, ut ne impunè in nos illuseris*, Ibidem, *Vt ne viderem, misera huc effugi foras.* Idem, *Atque equidem orante, ut ne id faceret Thaide.* Cic. Fam. lib. 16. *Sed tamen ita velim te nobiscum esse, ut ne quid properes.* Idem, pro Mil. *Vt ne judicia fiant.* Idem, pro Cluent. *Me obsecrare cœpit, ut ne sese lege defenderem.* Idem, ad Brut. *Vt eum à Magistris ne abducam.* Plaut. Menæch: *Promeruisti, ut ne quid ores, quod velis, quin impetres.*

Vt si: *tanquam si*.

Cic. Fam. lib. 13. *Hunc tibi ita commendo, ut si meus libertus esset &c.* Idem, lib. 1. Off. *Qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, in eâdem sunt injustitiâ, ut si ipsi in suam rem aliena convertant.* Idem, lib. 7. Fam. *Ruffo medius fidius tuus ita desiderabatur, ut si esset unus è nobis.* Terent. Eun. *Eam cœpit studios*

diosè omnia docere, educere, ita, ut si esset filia. Cic. lib. 2. *De Dolabella quod scripsi, suadeo videas, tanquam si res tua agatur.* Idem, Att. lib. 11. *Vt istum, tanquam si esset consul, salutarent.* Idem, pro Rosc. Am. *Qui tanquam si Reipub. offusa sempiterna nox esset, ita ruebant, &c.* Plaut. Menæch. *Tanquam si emeris me argento, liber servibo tibi, &c.*

Non ut: sed ut ne.

Cic. Fam. lib. 7. *Petivi sæpè per litteras non ut decernatur aliquid novi, quod solet esse difficilius, sed ut ne quid novi decernatur.*

Non ut ne, ut ne.

Cic. Verr. 4. *Postulant enim, non ut ne cogantur statuere: Quid igitur? ut ipsis ne liceat, &c.*

Vt, pro, postquàm, ex quo.

Tempus præteritum indicat. Cic. Att. lib. 7. *Vt ab urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, &c.* Idem, Verr. 6. *Ille continuò ut vidit, non dubitavit, tollere.* Idem, de Orat. lib. 2. *Qui simul ut increpuit, de maximis rebus*

bus disputantem Philosophum relinquunt. Idem, lib.3.Off. *At ille, ut ingressus est, confestim gladium distrinxit, &c.* Idem, lib.2. de Finib. *Omne animal, simul ut ortum est, & se ipsum & omnes partes suas diligit, &c.* Philipp. 8. *Est jam annus ut repulsam tulit.* Livius, decad.4.lib.8. *Tum demum fracta pertinacia est, ut ferri agique res suas viderunt.* Idem, decad.4.lib.5. *In concilium ut ventum est, introductus à Phanea prætore rex dicere orsus, &c.* Plaut. Bacch. *Quæ ut aspexi, me continuò contuli in pedes.* Ibidem, *Ut in Ephesum hinc abij.*

Vt quisque.

Hîc *Vt* occasionem rei quodammodo declarat: Wann / oder mit was gelegenheit. Cic.Verr.6. *Vt quisque Messanam venerat.* Ibidem, *Vt quisque eis rebus tuendis conservandisque præfuerat.* Ibidem, *Vt quisque honore & ætate antecedit, ita primus, suâ sponte dicere sententiam.* Idem Off.lib.2. *Vt quisque maximè opis indigeat, ita ei potissimùm opitulari.* Et, Verr.2. *Vt quisque me viderat, narrabit.* Livius, dec.4.lib.7. *Et, ut quaque parata esset, exiret navis.*

Vtcun-

Vtcunque.

Pro, *quoquo modo*, vel, *omnibus modis*, *Quomodocunque* ὁπωσοῦν, ὅπως δήποτε. Plaut. Pœn. *Vtcunque est ventus, exin velum vertitur.* Terent. And. *Tu ut subservias orationi, utcunque opus sit verbis, vide.* Cic. lib. 5. de Finib. *Quæ essent in Repub. inclinationes rerum, & momenta temporum, quibus esset moderandum, utcunque respostularet.* Idem, de Orat. *Atque ille perfectus (orator) quem jam dudum nostra judicat oratio, utcunque se affectum videri volet, &c. ita certum vocis admovebit sonum.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Vtcunque erit, juvabit tamen rerum gestarum memoria, &c. consuluisse.* Ibidem, *Sed hæc & his similia, utcunque animadversa aut æstimata erunt.*

Vt quid.

Pro, *Quamobrem*, Interrogandi. Cic. Att. lib. 7. *Depugna, inquis, potius, quàm servias: Vt quid? Si victus eris, proscribâre: si viceris, tamen servias.*

Vt maximè; Et, *Vt cum maximè.*

Cic. Acad. *Vt maximè inveneris, &c.* pro

Etsi. Idem, ad Q. Fr. *Domus celebratur ita, ut cum maximè, &c.*

Vt, pro, *Vtpote qui*,

Cic. pro Rosc. Am. *Ajunt hominem, ut erat furiosus, respondisse, &c.* Idem, pro Mur. *Fuit ut semper, apertissimus, non se purgavit, sed indicavit atque innuit.*

Vt, pro, *usque adeò*.

Cic. Att lib. 15. *Est oratio scripta elegantissimè sententiis, verbis, ut nil possit ultra cogitari.* Idem, in Orat. *Vt non jam sine causâ Demosthenes tribueret primas, secundas, & tertias actioni &c.*

Vt Execrantis atque Optantis.

Terent. Heaut. *Vt te omnes equidem Dij Deæque quantum est, Syre, cum istoc invento cunque incepto perduint.* Idem, Adelph. *Defessus sum ambulando: ut te Syre, cum tua monstratione perdat Iuppiter,*

Sequuntur Particulæ Præpositionum.

PRÆ-

PRÆPOSITIO.

A, Ab, Abs.

Præpositiones hæ serviunt tempori significando. Cic. Fam. lib. 1. *Refero me ad Musas mansuetiores, quæ me à primâ adolescentiâ, sicut jam, delectârunt:* ἐκ παιδός, vel, ἐκ νέου, ἐκ πρώτης ἡλικίας &c. Von Jugend/oder Kindheit auff. Idem, pro Balbo. *Ab ineunte ætate in nostris bellis versatus est, &c.* Idem, Tusc. 1. *Miserum est carere consuetudine amicorum homini docto à puero, & artibus ingenuis erudito.* Idem, de Orat. lib. 1. *Neque verè nobis cupientibus fructus otii datus est, ad eas artes excolendas, quibus à puero deditì fuimus.* Idem, Fam. lib. 1. *A teneris, ut Græci dicunt, unguiculis cognitus es.* Terent. And. *Amicitia incepta à parvis cum ætate accrevit simul.* Virg. Georg. lib. 2. *Adeò à teneris consuescere multum est.* Livius, decad. 5. lib. 8. *Ab septimâ demum horâ peditum signa cornibus concurrunt.* Ibidem, *A pueritiâ in castris habitus assueveram militaribus ingeniis.*

Obſervationes.

1. Propriè, cum de uno ſermo eſt, dici ſolet, à puero: Cùm de multis, *à pueris*: Synecdochicè tamen de uno aliquis verba faciens, uti etiam poteſt plurali numero.

2. *Ab*, pro, *A*, ponitur ſequentibus vocalibus. Cic. de Orat. lib. 1. *Ego qui ab ineunte ætate incenſus eſſem ſtudio utriusque veſtrûm.* Idem, Verr. 6. *Ab illo tempore eos ſecum habuit, &c.* Idem, lib. 2. Tuſc. *Ab humili venit ad ſummum*, Von einem geringen Anfang/auffs höheſt. Livius, ab urbe lib. 4. *Ab incunabulis imbutum odio, &c.* Plaut. Merc. *Ab oſtio omnia iſtæc audivi.*

Interdum ſequentibus conſonantibus, ſi modò non aſperè concurrant. Cic. Att. lib. 12. *Tantum ne ab re tua eſt otij tibi?* Idem, contra Rull. *Ab Syllâ & Pomp. Coſſ. &c.* Cæſar, lib. 6. bell. Gall. *Cornua ſtudiosè conquiſita ab labris argento circumcludunt.* Livius, decad. 3. lib. 10. *Ab Romanis tubæ cornuaque cecinerunt.* Idem, *Ne quid ab tergo fraudis eſſet.*

Abs,

Abs, absque.

Abs, penè obsolevit: Quoties autem usurpatur, tum præponitur ferè semper dictionibus incoatis à Q & T. Terent. Adelph. *Abs quovis homine beneficium accipe. cum opus est.* Idem, Hecyr. *O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abierit, causam vides.* Cic. Verr. 6. *Quanquam non debebam ego abs te has litteras poscere.*

Absque autem, Comicorum est: pro quo Oratores malunt usurpare *Sine*. Cic. de Orat. *Pro his omnibus sine ulla dubitatione respondeo.* Plaut. Menæch. *Abs te esset hodie nunquam ad Solis occasum viverem.* Terent. Hecyr. *Quàm fortunatus cæteris sum rebus absque una hac foret?* id est, extra unam hanc rem si esset.

A, Ab, causam per quam, significans.

A vel ab personam agentem, seu, ut loquuntur, *Causam*, per quam res efficitur, significat, præcedente verbo vel Activo. Cic. lib. 3. de Leg. *Cui ne reditus quidem ad bonos, salutem à bonis potuit afferre*, id

est, per bonos. Idem, pro Mil. *Mars sæpe spoliantem & exultantem evertit ab abjecto, &c.*

Vel Passivo. Cic. Att. lib. 5. *Velim Iunius mensis mihi tranquillè consumatur à Parthis*, id est, per Parthos liceat mensem Iunium tranquillè agere, Daß ich von den Parthis könte ruhig seyn (oder) vnangefochten bleiben.

Vel Neutro. Cic. 1. Acad. *Nihil valentius est à quo intereat*. Ovid. Met. 31. *Occidit ab Achille.*

Huc refer illud. Cic. pro Mil. *Ea res mihi honori fuit à meis civibus*, Vmb deß willen ist mir von meinen Bürgern Ehr wiederfahren/ ob eam rem honoribus affectus fui, &c. Ibidem. *Beatos esse quibus ea res honori fuerit à suis civibus, &c.*

A, Ab, de loco, aut personâ.

A, vel *Ab* interdum locum significat & personam (μετωνυμικῶς) unde aliquid sumitur. Cic. Verr. 5. *Pecuniam numeravit ab ærario*, pro, Ex, auß der gemeinen Schatzkammer. Idem, de Senect. *Cujus ego villam contemplans abest enim longè à me*, id est, à meâ villâ. Idem, pro Cecin. *Pecunia*

nia solvitur à Cesenniâ. Livius, decad. 4. li. 5. *Fert se oriundum à magno Alexandro.* Ibidem, *A Naupacto Corinthum vectus est.* Plaut. Epid. *Atque aliquantò lubentiùs, quàm abs te sum egressus intus.*

A, vel, *Ab*, significans, *pro*,

Exempli causâ, *Hoc est à me*, id est, pro me, für mich/ꝛc. Cic. lib. 1. de Orat. *Sed vide ne hoc, Scævola, totum sit à me, &c.* Idem, de Cl. Orat. *Nemo contra perditos cives à Senatu, & à bonorum virorum causâ stetit constantius*, Niemand hat beständiger beym Rath vnd ehrliebender Bürgerschafft gehalten. Idem, Tusc. 2. *Quid sentiant hi, qui sunt ab eâ disciplinâ, ignorat nemo.* Idem, lib. 1. de Invent. *Commune est, quod nihilo magis ab adversariis, quàm à nobis facit.*

A, vel, *Ab*, pro, *Post*.

A vel *Ab* seriem temporis, seu finitum rei, aut temporis terminum significat, & sequitur fermè *Ad*, usque aut aliud aliquod his simile, Græcè, ἀπὸ, sequente μέχρι, vel ἄχρι, vel ἕως. Cic. pro Cluent. *Ab illo tempore habuit secum eos post illud tempus.* Idem, pro L. Man. *Ab illo tem-*

pore annum & vigesimum regnat. Idem, pro Mil. *Ab interitu Clodij centesima hac lux est,* Jetzt seynd es hundert Tag daß er todt ist. Idem, in Vat. *Quod augures omnes usque à Romulo decreverant*, id est, inde usque à Romulo. Von Romulo anzuheben. Terent. Adelph. *Non rediit hac nocte à cœna Æschinus?* Livius, deca. 3. lib. 6. *Ab hoc sermone cum digressi essent.* Idem, decad. 3. lib. 7. *Ab horâ tertiâ cum ad noctem pugnam extendissent.*

A, vel *Ab*, pro, *quod attinet ad.*

Cic. de Cl. Orat. *Instructus à Philosophiâ, à jure civili, ab historiâ.* Idem, pro Flacc. *Orba à magistratibus concio.* Idem, Att. lib. 7. *Imparatissimus cùm à militibus, tum à pecuniâ*, hoc est, quod attinet ad milites & pecuniam. Plaut. Epid. *A morbo valui, ab animo æger fui.* Idem, Curcul. *A me pudica est, &c.*

A vel *Ab*, pro, *propter, ob, erga.*

Cic. pro Rosc. Am. *Præest huic judicio vir contra audaciam fortissimus, & ab innocentiâ clementissimus*, id est, propter innocentiam vel, erga innocentes, aut, pro innocen-
tiâ

tiâ. Livius, decad.4.lib.6. *Non tam ab irâ, ne codio, quàm ut miles, &c. Sentiret aliquo tandem loco victoriæ fructum*, id est, propter iram, & odium. Idem, decad.1.lib.1. *Inops urbs ab longinquâ obsidione.* Plaut Cistel. *Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine.*

A, vel *Ab*, munus indicans.

A, vel, *Ab*, Cùm jungitur certis nominibus, ministros, seu, munere aliquo fungentes significat: ut *A manu*, seu *manibus*, vel, *ad manum*. Scriba seu amanuensis, librarius. Ein Schreiber, cujus manu vel operâ herus ad scribendum utitur. Cic. de Orat. *Licinium sibi Gracchus habuit ad manum*: Sic *à pedibus*, ein Lackey. Cic. Att. lib.8. *Pollucem servum à pedibus meum Romam misi, &c.*

PRÆPOSITIO *Ad*.

Propriè cum motus aliquò, seu vicinitas significanda est, usurpatur, πρὸς, zu/bey. Cic. Verr.4. *Eo die Verres ad Messanam venit.* Idem, Verr.6. *Ad hoc templum, duce Timarchide, nocte intempestâ servorum arma-*

torum sit concursus atque impetus. Idem, pro Mil. *Hæc sica me ad regiam penè confecit*: id est, juxta, vel prope regiam, &c. Idem, lib. 4. de Finib. *Si Hannibal ad portam veniret, &c.* Cæsar, lib. 5. de bell. Gall. *Totam hyemem ad exercitum manere decrevit.*

Ad, pro *In*.

Cic. Philipp. 1. *Pecunia utinam ad Opis maneret*, id est, in æde seu templo Opis. Idem, pro Mil. *Clodius divertit ad Albanum.* Idem, Fam. lib. 8. *Cum Senatus habitus esset ad Apollinis, ad XI. Calend. Sextiles.* Idem, pro Mil. *Cum falcibus & Castoris volitabant.* Idem. Verr. 6. *Signa multa ad villas tuas posita.* Ibidem. *Quæ asportata sunt Romam ad ædem Honoris atque virtutis, itemque aliis in locis videmus.* Et Verr. 3. *Signa ad valvas Iunonis Samiæ steterunt.* Idem, pro Rosc. Am. *Sextus Roscius aleretur ad villam, &c.* Livius, decad. 3. lib. 7. *Ex multatitio argento signa ænea ad Cereris dedêre.* Et, decad. 3. lib. 8. *Supplicationem ad Vestæ haberi placuit* Idem, decad. 1. lib. 1. *Habitabat rex ad Iovis Statoris, &c.*

Ad, relata ad personam.

Ad, cum verbo motus & Accusativo personæ, pro Loco usurpatur, Plaut. Epid. *Abeamus hinc intrò ad me.* Terent. Eun. *Eamus ad me,* Wir wollen in mein Hauß gehen. Livius, decad. 1. lib. 1. *Dici gladiorum ingentem numerum esse ad eum convectum*, id est, domum ejus, &c.

Ad, pro, *Apud*.

Ponitur, cum locus citra motum significandus est. Cic. Att. lib. 9. *Dederam ad te literas de multis rebus, cum ad me pene manè Dionysius fuit*, hoc est, cum mihi affuit, *seu*, præsto fuit. Idem, Philipp. 2. *Qui maximo ære alieno te ad ædem Opis liberâsti.* Idem, Fam. lib. 3. *Cum essem in castris ad fluvium Pyramum, reddita mihi sunt epistolæ.* Idem, Verr. 6. *Datur negotium quæstionibus ut noctu ad ædes sacras vigilias agerent.* Idem, Verr. 4. *Ad urbem cum esset, audivit Dioni permagnam venisse hæreditatem, &c.* Livius, decad. 3. lib. 2. *Ad Alliam fuga sicut urbem prodidit, ita exercitum servavit.* Ibidem, *Custodes ad portas ponant.* Ib. *Annibal ad Cannas sedet.*

Ad, causam finalem significans.

Cic. Philipp. 14. *Vt extet ad memoriam posteritatis sempiternam, ad scelus crudelissimorum hostium, militumque virtutem, &c.* Idem, de Provinc. Coss. *Quarum libidinum acerbissimum extat judicium, & ad insignem memoriam turpitudinis, & penè ad justum imperij nostri odium.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Ad id, (ut scilicet viribus deficerent hostes) sedulò diem Scipio extraxerat.* Idem, decad. 3. lib. 8. *Ad stipendium petendum venerunt Carthaginem.* Idem, decad. 4. lib. 5. *Classem misit ad tuendam Siciliæ oram.*

Ad, pro *Nullo excepto.*

Cic. Fam. 12. *Onerariæ naves omnes ad unam à nobis sunt exceptæ.* Idem, de Am. *De amicitia omnes ad unum idem sentiunt.*

Vide suprà, in *Vnus*.

Ad, pro usque ad.

Ad interdum indicat Tempus, seu temporis spacium. Cæsar, de bell. Gall. *Ad horam nonam in anchoris expectavit.* Cic. in

in Catil. *Ad hanc diem.* Idem, Fam.7. *Ad nonum Calendas Iulias in Cumanum veni,&c.* Idem, Att.lib.7. *Ab horâ octavâ ad vesperam secretò colloquuti sumus.* Idem. Philipp.2. *Cogitationem sobrij hominis ad punctum temporis suscipe.* Idem, lib. 2. de Finib. *An id exploratum cuiquam potest esse, quomodo sese habiturum sit corpus non dico ad annum, sed ad vesperam.* Livius, lib.3. ad urbe. *Ad lucem pugnare. Idem, ad multum diei; & multam diem.* Et, *ad multam noctem vigilare, &c.*

Huc & illa referantur. Cic. Off. lib. 2. *Rem integram ad reditum suum jussit esse.* Idem, de Finib. lib. 1. *Fabellas latinas ad verbum de Græcis expressas. &c.* Idem, lib. 1. de Orat. *Exercenda memoria ediscendis ad verbum quam plurimis & nostris scriptis & alienis, &c.*

Ad, usum rei significans.

Cic. Verr.6. *Quo vase solitus esset uti ad festos dies, & ad hospitum adventum.* Ibidem, *Eripuntur è manibus ea, quibus ad res divinas uti consueverunt.* Ibidem, *Patera, quâ mulieres ad res divinas uterentur.* Idem, de Divin. lib. 1. *A medicis herbarum & radicum genera*

animadversa sunt, ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera, &c. hoc est, adversus vulnera, vel in usum, &c. wieder/gegen. Idem, Verr. 5. *Quo iste interprete non ad linguam Græcam, sed ad furta & flagitia uti solebat.* Livius, decad. 3. lib. 3. *Pecunia ei decreta ad classem tuendam, bellumque Macedonicum.* Plaut. Capt. *Iube vasa tibi pura apparari ad rem divinam.* Ibidem. *Ad rem divinam utitur vasis, quibus est opus, Samiis.*

Ad accommodata ad pecuniam.

Cic. Att. lib. 5. *Assident, subducunt ad nummum, convenit.* Terent. Heaut. *Ad talenta quindecim coëgi*, id est, circiter. Plaut. Trinum. *Nummorũ Philippicorum ad tria millia* Idem, Epid. *Ad quadraginta minas.*

Ad, Refertur etiam ad partes dimidias, tertias. &c. Plin. lib. 20. cap. 3. *Aqua mulsa in ea decoquitur ad dimidias*, id est, ut supersit tantum dimidia pars. Columel. lib. 21. *Mustum, quàm dulcissimum decoquitur ad tertias & decoctum defrutum vocatur*, hoc est, usque ad consumtionem tertiæ partis, Biß auff den dritten Theil.

Ad, significans, quantum pertinet ad.

Ci. Verr. 5. *Vidi forum adornatum ad speciē magnifico ornatu, ad sensum cogitationemque acerbo & lugubri*, hoc est, quantum ad speciem, vel ad sensum. Id. Verr. 6. *Vrbs situ est cùm munito, tum ex omni aditu, vel terrâ, vel mari praclaro ad aspectum.* Livius, decad. 3. lib. 4. *Scipio ad seditionum procellas rudis.*

Ad, relata ad numerum, & Tempus.

Cic. Fam. lib. 2. *A te bis terve ad summum, & eas per breves accepi.* Idem, Verr. 4. *Quando Sicilia frumentum, quod deberet, non ad diem dedit?* supple, constitutam. Idem, Att. lib. 2. *Homines ad quindecim.* Et, *Sanè frequentes fuimus, omnino ad ducentos.* Livius, decad. 3. lib. 2. *Ad quinque & viginti naves ex triginta cepêre.* Ibidem, *Aciem Annibal ad multum diei tenuerat instructam.* Plaut. Pseud. *Effectum hoc reddam ad vesperum.*

Ad, relata ad Ordinem.

Pro, *Denique, postremò*, vel, *ut breviter concludam.* Alij dicunt *In summa*, mit einem Wort/in einer Summa. Cic. Off. lib. 2. *Ad summum ne agam de singulis*, Idem, Att. lib. 7. *Ad summam*: Et, *jurabat ad summam quod nullo negotio faceret.*

Ad extremum.

Hic opponitur, *A binitio.* Cic. lib. 2. de Nat. Deor. *Vt ad extremum omnis mundus ignosceret, &c.* Idem, ad Att. lib. 2. *Ajebat illum primum sanè diu multa contra dixisse: ad extremum autem, manus dedisse, &c.* Idem, de Provinc. Coss. *Nec totius dilata res, nec ad extremum è manibus erepta.* Idem, pro Rab. Posth. *Nudus atque egens ad extremum fugit è Regno.* Idem, lib. 2. de Divin. *Stoici addunt ad extremum, omnia levius casura rebus divinis procuratis.* Livius, dec. 3. lib. 3. *Homo improbus, sed non ad extremum perditus.* Idem, decad. 3. lib. 3. *Adjicite ad hæc, quòd fœdus, quòd leges nostras, quòd ad extremum civitatem nostram dedimus, &c.*

Ad

Ad postremum.

Pro, *postremo*. Plaut. Aulul. *Ibi ad postremum sedit miles.* Livius, lib. 3. ab urbe. *Ad postremum adhortatio capessendi belli.* Idem, dec. 4. lib. 6. *Tantus terror eorum nominis erat, ut Syriæ quoque ad postremum Reges stipendium dare non abnuerent.*

Ad ultimum.

Livius, decad. 3. lib. 8. *Nihil ultra malorum est, quàm quod passi sumus, ut ad ultimum fidem vobis præstaremus?* Ibidem, *Et quantum ad Carthaginenses duces attinet Imperatorem invictum ad ultimum permansisse.* Idem, decad. 4. lib. 1. *At ultimum inopiæ venit.* Idem, lib. 5. decad. 5. *Pietatem constantiamque laudaturos, si fidem ad ultimum præstitissent.*

Ad, pro, *secundùm.*

Cic. pro Rosc. Am. *Ad libidinem suam liberti servulique nobilium bona fortunasque vexant.* Idem, de Am. *Omnia ad voluntatem, nihil ad veritatem loqui:* Zu gefallen reden/nicht der Wahrheit gemeß. Idem, pro Flac. *Descripsit pecuniam ad Pompeij rationem.*

tionem. Livius, decad. 4. lib. 4. *Nolite ad vestras leges atque instituta exigere ea, quæ Lacedæmone fiunt.*

Ad, pro, *adversus.*

Cic. pro Rosc. Am. *Tecti esse ad alienos possumus: Socios verò qui cavere possumus?* wieder/odergegen.

Ad, pro, *Præ.*

In comparando usum habet. Cic lib. 2. de Orat. *Nihil ad Persium.* Idem, pro Dejot. *Nihil ad tuum equitatum.* Terent. Eun. *Ne comparandus hic quidem ad illum est, &c.* Idem, *Nihil ad hanc nostram formam:* Plaut. Capt. *Thalem talento non emam Milesium. Nam ad sapientiam hujus ille nimius nugator fuit.* Id. Mil. glor. *Ad tuam formam illa una digna est, &c.* Ibidem, *Haud audet aquiparare suas virtutes, ad tuas.* Idem, Mil. *Ad tuam formam illa una digna est.* Idem, Merc. *Mandavit mihi quidam, At illam faciem, ita ut illa est, emerem sibi.*

Ad pro, *Post.*

Futurum, tempus denotat. Cic. Att. lib. 12. *Nescio quid intersit, utrum illuc nunc veniam,*

niam, an ad decem annos, Uber zehen/oder nach zehen Jahren. Idem, 1. Tusc. *Et ego doleam si ad decem millia annorum gentem aliquam urbe nostrâ potituram putem, &c.*

Ad, pro, *Versus*.

Cic. de Divin. lib. 1. *Accius ad meridiem spectans, in vineâ mediâ constitit.* Idem, Philip. 12. *Facilis est circumspectus, unde exeam, quò progrediar, quid ad dextram, quid ad sinistram sit, &c.*

Ad, Gerundiis juncta.

Frequenter adjungitur Gerundiis in *Dum*, vel cum motu, vel nullo. Cic. pro Cæcin. *Arma esse suis nominibus alia ad tegendum, alia ad nocendum, &c.* Idem, pro L. Man. *Locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus, &c.* Idem, lib. 2. de Finib. *Hi non viderunt ut ad cursum equum, ad arandum bovem, ad indagandum canem, sic hominem ad intelligendum & agendum esse natum.* Ibidem, *Ad imperandum magis, quàm ad parendum accommodatus.* Livius, dec. 1. lib. 1. *Ferre aquam ad restinguendum ignem.* Ibid. *Eunt inclinatis ad credendum*

ani-

animis. Ibidem, *Ad cogendum Senatum in curiam redit.*

In hisce loquendi formis, vulgò, *Pro*, sed ineptè, usurpatur.

PRÆPOSITIO, *Adversus*,

Adversus & Adversum, Indifferenter pro eodem, cùm in bonam, tam in malam partem accipiuntur: Quibus *Pro*, opponitur. κατὰ, πρὸς, wieder.

In Bonam. Cic. lib. 2. Off. *Vtendum est excusatione adversus eos, quos invitus offendas, quâcunque possis.* Idem, Fam. lib. 4. *Epistola brevior, & adversus magistrum morum modestior.* Terent. And. *Id gratum fuisse adversum te habeo gratiam.*

In Malam, cum pro *Contra*, ponitur, zu wieder. Cic. ad Octav. *A quibus exercitum abducis? & adversus quos aciem instruis?* Terent. Hecyr. *Adversus edictum alicujus facere.* Plaut. *Adversus flumen navigare, &c.* Livius. decad. 1. lib. 1. *Forsitan etiam ardoris aliquid ad bellum, armaque se adversus superbissimum regem ac ferocissimum populum inventurum.*

PRÆ-

PRÆPOSITIO *Ante*.

Πρὸ, ἔμπροσθεν Iungitur accusativo, temporis, loci, personæ, *Temporis*. Cic. pro Lig. *Novum crimen, & ante hunc diem inauditum, &c.* Idem, ad Q. Fr. lib. 1. *Hæc scripsi ante lucem.*

Loci. Cic. pro Mil. *Clodius ante fundum suum Miloni struxit insidias*. Idem, pro Rosc. Am. *Ante tribunal fient cædes.* Virgil. Eclog. 5.

Ante focum si frigus erit, si messis, in umbrâ.
Cic. Philipp. 8. *Ante Castoris statuam videmus Q. Tribellij, &c.*

Personæ. Cic. Verr. 6. *Ante hosce Deos erant tabulæ, &c.* Idem. pro Rosc. Am. *Ne hîc ante oculos trucidetur.* Virg. 2. Æn. *Vt tandem ante oculos evasit, &c.* Livius, dec. 8. lib. 1. *Vnam longè ante alias specie ac pulchritudine insignem à globo Talassij raptam ferunt.*

Interdum *Ante*, personæ addita, Tempus. Cic. Verr. 3. *Minutius mortuus est ante istum prætorem.* Virg. 1. Georg.

Ante Iovem nulli subigebant arva coloni, &c.

Ante, pro, *Magis*.

Etiam

Etiam Comparationi servit, ad significandam excellentiam. Cic. Att. lib. 8. *Eum, quam ante me diligo, video in consulatu quidvis potius esse, quàm consulem*, id est, plus quàm me diligo. Virg. Æn. 3. *Felix ante alios virgo.* Idem, lib. 2. *Scelere ante alios immanior omnis, &c.* Livius, decad. 3. *Numidæ ante omnes barbaros sunt effusi in Venerem.* Idem, decad. 1. lib. 1. *Longè ante alios acceptißimus militum animis.*

Ante.

Eleganter ad certi diei cùm expreßsi, tum futuri significationem usurpatur. Cic. 3. Philipp. *Diem edicti obire neglexit, & ante Diem IIII. Calend. Decemb. distulit*, id est, ad diem, vel ipso die. Idem 1. Catil. *Dixi in Senatu te cædem Optimatum in ante diem V. Calend. Novemb. contulisse.* Idem, ad Att. lib. 3. *De fratre nuncij novi venerant tristes & varij ante diem Non Iun. usque ad pridie Calend. Septemb. pro, ante diem Nonarum finitum, sicut post diem Nonarum, subintellige, captum.*

Ante, Adverb. vide suo loco.

PRÆ-

PRÆPOSITIO, *Circa.*

Circa, idem quod *Circum* denotat, περὶ, πέριξ, juxta, propè: Ac jungitur Loco & Personæ.

Loco, Cic. de L. Agr. *Rullus Capuam, & urbes circa Capuam occupavit.* Horat. lib. 1. Carm. *Sevit amor circa jecur, &c.*

Personæ. Cic. Verr. 3. *Multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet.* Virg. 4. Georg. *Et circa regem miscentur, &c.*

Absolutè. Livius, decad. 4. lib. 1. *Hostes exhausto circa omni agro ad ultimum inopiæ venturos sciebat.*

PRÆPOSITIO, *Circiter.*

ὡς, περί πꙋ, vngefährlich/ vmb/ significat idem quod *Ad*, non multò secus, propè, ferè: Ac refertur ad Tempus, & Numerum.

Tempus. Cic. Fam. lib. 3. *Circiter idus Quintiles puto me ad Iconium* (oppidum) *fore*: Idem. Att. lib. 2. *Nos circiter Calend. aut in Formiano erimus, aut in Pompejano.* Horat. *Octavam circiter horam*: περὶ μέσην ἡμέραν, *circa Meridiem*, Æschin.

Nume-

Numerum, Cæsar.lib.1.bell.Gall. *Ita dies circiter XV. iter fecerunt.* Plaut.Mil. *Nam istic noster est fortasse circiter triennium.*

PRÆPOSITIO *Citra.*

Citra, derivatur à *cis*, ἐπὶ τάδε, Dißseyt/ hieherwerts: Ei opponitur, *ultra*. Cic. Philipp.6. *Et exercitum educere citra Rubiconem flumen.* Idem, Fam lib.16. *Is locus est citra Leucadem stadia 121.* Idem, Att.lib.16. *Erat cum suis navibus apud Haletem fluvium citra Veliam.* Livius, decad.3.lib.5. *Triumviros binos creari jussit, alteros qui citra, alteros qui ultra quinquagesimum lapidem, in plateis, forisque & inconciliabulis omnem copiam ingenuorum inspicerent,*

Interdum *Citra*, pro, *Sine*, usurpari solet, non tamen à Cicerone. Ovid.lib.5. Trist.eleg.9. *Citra scelus peccare.* Plin. *Citra invidiam.* Sueton. *Citra Senatus populique auctoritatem.*

PRÆPOSITIO *De.*

Servit Ablativo Casui, cui semper præponitur, nisi quod aliquando inter Adjectivum & Substantivum non in ele-

gan-

ganter collocatur. Cic.Att.lib.7. *Nam id nisi gravi de causâ non fecisset.* Idem, lib.1.de Orat. *Quicquid erit, quacunque ex arte, quocunque de genere dicet Orator,* Ibidem, *Quod quidem certis de causis à plerisque aliter existimatur.* Idem,de Orat.*Quâ de causâ fit, &c.* Livius, dec.4.lib.4. *Non prius amici, quàm inimici Annibalis, quâ de causâ venisset, cognoverunt.*

De, pro *A*, vel *Ex quo.*

De usurpatur, cum materia significanda est. Cic.de Orat.lib.2. *Locutus de imperatoris officio, & de omni re militari.*Idem, dem,pro Rosc.Am. *Cui de tanto patrimonio nihil relictum est.* Idem, *Præcepta de re militari dare.* Idem, Fam.lib.7. *Duos parietes de eâdem fideliâ dealbare.* Livius, decad.3. lib.6. *Vt commeatus paratos & in urbibus haberent, & ex agris de viis in viam proferrent.*

De, pro *Ex.*

Cum persona indicatur. Cic.pro Balbo. *Audivi hoc de parente meo puer.* Idem, Fam. *Quasivi de meâ Tulliâ quid egisset.* Id. li.1.Off. *De Græcis dulcem ac facetum Socratē*

accepimus Id, pro Ros. Am. *De amicorum sententiâ Roscius Romam confugit*, Mit oder auß Rath seiner Freund. Idem, lib. 2. de Fin. *Vnus de multis, &c.* Idem, *De Iovis sententiâ Minos sanxit leges.* Idem, *De autoritate, de voluntate, &c.*

Quod alij per *Secundùm*; non sat eleganter efferunt. Idem, de Leg. *De hominibus nulla gens est, quæ non habendum sciat esse Deum.* Idem, pro Mil. *Vnus de illis.* Idem. *Accusator de plebe, &c.*

Huc refer, *De meo, de tuo, de suo, de nostro, &c.* Von dem meinen von dem deinen/ꝛc. Plaut. Mil. *De meo his præceptis nihil novum apposui.* Idem, Menæch. *De tuo istuc addis*, Du thust diß von dem deinen darzu. Terent. Adelph. *Obsonat, potat, olet unguenta, de meo*, id est, sumtu, auff meinen Vnkosten/ich wils bezahlen. Plaut. Asin. *De industriâ quod nolebam, fugiebatis.*

De, ad Tempus relata.

Cic. pro M[illegible]r. *Vigilas tu de nocte.* Idem, 2. Philipp. *De die vivere cum perditis.* Horat. *Surgunt de nocte latrones.* Livius, decad. 3, lib. 5. *Cum is diem de die differret.* Cæsar,

ſar, bell. Gall. 7. *De mediâ nocte miſſus equitatus.* Idem, *Cum de tertiâ vigiliâ Afranius caſtra moviſſet*, in der dritten Wacht. Terent. Adelph. *Cum prima luce ibo hinc. M. imò de nocte cenſeo.*

De, pro, *ob propter*.

Ad declarandam cauſam uſurpatur. Cic. lib. 1. Off. *Regulus de captivis commutandis Romam miſſus erat.* Idem 3. Verr. *Flebat uterque, non de ſuo ſupplicio, ſed pater de filij morte; De patris, filius.* Idem, pro Domo. *Coire de bonis locupletiſſimorum hominum, &c.* Plaut. Truc. *De nihilo iraſci*, vergebens (oder) umb nichts/umbſonſt zürnen. Terent. Hecyr. *Non hoc de nihilo eſt, quòd me conventum expetit, &c.* Idem, Eun. *Ecquid nos amas de fidicinâ?* Cæſar. lib. 2. bell. Gall. *Mittere legatos de pace, de deditione, de præmiis, &c.*

De, pro, *Quod attinet ad*.

Cic. Fam. lib. *Cedit religioni de exercitu*, die Religion belangt. Idem, Att. lib. 10. *De pace ſentio ſimulationem eſſe apertam.* Terent. Hecyr. *Nam de reducen-*

da virgine, id verò neutiquam esse arbitror honestum.

Hisce similes formulæ adduntur. Cic. Fam. 12. *De integro incidere in morbum*, von newen/ (oder) auff ein newes kranck werden. Idem, Att. lib. 7. *De improviso*: Cic. pro Lig. *Tu de repente irrupisses.* Idem, ad Att. lib. 15. *Ecce autem de transverso L. Cæsar, ut veniam ad se, rogat, &c.* Idem, lib. 1. Off. *Si facias de industriâ*, mit fleiß. Idem, in Pis. *De facie novi.* Ich kenne jhn von Angesicht. Cic. de Cla. Orat. *De scripto, cui contrarium*, memoriter dicere, auß dem Buch (oder) außwendig sagen. Plaut. Most. *De exemplo ædificare*, pro ad exemplum. Idem, Aul. *De summo loco adolescens*: Et alibi, *de summo loco, summoque genere filius.* Livius, decad. 1. lib. 1. *Vrbem legibus & moribus de integro condere parat.*

Neque ignorandæ sunt hæ formulæ. Cic. Verr. 3. *Quid hoc homine faciatis?* Idem, Fam. lib. 14. *Quid, obsecro te, (me miserum!) Quid futurum est? etsi nos premet eadem fortuna, quid puero misero fiet?* Terent. And. *Quid me fiet?* Idem, Phor. *Quid illâ filiâ amici*

mici nostri quid futurum est? Plaut. Mostell. *Quid eo argento factum est?* Idem, Aul. *Tum me faciant quod vult magnus Iuppiter.* Idem, Cas. *Nec quid agam meis rebus scio.* Ibidem, *Quid fecisti scipione? Et tuo quid factum est pallio.* Idem, Capt. *Meo minore quid factum sit filio.*

Sed sciamus tamen etiam hanc loquendi rationem esse latinam. *Quid de me fiet? Quid de illa re factum est?* Cic. Att. lib. 2. *Quid de P. Clodio fiat, rescribe.* Plaut. Mil. *Quid mihi auctores, ut faciam, de concubinâ?*

PRÆPOSITIO, E, vel *Ex.*

Servit Ablativo casui, ac variè usurpatur: *Ex*, tamen literam, *r*, κακοφωνίας ergò, non antecedit: Eleganter etiam interdum inter Adjectivum & Substantivum collocatur: Cic. lib. 1. de Orat. *Quicquid erit, quacunque ex arte id orator dicet, &c.*

E, vel *Ex.*

Originem vel causam efficientem indicat. Cic. 5. Tusc. Ex præceptis Philo-

sophiæ acta vita: Nach den Gebotten ze
Idem, de Cla. Orat. *Artium studia ferè recon*
ditis è fontibus hauriuntur. Idem, de Na
Deor. lib. 3. *Posse acerbos è Zenonis scholâ ex*
re. Idem, Att. lib. 3. *Ex tuis literis plenus sui*
expectatione de Pompejo, quidnam, &c. Idem
ad Brut. *Hujus ex sermonibus extiterunt de*
ctissimi viri. Idem, pro Rosc. Am. *Ex na*
turâ suâ alios fingere. Idem, Philipp. 1. *Cu*
languerem è viâ. Plaut. Pseud. Effert. *La*
sus de viâ. Idem, Mostell. *Ex me nihil scie*
Livius, dec. 4. lib. 4. *Pax ex auctoritate S*
natus confirmata fuit. Terent. And. *Mors co*
secuta ex ægritudine. Idem, *Ortum ex t*
&c. Idem, *Demens ex peregrinâ.* Idem, H
cyr. *Nemini plura acerba esse credo ex ama*
unquam, oblata quàm mihi.

E, vel, *Ex*.

Materiam designat. Cic. Acad. lib.
E Saxo sculptus, è robore dolatus. Iden
Verr. 6. *Simulacrum ex ære, marmore.* Ib
dem, *Vas è gemmâ prægrandi.* Proverb. N
quovis ligno fit Mercurius. Plaut. Rud. *Fal*
factum è ferro. Virg. 8. Æneid. *Lorica ex æ*
&

&c. Livius, decad. 3. lib. 8. *Tulerunt simulacra spoliorum ex mille pondo argenti facta.* Idem, decad. 4. lib. 4. *Vasa ex aere fabrefacta multa.* Ib: *Clypeus unus ex auro totus, &c.*

E, vel Ex,

Ad partem refertur. Cic. pro Rosc. Am. *Ex quibus rebus Respub. maxime laborat, iis maxime mederi convenit.* Idem, *Ex invidiâ, intestinis, pedibus, renibus, inscitâ, desiderio, capite, oculis, &c. laborare.*

E, vel Ex.

Ad numerum, multitudinem, seu copiam accommodatur. Cic. de Orat. *Hunc ex maximè raro hominum genere judicare debemus.* Ibidem. *Vnum ex cunctis deligere.* Idem, *Tres legatos ex iis, qui privati sunt.* Plaut. Pseud. *Pauci ex multis sunt amici, homini qui certi sient.* Ibidem, *Ex multis exquire illis unum tibi, qui certus siet.*

E, vel Ex,

Saepe Modi indicationem habet. Cic. pro Clue. *Ex occulto insidiari, intervenire, latrocinari*: Id. in 3. Catil. *Ex memoriâ exponere.*

Terent. Heaut: *Spero hanc rem eventuram nobis ex sententiâ.* Livius, decad. 3. lib. 1: *Ad exploranda omnia, visendosque ex tuto hostes, præmittit, &c.* Idem, decad. 3. lib. 8. *Quæ nunc ex intervallo non apparent, bellum aperiet.* Ibidem, *Impetum ex occulto facere jubet cum equitatu:* Ibidem, *Flagitare stipendium procacius, quàm ex more & modestiâ militari erat.* Idem, lib. 1. decad. 1. *Ludos ex industriâ parat solemnes.* Ibidem, *Ex composito orta vis: Et quæ id genus alia multa huc referri possunt.*

E vel Ex, pro, Secundùm:

Iuxtà; κατὰ, Endlich/gemäß. Cic. Att. *Ex communi hominum opinione dicere.* Idem, *Consules erant ex illius dignitate.* Idem, *Ex sua voluntate dicere.* Idem. de Invent. *Ex lege jurati judices judicant.* Idem, Fam. lib. 12. *Ex sententiâ confecta res est: Ex animo; cui simulatè;* opponitur. Plaut. Capt. *Servus est ex sententiâ:* Livius, decad. 3. lib. 8. *Duos imperatores rectè & ordine, & ex voluntate Senatus fecisse, quod Saguntum restituerint.* Idem, decad. 4. lib. 4. *Ex dignitate & Reipub. utilitate.*

sitate respondere. Terent. Eun. *Iudicare aliquem ex aliorum ingeniis, &c.*

E, vel *Ex*, cum loco juncta.

Cic. Tusc. 4. *Studia serò in hanc civitatem è Græcia translata.* Terent. *Puella ex Atticâ abrepta.* Plaut. Aul. *Lar ex hac familiâ.*

E, vel, *Ex*, Tempori addita.

Præterito, Cic. Att. *Ex Calendis Ianuarij, quoad perfecta res est, de me retulisti,* Ibidem, *Futurus sum extra urbem ex Idibus Ianuarij, &c.* Idem, Philipp. 6. *Res enim ex Calend. Ianuarij agitata paulò ante confecta est, &c.* Livius, decad. 3. lib. 7. *Eo anno primùm ex quo Annibal in Italiam venisset, comitium tectum est.* Idem, dec. 4. lib. 4. *Vt ex eo die intra decimum diem ab Argis, cæterisque oppidis præsidia omnia deducerentur, &c.*

Futuro. Cic. contra Rull. *Tribuni militares ex Calend. Ianuarij non judicabunt.* Idem, Att. lib. 4. *Scripseram ne tibi me esse legatum Pompejo? Et extra urbem quidem ex Idibus Ianuarij, &c.*

E, vel Ex, pro, *Post*.

Ἐκ τοῦ νῦν, von der Zeit her. Cic. de Cl. Orat. *Nec verò unquam discedebam ex eo die, quo in ædem Telluris convocati sumus.* Idem, Att. lib. 7. *Diem de die expectare; vulgò unum diem post alterum.* Idem, Verr. 4. *Ex illo tempore à civitatibus laudationum petere capit.*

E, vel *Ex*.

Ad usum seu commodum relata. Cic. Att. *Summa erit hæc, statues ut ex fide, famâ, reque meâ videbitur.* Idem, ad Brut. *E Repub. facere*, id est, in commodum & utilitatem Reipub. Idem, Att. *Senatus censet, atque è Repub. existimat.* Plaut. Capt. *E re tua erit.* Sallust. Catil. *Quæ studio dixit, è repub. dixit, &c.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Permissum ei, ut in Africam, si id è Repub. esse censeret, traijceret.* Idem, decad. 4. lib. 4: *Facere ei permiserunt, quod è Repub. P. Rom. sociorumque esse crederet.*

PRÆPOSITIO, *Extra*.

Ἔξω, ἐκτός, extrinsecus, ausserhalb / drauß: cui *Intra* & *In* opponuntur. Hor.

Nil

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. Prov. in eos, qui, quæ in confesso sunt, ea negant. Cic.lib.2. de Finib. *Et in corpore quædam bona sunt, & extra, &c.*

Extrà, metaphoricè.

Rebus tribuitur, quæ excluduntur: Cic. Verr.7. *Extrà culpam esse*, pro non esse in culpâ, seu vacare culpâ. Idem, pro Sylla. *Extra conjurationem esse*, pro non esse in conjuratis. Idem, pro Domo. *Extra ordinem rogare sententiam honoris gratiâ.* Idem, de Divin. lib.2. *Extra fatum nihil fieri.* Idem, Att.lib.11. *Extra ruinam esse.* Idem, Fam.lib.7. *Extra jocum*, ohn schertz / *cum quid seriò, non joco dicere volumus, &c.* Plaut. Menæch. *Extra numerum es mihi.*

Extra, pro, *præter*.

In exceptionibus, Außgenommen. Cic.Fam.lib.7. *Extra ducem paucosque præterea, reliqui ita rapaces & crudeles.* Idem, pro Domo. *Civis est nemo in tanto populo extra contaminatam illam manum, qui, &c.* Terent. Phorm. *Neque cognatus, extra unam aniculam, quisquam aderat.* Livius,

 decad.

decad.3.lib.6. *Extra filias, quæ nupsissent prius, quàm in populi Romani potestatem venirent.* Plaut. Amph. *Nemo mortalium extra te unum corpus corpore contigit; &c.*

PRÆPOSITIO *In.*

In, ἐν, ἐπί: jungitur Ablat. & Accus. Interdum eleganter suo interponitur casui. Cic. de Am. *Quo in genere sperare videor;* Ibidem, *Quibus in ipsis causa inest, cur diligantur.* Idem. Catil.2. *Cogita quem in locum sis progressus.* Livius, decad.4.lib.7. *Toto in orbe terrarum cuivis regum vel majestate, vel viribus par est.*

In, distributioni serviens.

Cic. pro Flacco. *Pecuniam in remiges imperavit, Frumentum assibus in modios æstimatum plebi divisit.* Idem, Verr. 6. *Ut in singula conclavia tricenos lectos quæreres.* Idem, pro Font. *Titurius quaternos denarios in singulas vini amphoras portorij nomine exegit, &c.* Idem, pro Balbo. *Ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere posset.* Idem, contra Rull. *Duodena describit in singulos homines jugera.* Livius, decad.3.

decad.3.lib.2. *Pactiut arma atque equos traderent in capita Romana trecenis numis quadrigatis in socios; ducenis; in servos centenis.* Virg.5.Æneid. *Bina boum capita dat in naves.* Plaut. *In viros dividere, id est, viritim, in singulos vtros.*

In, tempori serviens.

In, pro, significat. Cic. Att.lib.10. *In proximum annum consulatum peteres.* Idem, *Consilia in horas mutari vides.* Idem, pro Mil. *Clodius se in annum proximum transtulit.* Idem, pro Cluent. *Renovare in singulos annos fœ...us*; Sic, *in paucos, plures, multos, dies, menses, annos, &c.* Idem, pro Deiot. *In posterum diem distulit.* Idem, pro Cæl. *Dij fraudis pœnas in diem reservant.* Idem, 3. Catil. *In singulos dies crescit hostium numerus.* Livius, dec. d.1.lib.1. *Sacrificium lustrale in diem posterum parat.* Idem, dec.3.lib.7. *M. Claudio prorogatum in annum imperium est.*

Huc refer, *In diem vivere*, id est, ex tempore vivere, non habitâ dierum aut horarum ratione. Cic. Philipp.2. *Non solùm de die, sed etiam in diem vivere.* Ovid.2.Met.

In diem petere, id est, spacium tantum unius diei. Plaut. Stich. *In hunc diem convivam quærere*, id est, pro hoc die. Sic, *Inposterum*, id est, postero die. Cic. lib. 2. de Nat. Deor. *Inperpetuum*, *in incertum*, pro quo, Livius, *in inserto*. Horat. *Inpræsens*; cui opponitur, *In futurum*: *Inperendinum*, id est, perendinè, sequente die crastinum. Livius, *in obliquum*, id est obliquè: *in Orbem*, id est, vicissim, *alius post alium*: per vices. Idem. *Senæ horæ in orbem operi attributa sunt.* Ein jeder nach der Ordnung hat müssen sechs Stundt arbeyten. Idem, *Imperium per omnes in orbem ibat*, das Regiment gieng nach der Ordnung umb.

Item, Livius decad. 3. lib. 2. Et decad. 3. lib. 7. *Inspeciem*, Zum schein / nach der eusserlichen Gestalt dem eusserlichen Ansehen nach, id est, aliter ipso externo conspectu, specie. Livius, *Inspeciem preces jactantur*: Cui contrarium, *reipsâ* Idem, decad. 3. lib, 7. *Æquaverat se cæteris in speciem, &c.*

In, pro, *Erga*.

Cic.

Cic. de Leg. *Athenæ multa utilia in vitâ hominum attulêre.* Idem, Fam. lib. 13. *Multa illius in me officia, multa in illum mea, &c.* Ibidem, *Si ea, quæ in me officia & studia contulisti, vis mihi gratiora efficere, &c.* Idem, de Orat. *Magno amore inflammatum esse in patriam.* Idem, *De summis in Remp. meritis dicere.* Idem, ad Brut. *In duces vehemens, in milites liberalis.* Idem. pro Mur. *Nostra in aliquem studia minuit.*

In, pro, *Contra.*

Cic. lib. 1. Off. *Id quod apud Platonem est in Philosophos dictum.* Idem, pro Rosc. Am. *In eam partem potius peccant, quæ est cautior.* Idem, Att. lib. 3. *In aliquem: Et, In se ipsum peccare.* Idem, de Am. *In aliquem aliquid efficere, &c.*

In, pro, *de* usurpata.

Cic. Att. lib. 2. *In eam sententiam multa dixit*, Auff diese Meynung / diesen Schlag/dieses Inhalts. Idem, Att. lib. 1. *Duabus epistolis tuis perdiligenter in eandem rationem scriptis magnopere sum commotus.* Idem, pro Quint. *In hanc rem me co-*

me cognitorem dedisti. Sic, *In hanc partem, In eam, in eandem.*

In, pro, *Ante.*

Cic. de Vn. *Cadit in sensum.* Idem, Verr. II. *Defigere furta in oculis omnium.* Idem, ad Att. lib. 8. *Committere legiones in conspectum hostium.*

In, pro, *Sub.*

Cic. pro Cluent. *Redigere in potestatem.* Idem, de Orat. *Ambulare in sole.* Idem, pro L. Man. *Cum duodecim secures in prædonum potestatem pervenerint.* Ibidem, paullò post. *Cùm vestros portus, atque eos portus, quibus vitam & Spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestate sciatis, &c.*

In, pro, *Iuxta.*

Cic. Verr. I. *Hostilem in modum sævire.* Idem, ad Q. Fr. lib. 2. *Ad 3. Iduum Maij Senatuscons. factum est de ambitu in Afranij sententiam, &c.* Idem, Fam. lib. 15. & Verr. 6. *Mirandem in modum.* Idem, ad Att. *Mirabilem in modum*, auff ein wunderliche / seltzame Weise. Plaut. Trinum. *In modum servilem*, id est, quemadmodum servi solent. Livius,

vius, 2. bell. Maced. *In modum amici*, id est, tanquam amicus.

In, pro, *Cum*.

Cic. pro Flacc. *Qui nuper summo cum imperio fuerit, summo in amore esse non potuit, &c.* Idem, pro Rosc. Am. *Summa Reip. in hujus periculo tentatur.*

In, cum voce, *Manus*.

Livius, decad. 4, lib. 1, *Omißâ prædâ quæ in manibus erat*, id est, quæ in promptu, seu, facilis erat, vorhanden/ oder/ in der Hand/ rc. Cic. Att. lib. 4. *Libri Oratorij diu multumque in manib⁹ meis fuerunt.* Ich bin lange zeit mit den Büchern vmbgegangen/ rc. Thucyd. Διὰ χειρὸς ἔχειν ἐν μετὰ χεῖρας ἔχειν. Lucian. ἐν χερσὶν ἔχειν. Cic. Att. lib. 6. *In manibus est res.* Virgil. 2. Georg. *In manibus terræ*, scilicet sunt, hoc est, in facili & promptu, &c. Plaut. Aul. *In manum capere*: Et, *manu capere*. Cic. Verr. 6. *Verres unum quodque vas in manus sumebat, &c.*

In, pro, *Inter*.

Ratione numeri, sic usurpatur. Cic. Att. lib. 11. *Melius in peßimis nihil fuit dißidio.*

Ibidem, lib.10. *Cæsar maximè in suis M. Ciceronem reponit.* Idem, de Senect. *Quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis.* Idem, pro Rosc.Am. *Capito, qui in decem legatis erat.* Idem, Off. lib.1. *Hic in magnis viris non est habendus.* Plaut. Milit. *Facile est imperium in bonis.*

Inter, vicissim pro *In* eleganter usurpatur. Cic. Philipp.2. *Inter cœnam.* Plaut. Cistell. *Inter novam rem, verbum usurpabo vetus.* Sueton. in Galba. *Inter conventum matronarum, &c.*

PRÆPOSITIO, *Intra.*

Intra, innerhalb/ innen. contrariam habens, *Extra*, eleganter usurpatur ratione Loci, Temporis, & Modi.

Loci. Cic. pro Sest. *Antiochus intra montem Taurum regnare jussus est.* Idem, pro L.Man. *Nulla intra Oceani ostium navis est.* Idem, ad Att. *Nisi intra parietes meos de meâ pernicie consilia inirentur.* Livius, *intra terminos; intra muros, intra vallum pedites tenuit.* Virg. Æn.6. *Intra tecta vocate.*

Temporis, Cic. Verr. 2. *Quæ intra decem annos nefariè flagitioseque facta sunt.* Sic,

Intra

Intra quatuor annos, id est, quadriennio nondum finito. Plaut. Curcul. *Intra viginti dies*, id est, spatio dierum. Livius, *Intra decimum diem*. Idem, *Intra paucos dies*, *&c.*

Modi, Cic. Fam. lib. 9. *Epulamur non modò non contra legem, sed etiam intra legem, & quidem aliquantò minus, quàm præscripserit lex.* Idem. Fam. lib. 4. *Modicè hoc faciam, aut etiam intra modum*, ehe weniger als mehr / seu *minus quàm modicè.*

PRÆPOSITIO, *Iuxta*.

Iuxta, pro, *apud* & *propè* usurpatur. παρὰ Bey / neben. Cic. *Iuxta viam Appiam sepultus est*. Virg. 4. Æneid. *Humilis volat æquora juxta.*

De *Iuxta*, Adverbio supra agitur.

PRÆPOSITIO, *Ob*.

Ob, pro, *propter*, ideò, iccirco, propterea. διὰ, ἰπὶ: Causam denotat efficientem. Cic. 12. Philipp. *Sunt alia ob quæ magis nunquam parebit*. Idem, pro Font. *Ob aliquod emolumentum suum, si*

quis

qui cupidius aliquid dicere videntur, iis credi non convenit. Idem, pro Marcell. *Dii pœnas à te ob delictum expetivêre.* Idem, Fam. lib. 5. *Ob delictum aliquem oppugnare.* Terent. *Pretium ob stultitiam fero, sed in ultum id nunquam auferet.* Livius, decad. 4. lib. 4. *Gratias ago ob hoc, quod admonitus sum, ut tam pio ac necessario officio fungerer, &c.* Idem, decad. 3. lib. 10. *Vestri patres nonnihil etiam ob hoc, quia parum dignitatis in legatione erat, negaverunt pacem.*

Causam Finalem. Cic. de Nat. Deor. lib. 3. *Ob eam ipsam causam Erichteus Athenis filiæque ejus in numero Deorum sunt.* Idem, Fam. lib. 13. *Ob eam rem tibi hæc scribo, &c.*

Ob, pro, *Ante*.

Cic. Tusc. 3. *Cujus ob os Graii ora obvertebant sua.* Idem, pro Rab. *Mors ob oculos mihi versata sæpe est.* Idem, de Univ. *Cum eo igne, qui est ob os offusus, se confundit*, vor den Augen/vmbs Gesicht. Plaut. Mil. *Ob oculos experior caliginem*, es ist mir finster vor den Augen.

Interdum inter duos Accusativos eleganter

ganter collocatur. Cic. pro Rosc. Am. *Quæro abs te, quam ob causam recusaris.* Et Horat. de Arte.

Carmine qui Tragico vilem certavit ob hircū.

PRÆPOSITIO, *Per.*

Per, in Obsecrando usurpatur. πρὸς θεῶν. Cic. Off. lib. 2. *Quid est enim per Deos optabilius sapientiâ?* Idem, pro Balbo. *Sed per Deos immortales quæ est ista societas?* Idem, ad Heren. lib. 4. *Per ea quæ tibi dulcissima sunt in vitâ, miserere nostri.* Ibidem, *Et tu, per Deos, inquit, hunc amplexare.* Terent. And. *Per ego te Deos oro, ut ne illis animum inducas credere.* Ibidem, *Per hanc ego te dextram oro, & ingenium tuum, per tuam fidem, perque hujus solitudinem.*

Per, in Jurando.

Demosth. νὴ τὸν Δία, per Iovem. ἐν ὄμα τοὺς θεοὺς, *Non per Deos* Cic. pro Rab. Posth. *Ubi semel quis pejeraverit, ei credi postea, etiamsi per plures Deos juret, non oportet, &c.* Plaut. Amph. *Per Iovem, per Mercurium juro.* Ibidem, *Per supremi Regis regnum juro, & matremfamiliâs Iunonem, &c.*

Per

Per, in concessione & potestate.

Cic. pro Domo. *Ne id quidem per legem facere potuisti.* Idem, pro Mil. *Hoc neque per naturam fas est, neque per leges licet.* Idem, Fa. lib. 16. *Cum per valetudinem, & per anni tempus navigare poteris*, deiner Gesundheit halben / etc. Idem, pro L. Man. *Per ætatem*, id est, ob, vel, propter ætatem. Terent. Hecyr. *Hoc siquidem licebit per illos, quibus est in manu.*

Per, ad personam relata.

Cic. Att. lib. 4. *Nihil interest an per procuratorem agas, an per te ipsum.* Idem, pro Ros. Am. *Non possumus omnia per nos agere.* Ibidem, *Per alium transigam negotium meum.* Idem, de Orat. *Cum & per meipsum egissem, & per Brutum sæpe tentâssem.* Idem, de Divin. lib. 2. *Sive externus & adventitius pulsus dormientium animos commovet, sive per se ipsi animi moventur.* Livius, decad. 3. lib. 2. *Quietum inde fore videbatur reliquum ætatis tempus, fuissetque per Pœnum hostem, &c. sed, &c.*

Per,

Per, tempus significans.

Cic. de Cl. Orat. *Duo fratres per idem tempus dissimiles inter se.* Idem, ad Q. Fr. *Consequuti sunt dies comitiales per quos Senatus haberi non poterat.* Idem, pro L. Man. *cum antea per ætatem hujus loci auctoritatem contingere nondum auderem.* Idem. pro Domo. *Factus es filius ejus contra fas, cujus per ætatem pater esse potuisti.* Ibidem, *Ille tibi loco filij per ætatem esse potest.* Terent. And. *Per tempus advenis*, id est, tempestivè, in tempore. Livius, *Per id tempus*, zur selbigen Zeit. Idem, decad. 4. lib. 5. *Romæ per id tempus duo maximi fuêre terrores*, &c.

Per, ad modum relata.

Cic. Verr. 3. *Per ludum & jocum aliquem fortunis evertere.* Idem, pro Rosc. Am. *Per luxuriem effundere, atque consumere, quod per scelus quis est adeptus.* Idem, pro Quint. *Per vim & scelus plurimum posse.* Idem, pro Domo. *Per insidias interficere.* Idem, *Per imprudentiam, per gratiam; Per fraudem & malitiam fingere aliquid: Per simulationem*

nem amicitiæ prodere aliquem; vnderm schein der Freundschafft /*per speciem*, mit fürgeben/schein/für Wort/*per causam*. Livius, *per occasionem*, *per otium*, *per potestatem*, *per litteras*, id est litteris. Cic. ad Att. lib. 1. *Purgat se mihi per litteras*. Idem, *Accusâsti me per litteras gravioribus verbis*: Et, *agere gratias per litteras*, *consolari*, *petere*, *colloqui*, &c. *per litteras*. Plaut. Capt. *Qui per virtutem perit*, *non interit*.

Per, in Compositione.

Augendi habet vim. Cic. Verr. 4. *Pervellem adessent hi qui affuerant antea*. Idem, Verr. 6. *Non solùm animo commoveor*, *verùm etiam corpore perhorresco*. Ibidem, *Signa duo*, *Cereris unum*, *alterum Triptolemi pulcerrima & perampla*. Ibidem, *Per dives mulier*; Et, *Pervetus ligneum signum*. *Pergratæ litteræ*: *Ingenium peracre peracutum*. Cic. lib. 3. de Finib. *Sed hæc quidem est perfacilis & perexpedita responsio*. Terent. Hecyr. *Percontumax redîsti huc nobis*, *Pamphile*. Liv. 3. lib. 6. *Onerariæ naves perpaucæ in potestatem hostium venêre*. Idem, dec. 3. lib. 8. *Hispania postrema perdomita est*.

PRÆ-

Præpositio, *Post*.

Post, μετὰ, cum Accusativo; Temporis significationem habet & contrariam, *Ante*, de qua suprà. Cic. pro Rosc. Am. *Aliquot post menses occisus est*. Idem, in Pison. *Post hominum memoriam*; *post te Prætorem*: Virg. Eclog. 1.

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas,

Nach (oder) vber etlich Jahr.

Eleganter etiam cum Participio præteriti temporis jungitur. Cic. pro Balbo. *Post genus humanum natum, pauci reperti sunt, qui nullis præmiis propositis vitam suam hostium telis pro patriâ objecerint*. Idem, de Divin. lib. 1. *Sexennio post Vejos captos*. Idem, pro Mil. *Post homines natos vir fortissimus*. Virg. Æneid. lib. 4.

Prætereo, atque aliis post me memoranda relinquo, &c.

Post, cum Quàm juncta.

Inter *Post*, & *quàm*, Eleganter interseri solent nomina Temporis. Cic. Att. lib. 9. *Hoc scribit post quartum diem, quàm ab urbe*

discessimus. Idem, pro Mil. *Post diem tertium gesta res est, quàm dixerat*, ist geschehen drey Tag nach dem ers gesagt hat. Cæsar, 4. de bello Gall. *Post diem quartum, quàm est in Britanniam ventum.*

De *Pòst* Adverbio, suprà.

PRÆPOSITIO, *Præ.*

Plaut. Mil. *Qui non sum dignus præ te, ut figam palum in parietem.* Ibidem, *Præ illius formâ spernis tuam.*

Præ, pro *Ante*, πρὸ.

Livius, decad. 1. lib. 1. *Propè Tyberim, quà se armentum agens prædo trajecerat.* Ibidem, decad 3 lib. 8. *Vrbem est ingressus, argentique præ se in ærarium tulit quatuordecim millia pondo, &c.* Plaut. Amph. *Abi præ, Sosia, jam ego sequar.*

Præ, Comparationi serviens.

Cic. de Cl. Orat. *Hegesias illos Atticos præ se penè agrestes putat.* Idem, Fam. lib. 4. *Non tu quidem vacuus molestiis, sed præ nobis beatus.* Idem, pro Rosc. Am. *Hominem præ se neminem putat.* Idem, de Finib. *Divitiæ nec ma-*

magnum bonum, & præ rectis honestisque contemnendum. Idem, contra Rull. *Romam præ Capua irrident.* Terent. Eun. *Hic ego illum contempsi præ me, &c.* Idem, Adelph. *Omnia sibi post putat esse præ meo commodo*, hoc est, nihil magis curandum putat, quàm meũ commodum. Plaut. Curc. *Omnium unguentûm odor præ vini odore nautea est.* Idem, Mil. *Pithacium hæc ancillula est præ illa, quæ tibi annulum misit.* Livius, lib. 4. dec. 4. *Quid ista sunt præ iis, quæ à te tuisque quotidie alia super alia facinora eduntur?*

Præ, cum *Ut* conjuncta.

In comparatione *præ* cum *Ut* jungitur, maximè à comicis. Plaut. Mil. *Nihil herclè hoc quidem, præ ut aliâ dicam.* Idem, Amph. *Parum etiam, præ ut futurum est, prædicas.* Et Menæch. *Folia nunc cadunt, præ ut si triduum hoc hîc erimus, tum arbores in te cadent.* Terent. Eun. *Ludum jocumque dices fuisse illum alterum, præ ut hujus rabies quæ dabit, &c.*

PRÆPOSITIO, *Præter*.

Præter cum Accusativo juncta exci-

piendi vim habet: πλὴν, χωρὶς. Cic. Fam. lib. 5. *Amicum ex consularibus neminem tibi esse video, prater Lucullum.* Idem, lib. 5. de Finib. *Herillus ita sensit, nihil esse bonum, prater scientiam.* Idem, Att. lib. 7. *Qui omnes prater eum, de quo per te egimus, reum me facerent.* Idem, Att. lib. 1. *Hoc nemini, prater me videtur.* Idem, pro Cl. *Omnibus sententiis, prater unam condemnatus est.* Livius, decad. 3. lib. 9. *In hoc legato vestro, nec hominis quicquam est, prater figuram & speciem, neque Romani civis, prater habitum & sonum latina lingua.* Idem, decad. 3 lib. 7. *Prater libera capita omnem pradam militibus concessit.* Plaut. Asin. *Ego prater alios meum virum fui rata siccum, frugi, &c.* Idem, Bacch. *Prater aquum ne quid delinquas, &c.*

Prater, pro, *Contra*; παρά.

Cic. pro L. Man. *Quid tam prater consuetudinem, quàm homini per adolescenti, imperium atque exercitum dari?* Idem, Att. lib. 3. *In altera epistolâ prater consuetudinem diem non ascribis.* Idem, de Orat. lib. 2. *Nihil magis ridetur, quàm quod est prater expectationem.* Idem, lib. 2. Off. *Prater modum exterreri.* Ter. Adel. *Prater morem atque legem civium*

Nimium ipse durus est, præter æquumque & bonum. Ibidem, *Hæc tria primùm addidi præter naturam, &c.* Plaut. Merc. *Præter sententiam omnia eveniunt.*

Præter, pro, *supra.*

Cic. Tusc. lib. 5. *Aristides expulsus est patria, quòd præter modum justus esset:* Idem, de Divin. *Lacus Albanus præter modum crevit.* Idem, pro Syllâ. *Hoc mihi præcipuum est præter cæteros.* Idem, Off. lib. 2. *Testis est Phalaris, cujus est præter cæteros nobilitata crudelitas,* Ist (oder) übertrifft die andern alle. Terent. And. *Præter cæteras visa est lamentari, Erat formâ præter cæteras honesta & liberali, &c.* Plaut. Epid. *Præter ætatem & virtutem stultus es, &c.* Idem, Amph. *Virum meum amo præter omnes.*

PRÆPOSITIO *Pro.*

Pro, πρὸ, Ablativo casui serviens varia significat, habetque contrariam, Contra. Cic. de Orat. *Hoc modo non pro me, sed contra me potius.* Plaut. Bacchid. *Pro corrupto causam dicis filio.*

Pro, in Comparatione.

Significat, *Si spectes*, Gegen. Cic. Phi-

lipp.3. *Sunt impij cives pro charitate Reip: nimium pro multitudine benè sententium, admodũ pauci* Idem, pro Sest. *Nequaquam multi cives forti & magno animo inveniuntur pro tantis opibus Reipub: tantaque dignitate Imperij*. Plaut. Penul. *Pro heri nostri gestu satis ornati sumus*. Terent. Heaut. *Duo talenta pro re nostrâ ego esse decrevi satis.* Livis. decad. 3. lib. 5. *L. Martius Impiger juvenis, animique & ingenij aliquantò, quàm pro fortunâ, in quâ erat natus, majoris in exercitu erat.* Et, decad. 3. lib. 1. *Prælium atrocius quàm pro numero pugnantium editur.*

Pro, pro, *Secundum, juxta*, vel *ex*.

Germ. Nach/ Cic. pro L. Man. *Horum vobis pro vestrâ sapientiâ habenda ratio est.* Id. ad Att. *Non enim pro tua prudentiâ debes illud solùm animadvertere.* Idem, *Hæc pro tuo ingenio considera.* Idem, Fa. lib. 13. *Peto à te, & pro nostra, & oro paternâ amicitiâ, ut eum in tuam fidem recipias.* Idem, pro Cluent. *Qui à me pro eximiâ suâ virtute summisque honoribus, honoris causâ nominantur.* Idem,

Off.

Off. lib. 1. *Videndum est ut cuique pro dignitate tribuatur.* Terent. Phor. *Satis pro Imperio.* Livius, decad. 3. lib. 6. *Variè hominum animi, pro cujusque ingenio, affecti sunt.* Idem, decad. 4. lib. 5. *Pro loci naturâ castra communivit.*

Huc referuntur *pro meo, tuo, suo, jure* aliquid facere, hoc est, pro jure vel potestate, quam habeo, & facere possum, sine reprehensione. Cic. pro Flacc. *Pro meo jure dico.* Idem, Att. lib. 3. *Pro suo jure esse in aliquo loco.* Plaut, Capt. *Pro jure meo imperitabam.* Terent. Adelph. *Non necesse habeo omnia pro meo jure agere*, q. d. etiamsi liceat, non est necesse, &c.

Item *pro re, pro re natâ.* Weil es alsso gefallen oder gerathen ist: *pro tempore, pro opibus, pro virili.* Et, *pro meâ, tuâ, suâ parte, pro facultate, pro proportione. pro ratâ parte,* So viel einem jeden für sein Theil gebührig ist/rc.

Pro, posita pro, *Perinde ac si, tanquam*, vel, *vice, loco, &c.*

Terent. Adel. *Pro virgine nuptum dari non potest.*

poteſt. Cic. de Iuvent. *Ambiguum pro vero credere.* Idem, Verr. 6. *Pro damnato eſſe.* Idem, ad Att. lib. 13. *Pro facto habere.* Idem, Tuſc. 5. *Pro conceſſo & probato ſumere.* Idem, *pro nihilo ducere, putare videri, &c.* Terent. And. *Pamphilus peregrinam, pro uxore habet.* Ibidem, *Ego pro te molam, &c.*

Pro, poſita pro, *ante*, vel *Ad*.

Cic. Philipp. 2. *Haſta poſita pro æde ſtatoris.* Et, Philipp. 3. *Quid iſtud? nonne ſedens pro æde Caſtoris dixit, niſi qui viciſſet, victurum neminem?* Idem, pro Mil. *Illa præſidia, quæ pro templis omnibus cernitis contra vim collocata ſunt, &c.* Livius, dec. 3. lib. 3. *Vtrumque acies instrui capta Romanorum pro mœnibus Nolæ, Phnorum, ante caſtra ſua.* Idem, decad. 4. lib. 5. *Stationem agere pro vallo juſſit.* Ibidem, *Equitatum omnem in ſtationem hoſtium, quæ pro caſtris erat, emittit.*

Pro ſe quiſque.

Significat idem quod, *pro ſua quiſque parte*: vel *quiſque pro virili.* Cic. 1. Tuſc. *Pro ſua quiſque facultate,* ein jeder nach ſeinem Vermögen/ein jeder für ſich /nach ſeinem beſten. Idem, lib. 3. Off. *Pro ſe quiſque, quod*

ceperat afferebat. Livius, dec.3.lib.6. *Iuberent, quoniam amissa castra essent, pro se quenque militum in proxi- mos montes fugere.* Idem, dec.3.lib.8. *Contingere pro se quisque victrices dextras Coss. cupiebant.*

Pro ut, Absolutè.

Usurpatur, pro *Perinde*. Cic. Verr. 6. *Pro ut facultates hominis ferebant*, Nach seinem Vermögen/so viel in seinem Vermögen war. Idem, Att. lib. 11. *Tuas litteras, pro ut res postulat expecto.* Cæsar, lib.3. de bell. civ. *Pro ut cuique eorum, qui negotiis praeerant, aut natura, aut studium ferebat, hæc ad bellum omnia detulerunt, &c.* Livius, decad.3. lib.6. *Tum reliquos pro ut cujusque meritum virtusque erat, donavit.* Id. dec.4. l.8. *Alibi prædo alibi præda vindex, cadit, prout locus iniquus, æquusve his aut illis, pro ut animus pugnantiū est.*

Pro eo, ut.

Cic. Verr. 3. *Tamen pro eo, ut temporis difficultas, aratorumque penuria tulit, &c.* Livius, decad.3. lib.1. *Postquam pro eo, ut ipsi ex alieno agro raperent, &c.*

Pro eo, ac.

Cic. Fam. lib. 4. *Sanè, quàm pro eo, ac debui, graviter molestèque tuli.* Idem, in Catil. 4. *Spero Deos, pro eo ac mereor, mihi relaturos esse gratiam.*

Pro eo ac: Et, *pro eo atque si.*

Cic. de Iuvent. lib. 1. *Pro eo ac si concessum sit concludere oportebit.* Paulus Ictus, *Quod creditor egit, pro eo ac si debitor per procuratorem egisset.* Ulp. *Pro eo est atque si testis adhibitus non esset.*

Pro eo, quod.

Cic. de Orat. lib. 2. *Cum Hannibal Ephesum venisset, proque eo, quòd nomen ejus magna erat apud omnes gloriâ, invitatus esset.* Idem, pro S. Rosc. *Pro eo, quòd summa Reipub. in hujus periculo tentatur.* Idem, pro Planc. *Vereor ne parum tibi, pro eo, quòd à te habeo, reddiderim.*

Pro eo, quantum.

In Comparatione usurpatur. Cic. de Finib. *Ea, pro eo, quantum in quibusque sit ponderis, æstimanda sunt.* Idem, Fam. lib. 5. *Equidem pro eo quanti te facio, quicquid feceris,*

ris, approbabo. Weil ich so viel von dir halte/ wil ich mir all dein Thun lassen belieben.

De *Pro* Interjectione, sub finē agetur.

PRÆPOSITIO, *Prope.*

Propè, ἄγχι, ἀγχȣ̃ accusativo serviens significat, juxta, Nahe/bey: cui opponitur *Longè, procul.* Cic. Tusc. 1. *Bacillum prope me ponitote.* Idem, pro Mil. *Illi nocte prope urbem expectandum.* Idem, de Invent. *Hostes prope muros castra habent.* Horat. 1. Serm. Satyr. 9. *Cubat is prope Cæsaris hostes.* Livius. *Prope montes consistere.* Idem, *Prope eum vicum (Cannas) Annibal castra posuit.* Idem, decad. 3. lib. 5. *Cæteri sylvâ prope viam sese occuluerunt, &c.*

Prope, pro, *non-procul.*

Cum Ablativo & Præpositione. Cic. de Nat. Deor. *Vites à caulibus si prope sati sint refugiunt.* Idem, Verr. 4. *Tam propè à domo detineri.* Idem, Verr. 7. *Tam prope à muris habemus hostem*: id est, tam propinquum muris nostris, &c.

Propè, sine casu reperies inter Adverbia. Sine casu adverbialiter usurpatur: de quo suprà.

PRÆPOSITIO, *Propter.*

Propter, causam declarans impellentem, seu efficientem, & finalem, servit Accusativo. Cic. Fam. lib. 1. *Propter tuum in me amorem.* Idem, pro Mil. *Quid esset ingratius, quàm lætari cæteros, lugere eum solum propter quem cæteri lætarentur.* Idem, Parad. *Legibus propter metum parere.* Idem, Fam. lib. 5. *Qui propter acumen occultissima perspicis.* Idem, Fam. lib. 5. *Qui propter acumen occultissima perspicis.* Idem, de Fin. lib. 2. *Amicitia suâ sponte, vi suâ, ex se, & propter se expetenda*, für sich selbst/vnd von jhretwegen. Idem, Att. lib. 8. *Nam nec castra propter anni tempus facere possum.* Livius, decad. 3. lib. 10. *Propter eandem utilitatem tuebor pacem, propter quam peto.*

Cic. in Pisonem casui postponit: Vos ejus domum, quem propter urbs incensa non est, &c.

Propter, pro, *Prope, Juxta.*

Cum status in loco significatur. Cic. pro Rosc. Am. *Duo filii, propter patrem cubantes.* Idem, in Pison. *Hic vir clarissimus qui propter*

pter te sedit L. Gellius civicam coronam mihi debere, dixit. Idem, de Cl. Orat. *In pratulo propter Platonis statuam consedimus.* Idem, de N. Deor. lib. 1. *Vulcanus tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominantur.* Idem, lib. 3. de Divin. *In Pasithea fano, quod est in agro propter urbem.* Idem, Verr. 6. *Fanum est Chrysæ (amnis) in agro, propter ipsam viam, qua Assoro itur Ennam.* Ibidem. *Tindaritanis statuam istius, quam sibi propter Marcellos poni jusserat, deturbârunt.* Terent. Adelph. *Hic propter hunc asside, &c.* Livius. decad. 3. lib. 6. *Ipse per Appiæ municipia, quæque propter eam viam sunt, Setiam, Soram, Lavinium præmisit.* Idem decad. 3. lib. 8. *Propter Iunonis templum æstatem Annibal egit, ibique aram condidit.*

Propter, sine casu Adverbium fit.

PRÆPOSITIO, *Secundùm.*

Accusativo jungitur & significat, *Post*, κατὰ, ἐγγύς. Nach. Cicer. de Cl. Orat. *Vultus secundùm vocem plurimùm potest*: id est, vox primas partes, vultus secundas tenet, Nach der Stim / vermag das Angesicht viel. Idem, lib. 2. Off.

Proximè & secundum Deos, homines hominibus maximè utiles esse possunt. Idem, ad Q. Frat. *Cæsar mihi secundum te & liberos nostros ita est, ut sit penè par.* Idem, de Cl. Orat. *Expones nobis ea, quæ abs te quæsita sunt, sed, opinor, secundum hunc diem,* id est, *cras, vel, post hunc diem.* Plaut. Capt. *Secundum patrem tu es pater proximus.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Asdrubal Gisgonis filius maximus clarissimusque eo bello secundum Barchinos Dux, &c.* Idem, decad. lib. 1. *Secundum duas adversas equestres pugnas.*

Secundùm, pro *juxta, propè*.

Cic. Fam. lib. 4. *Duo vulnera accepit, unum in stomacho, alterum in capite, secundum aurem.* Idem, ad Att. lib. 8. *Et, si secundum mare ad me iter cepisset, confestim ad me Samnium venturum.* Idem, de Senect. *Omnia quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis.* Plaut. Rud. *Quid illuc est hominum secundum littus? &c.*

Secundùm, loco *Pro*, usurpata.

Cic. 7. Verr. *Testes dabo secundùm arbitrium tuum*, hoc est, ad arbitrium tuum, pro

pro arbitrio tuo, &c. Idem, Verr. 4. *Vtatur instituto suo, ne cogat ante horam decimam de absente, secundum præsentem judicare*. Terent. Eun. *Collaudavi te secundùm facta tua, & virtutes, &c.*

PRÆPOSITIO, *Sub*.

Sub, ὑπὸ, Præpositio cum Accusativo tum Ablativo servit: Attendendum tamen est quando vel illi, vel huic casui à bonæ notæ auctoribus jungi soleat.

Sub, cum Accusativo.

Significat Locum, Situm, Tempus, habetque *Suprà*, contrarium. Cic. Philip. 2. *Negotium transegisses, nisi se sub scalas tabernæ librariæ conjecisset*. Idem, Acad. *Res sub sensus subjecta* (aliàs *sensibus*) Idem, ad Q. Fr. *Sub tectum cubiculi*. Idem, de Univer. *Sub intelligentiam cadit*. Idem. *Sub judicium sapientis & delectum*: Livius. decad. 4. lib. 1. *Sub idem tempus Legati ab Regibus Romam reverterunt*: *Sub occasum Solis*; *Sub ipsam lucem, sub ortum* fermè *lucis*. Virgil. *Sub noctem*: id est, incipiente nocte. Horat. *Sub Galli cantum*: *Sub tempus edendi, &c.* Plaut. Milit.

Milit. *Sub manus* succedit negotium, das Werck gehet von der Hand/ꝛc.

Sub, cum, *statim*.

Sub, cum, *statim*, pro *pòst* usurpatur habetque ordinis significationem. Cic. Fam. lib. 10. *Sub eas literas statim tuæ recitatæ sunt*. Idem, lib. 8. *Pomp. se legionem adducturum: sed non statim sub mentionem, &c.*

Sub, cum Ablativo.

Cic. pro Arch. *Iubebat ei præmium tribui, sub ea conditione, ne quid postea scriberet*. Idem, contra Rull. *Non parvum sub hoc verbo furtum latet*. Idem, Verr. 3. *In Sylva dispositæ signa, sub dio vid. mus: sub aëre, sub cælo*. Idem, *Sub signis habere legiones*, gemusterte Knecht/ oder Soldaten. *Sub manu tabellarios habere*, id est, in promptu, & ad manum, vel præstò.

Observatio.

In compositione plerunque tenuitatem quandam significat, ut, *subiratus, subtratus, subasper, subabsurdus, subagrestis, subrusticus, &c. subsideo, submoleste fero, &c.*

PRÆ-

PRÆPOSITIO, *Subter.*

Præpositioni *Subter*, ἐπένερθε, vnder. contraria est *Super* ὑπὸ. Cic. in Som. *Subter mediam ferè regionem Sol obtinet, dux & princeps & moderator luminum reliquorum.* Idem, Tusc. 1. *Plato iram in pectore, cupiditatem, subter præcordia locavit; &c.*

Poëtæ cum Ablativo jungunt. Virg. 9. Æneid.

cum tamen omnes
Ferre libet densâ subter testud ne casus, &c.

PRÆPOSITIO, *Supra.*

ὑπὲρ, vber. Accusativo servit, contrariam habens, *Sub, Subter, Infra.* Cic. de Som. *Supra lunam omnia æterna sunt.* Idem, de N. Deor. *Mare quod supra terram est, &c.*

Sæpè etiam excellentiam, & excessum significat. *Hinc illa, supra ætatem, consuetudinem, fortunam; modum, vires, facultatem; &c.* Cic. lib. 2. de legib. *Etsi hæc commemoratio vereor ne supra hominis fortunam esse videatur.* Idem, ad Octav. *Supra mortalitatem tuam tibi sunt omnia tributa.* Virgil. 4. Georg. *Illi ira supra modum est, &c.* Livius, decad.

decad.3.lib.7. *Supra octo millia hominum occisa, supra septingentos capti, &c.* Ibidem, *Supra duo millia Panorum cæsa.* Idem, decad.5. lib. 5. *Alexander magnus ultimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragravit.*

Sine casu migrat in Adverbium.

PRÆPOSITIO, *Super.*

Græcè ὑπὲρ, ὑπεράνω, cum Accusativo & Ablativo construitur, habet contrarium, *Sub*, vel *Subter*, significat locum superiorem, vber. Cic. lib.1. de Leg. *Demetrius super terra tumulum noluit quid statui, nisi Columellam.* Idem, de Finib. lib.2. *Supra assidem considere, &c.* Virg. Æneid.1. *Famâ super æthera notus, &c.* Livius, decad.3. lib. 6. *Iacula cum impetu alia super alia emittunt.* Idem, decad.4. lib.4. *Alia super alia te tuique quotidie facinora eduntur.*

Superquàm:

Horat. lib.1. Satyr.2,

Pœnas dedit usque, superque.
Quam satis est, pugnis cæsus, ferroque petitus.

Super,

Super, pro, *De*.

Græcè ἐπί: cum Ablativo usurpatur, ubi de re aliqua mentio fit. Cic. ad Heren. *Paterfamiliâs uti super familiâ pecuniave sua legaverit, ita jus esto.* Idem, Att. lib. 16. *Hac super re scribam ad te*, von dieser Sach / oder von diesem Handel. Plaut. Amph. *Teneo quid amici vestri super hâc re sit, &c.* Virg. 1. Æneid.

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

PRÆPOSITIO, *Vltra*.

Vltra præpositioni contraria est *Citra*: Servit Accusativo, & significat *Trans*, cum Loco tribuitur: vel, *Præter*: ὑπὲρ, Jenseyt. Cic. 1. Acad. *Quid est ultra pignus & mulctam?* Idem, de Provinc. Coss. *Nihil est ultra illam altitudinem montium usque ad Oceanum, quod sit pertimescendum.* Horat. 1. Carm. *Vltra terminum vagor curis expeditus.* Virg.

Invalidus vires ultra sortemque senecta.

Plaut. Merc. *Amori accedunt etiam ultra hæc, quæ diximus, &c.*

Sæpe eleganterque assumit *Quàm*. Cic. pro

pro Mil. *Ultra quam fines imperij Romani sunt nominis mei fama peragravit*; mein Nahm erstråckt sich långer (weiter) als vber die Grånß deß Römischen Reichs. Idem, de Invent. lib. 1. *Exordium ultra, quàm satis est, producitur*: Ibidem, *Remotum est, quod ultra quàm satis est, petitur*. Livius, decad. 3. lib. 8. *Etsi nihil ultra malorum est, quàm quod passi sumus, &c.*

Absolutè posita, significat *Praeterea*, weiters. Plaut. Stich. *Nec ultra hoc deportem? haud placet*. Livius, lib. 4. bell. Pun. *Tantâ vise in hostem intulerunt, ut sustinere ultra non possent, &c.*

Atque haec de Praepositionum Particulis sequitur.

INTERJECTIO.

O.

Servit variis affectibus animi exprimendis. Est enim interdum Appellantis hominis & vocantis: ut Cic. pro Mil. *Nunc me una consolatio sustentat, quòd tibi, ô Tite Anni, nullum à me amoris officium defuit.* Idem,

Idem, 1. Catil. *Est mihi tanti, ô Quirites.* Id. Fam. lib. 10. *ô mi Furni quam tu causam nosti.*

Admirantis, Cic. pro Mil. *ô terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit.* Ibidem, *ô Dij immortales fortem, & à vobis, Iudices, conservandum virum, &c.* Idem, Att. lib. 3. *ô celeritatem incredibilem.* Idem, pro Lig. *ô clementiam admirabilem, atque omnium laude, prædicatione, &c. decorandam.* Terent. Eun. *ô faciem pulcram.*

Indignantis, ac Detestantis: Cic. 1. Catil. *ô tempora, ô mores, quam Rempub. habemus.* Idem, pro Cæl. *ô immoderata mulier, &c.* Terent. Adelph. *ô scelera, ô genera sacrilega, ô hominem impium.*

Dolentis. Cic. pro Mil. *O me miserum, ô me infelicem, revocare tu me in patriam potuisti, per hos: ego te in patriâ retinere per eosdem non potero.* Ib. *ô spes fallaces, ô cogitationes inanes meæ.* Idem, Fam. lib. 14. *O me perditum, ô me afflictum, &c.* Idem, pro Rosc. Am. *ô Dij immortales, rem miseram, & calamitosam.*

Exultantis & Lætantis. Cic. Att. lib. 12. *O gratas tuas mihi jucundasque litteras.* Ibidem, lib. 15. *O Bruti amanter scriptas litteras.*

Terent.

pro Mil. *Ultra quam fines imperij Romani sunt nominis mei fama peragravit*, mein Nahm erstråckt sich långer (weiter) als vber die Grånß deß Rômischen Reichs. Idem, de Invent. lib. 1. *Exordium ultra, quàm satis est, producitur.* Ibidem, *Remotum est, quod ultra quàm satis est, petitur.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Etsi nihil ultra malorum est, quàm quod passi sumus, &c.*

Absolutè posita, significat *Præterea*, weiters. Plaut. Stich. *Nec ultra hoc deportem? haud placet.* Livius, lib. 4. bell. Pun. *Tanta vi se in hostem intulerunt, ut sustinere ultra non possent, &c.*

Atque hæc de Præpositionum Particulis sequitur.

INTERJECTIO.

O!

Servit variis affectibus animi exprimendis. Est enim interdum Appellantis hominis & vocantis: ὦ. Cic. pro Mil. *Nunc me una consolatio sustentat, quòd tibi, ô Tite Anni, nullum à me amoris officium defuit.* Idem,

Idem, 1. Catil. *Est mihi tanti, ô Quirites.* Id. Fam. lib. 10. *ô mi Furni quam tu causam nosti.*

Admirantis, Cic. pro Mil. *ô terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit.* Ibidem, *ô Dij immortales fortem, & à vobis, Iudices, conservandum virum, &c.* Idem, Att. lib. 3. *ô celeritatem incredibilem.* Idem, pro Lig. *ô clementiam admirabilem, atque omnium laude, prædicatione, &c. decorandam.* Terent. Eun. *ô faciem pulcram.*

Indignantis, ac Detestantis: Cic. 1. Catil. *ô tempora, ô mores, quam Rempub. habemus.* Idem, pro Cæl. *ô immoderata mulier, &c.* Terent. Adelph. *ô scelera, ô genera sacrilega, ô hominem impium.*

Dolentis. Cic. pro Mil. *O me miserum, ô me infelicem, revocare tu me in patriam potuisti, per hos: ego te in patriâ retinere per eosdem non potero.* Ib. *ô spes fallaces, ô cogitationes inanes meæ.* Idem, Fam. lib. 14. *O me perditum, ô me afflictum, &c.* Idem, pro Rosc. Am. *ô Dij immortales, rem miseram, & calamitosam.*

Exultantis & Lætantis. Cic. Att. lib. 12. *O gratas tuas mihi iucundasque litteras.* Ibidem, lib. 15. *O Bruti amanter scriptas litteras.*

Terent.

pro Mil. *Vltra quam fines imperij Romani sunt nominis mei fama peragravit*, mein Nahm erstråckt sich långer (weiter) als vber die Grånz deß Rômischen Reichs. Idem, de Invent. lib. 1. *Exordium ultra, quàm satis est, producitur.* Ibidem, *Remotum est, quod ultra quàm satis est, petitur.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Etsi nihil ultra malorum est, quàm quod passi sumus, &c.*

Absolutè posita, significat *Præterea*, weiters. Plaut. Stich. *Nec ultra hoc departem? haud placet.* Livius, lib. 4. bell. Pun. *Tantâ vi se in hostem intulerunt, ut sustinere ultra non possent, &c.*

Atque hæc de Præpositionum Particulis sequitur.

INTERJECTIO.

Ô

Servit variis affectibus animi exprimendis. Est enim interdum Appellantis hominis & vocantis: ὦ Cic. pro Mil. *Nunc me una consolatio sustentat, quòd tibi, ô Tite Anni, nullum à me amoris officium defuit.*

Idem,

Idem, 1. Catil. *Est mihi tanti, ô Quirites.* Id. Fam. l. b. 10. *ô mi Furni quam tu causam nosti.*

Admirantis, Cic. pro Mil. *ô terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit.* Ibidem, *ô Dij immortales fortem, & à vobis, Iudices, conservandum virum, &c.* Idem, Att. lib. 3. *ô celeritatem incredibilem.* Idem, pro Lig. *ô clementiam admirabilem, atque omnium laude, prædicatione, &c. decorandam.* Terent. Eun. *ô faciem pulcram.*

Indignantis, ac Detestantis: Cic. 1. Catil. *ô tempora, ô mores, quam Rempub. habemus.* Idem, pro Cæl. *ô immoderata mulier, &c.* Terent. Adelph. *ô scelera, ô genera sacrilega, ô hominem impium.*

Dolentis. Cic. pro Mil. *O me miserum, ô me infelicem, revocare tu me in patriam potuisti, per hos: ego te in patriâ retinere per eosdem non potero.* Ib. *ô spes fallaces, ô cogitationes inanes meæ.* Idem, Fam. lib. 14. *O me perditum, ô me afflictum, &c.* Idem, pro Rosc. Am. *ô Dij immortales, rem miseram, & calamitosam.*

Exultantis & Lætantis. Cic. Att. lib. 12. *O gratas tuas mihi jucundasque litteras.* Ibidem, lib. 15. *O Bruti amanter scriptas litteras.*

Terent.

pro Mil. *Vltra quam fines imperij Romani sunt nominis mei fama peragravit*; mein Nahm erstråckt sich långer (weiter) als vber die Grånz deß Römischen Reichs. Idem, de Invent. lib. 1. *Exordium ultra, quàm satis est, producitur.* Ibidem, *Remotum est, quod ultra quàm satis est, petitur.* Livius, decad. 3. lib. 8. *Etsi nihil ultra malorum est, quàm quod passi sumus, &c.*

Absolutè posita, significat *Praeterea*, weiters. Plaut. Stich. *Nec ultra hoc depertem? haud placet.* Livius, lib. 4. bell. Pun. *Tantâ vise in hostem intulerunt, ut sustinere ultra non possent, &c.*

Atque hæc de Præpositionum Particulis sequitur.

INTERJECTIO.

Ô

Servit variis affectibus animi exprimendis. Est enim interdum Appellantis hominis & vocantis: ὦ. Cic. pro Mil. *Nunc me una consolatio sustentat, quòd tibi, ô Tite Anni, nullum à me amoris officium defuit.* Idem,

Idem, 1. Catil. *Est mihi tanti, ô Quirites.* Id. Fam. lib. 10. *ô mi Furni quam tu causam nosti.*

Admirantis, Cic. pro Mil. *ô terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit.* Ibidem, *ô Dij immortales fortem, & à vobis, Iudices, conservandum virum, &c.* Idem, Att. lib. 3. *ô celeritatem incredibilem.* Idem, pro Lig. *ô clementiam admirabilem, atque omnium laude, prædicatione, &c. decorandam.* Terent. Eun. *ô faciem pulcram.*

Indignantis, ac Detestantis: Cic. 1. Catil. *ô tempora, ô mores, quam Rempub. habemus.* Idem, pro Cæl. *ô immoderata mulier, &c.* Terent. Adelph. *ô scelera, ô genera sacrilega, ô hominem impium.*

Dolentis. Cic. pro Mil. *O me miserum, ô me infelicem, revocare tu me in patriam potuisti, per hos: ego te in patriâ retinere per eosdem non potero.* Ib. *ô spes fallaces, ô cogitationes inanes meæ.* Idem, Fam. lib. 14. *O me perditum, ô me afflictum, &c.* Idem, pro Rosc. Am. *ô Dij immortales, rem miseram, & calamitosam.*

Exultantis & Lætantis. Cic. Att. lib. 12. *O gratas tuas mihi jucundasque litteras.* Ibidem, lib. 15. *O Bruti amanter scriptas litteras.* Terent.

decad.3.lib.7. *Supra octo millia hominum occisa, supra septingentos capti, &c.* Ibidem, *Supra duo millia Pœnorum cæsa.* Idem, decad.5. lib. 5. *Alexander magnus ultimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragravit.*

Sine casu migrat in Adverbium.

PRÆPOSITIO, *Super.*

Græcè ὑπὲρ, ὑπεράνω, cum Accusativo & Ablativo construitur, habet contrarium, *Sub*, vel *Subter*, significat locum superiorem, uber. Cic. lib.1. de Leg. *Demetrius super terra tumulum noluit quid statui, nisi Columellam.* Idem, de Finib. lib.2. *Supra assidem considere, &c.* Virg. Æneid.1. *Fama super æthera notus, &c.* Livius, decad.3. lib. 6. *Iacula cum impetu alia super alia emittunt.* Idem, dec. d.4. lib.4. *Alia super alia te tuique quotidie facinora eduntur.*

Superquàm:

Horat. lib.1. Satyr.2,

Pœnas dedit usque, superque.
Quam satis est, pugnis cæsus, ferroque petitus.

Super,

Super, pro, De.

Græcè ἐπὶ: cum Ablativo usurpatur, ubi de re aliqua mentio fit. Cic. ad Heren. *Paterfamiliâs uti super familiâ pecuniave sua legaverit, ita jus esto.* Idem, Att. lib. 16. *Hac super re scribam ad te*, von dieser Sach / oder von diesem Handel. Plaut. Amph. *Teneo quid amici vestri super hâc re sit, &c.* Virg. 1. Æneid.

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

PRÆPOSITIO, Vltra.

Vltra præpositioni contraria est *Citra*: Servit Accusativo, & significat *Trans*, cum Loco tribuitur: vel, *Præter*: ὑπὲρ, Jenseyt. Cic. 1. Acad. *Quid est ultra pignus & mulctam?* Idem, de Provinc. Coss. *Nihil est ultra illam altitudinem montium usque ad Oceanum, quod sit pertimescendum.* Horat. 1. Carm. *Vltra terminum vagor curis expeditus.* Virg.

Invalidus vires ultra sortemque senectæ.

Plaut. Merc. *Amori accedunt etiam ultra hæc, quæ diximus, &c.*

Sæpe eleganterque assumit *Quàm*. Cic. pro

Idem, I. Catil. *Est mihi tanti, ô Quirites.* Id. Fam. lib. 10. *ô mi Furni quam tu causam nosti.*

Admirantis, Cic. pro Mil. *ô terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit.* Ibidem, *ô Dij immortales fortem, & à vobis, Iudices, conservandum virum, &c.* Idem, Att. lib. 3. *ô celeritatem incredibilem.* Idem, pro Lig. *ô clementiam admirabilem, atque omnium laude, prædicatione, &c. decorandam.* Terent. Eun. *ô faciem pulcram.*

Indignantis, ac Detestantis: Cic. 1. Catil. *ô tempora, ô mores, quam Rempub. habemus.* Idem, pro Cæl. *ô immoderata mulier, &c.* Terent. Adelph. *ô scelera, ô genera sacrilega, ô hominem impium.*

Dolentis. Cic. pro Mil. *O me miserum, ô me infelicem, revocare tu me in patriam potuisti, per hos: ego te in patriâ retinere per eosdem non potero.* Ib. *ô spes fallaces, ô cogitationes inanes meæ.* Idem, Fam. lib. 14. *O me perditum, ô me afflictum, &c.* Idem, pro Rosc. Am. *ô Dij immortales, rem miseram, & calamitosam.*

Exultantis & Lætantis. Cic. Att. lib. 12. *O gratas tuas mihi iucundasque litteras.* Ibidem, lib. 15. *O Bruti amanter scriptas litteras.*

Terent.

daciam etiam ultro me accusatum advenit. Ibidem, *ô Cœlum, ô maria Neptuni.* Idem, Phorm. O *facinus audax! ô Geta monitor.*

Nota, *ô* sæpè in minoribus ac levioribus maximè affectibus reticeri. Cic. pro Rosc. Am. *Occidisse patrem S. Roscius arguitum, scelestum, Dij immortales ac nefarium facinus.* Terent. Adelph. *Me miseram, quidnam est, quòd sic video properantem Getam?* Plaut. Adul. *Dij immortales, quod ego hunc hominem facinus audio loqui, &c.*

ADDENDA, & suis locis inserenda.

Enim in fronte periodi induit vim adversativæ, pro, *At enim, Sed enim.* Plaut. Casin. 52. v. 14. *Enim jam magis adpropero.* Sic ibi in vulgg. Sed aliter legendum docui in Animadvers. Epid. 5. 2. v. 36. *Enim isthac captio est.* Pers. 2. 2. v. 54. *Enim non ibis hinc vicissim; nisi scio.* Liv. lib. 23. c. 45. *Romam vos expugnaturos, si quis duceret, fortes linguâ jactabatis. Enim minor est res: hic experiri vim virtutemque volo,* Ut ibi ex optimis libb. restituit.

Cl.

Cl. Gronovius. Id. lib. 24. c. 32. *Enimut jam ita sint hac.* Vul. *At enim*, malè.

Enimverò incipit periodum. Terent. *Enimverò Dave.* Liv. lib. 27. c. 30. *Enimverò indignum ratus Philippus.* Et lib. 26. c. in Dalij & Blattij lit. *Enimverò ille, velut in manifestâ re, exclamat.* Et lib. 38. *Enimverò, inquit Consul, ferri jam ludificatio ista non potest.* Et lib. 40. cap. *Enimverò se, Philippus dicere, auditurum, vocarique extemplò Demetrium jussit.*

Nam particula causalis sæpè omittitur: ut pluribus exemplis confirmavit Clar. Gronovius in Notis suis Liviani, lib. 24. cap. 64. pag. 688. 689.

Ne pro *Nedum* usurparunt Authores: aut docuit Clar. Gronovius Notis Livianis pag. 494. Rivius in Sall. p. 306.

Nisi, pro *Nisi quod*. Vide Rivium in Sallust. pag. 367.

Simul eleganter ἐλλειπτικῶς omitti solet. Vide Cl. Gronov. Notis Liv. pag. 524.

Vt pro *si*. Cl. Gronov. Notis Livian. pag. 214.

FINIS.

Index


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



INDEX

In Commentarium de Particulis Linguæ Latinæ.

A.

Aequè

Alte-

B.

C.

E.

In,

Ita,

Itidem

Non

Omnis

Quàm

Quid

Quod

S.

Sic,

Simulac.

T.

Ve-

Vsque

Vter,

FINIS

Indicis in Commentar. de
Particulis Linguæ Latinæ.

Google

45

Digitized by Google